



Hieronymus Cuillier S.I.

LIBER PSALMORVM DAVIDIS.

Tralatio duplex,

Vetus & Noua.

Hæc posterior, Sanctis Pagnini, partim ab ipso Pagnino recognita, partim ex Francisci Vatabli Hebraicarum literarum professoris quondam Regii eruditissimis prælectionibus emendata & expolita.

Adiectæ sunt annotationes cùm ex aliorum tralatione, tum verò ex Commentariis Hebræorũ ab ipso Vatablo diligenter excussis: quæ commentarii vice lectoribus esse poterunt.







OLIVA ROB. STEPHANI.
M. D. LVI.



No:ber 1613

Liber Psalmorum, Hebraicè תהלים

Librum istum LXX *Interpretes* ψαλτήριον *denominauerũt nomine instrumenti musici, ad quod vt & ad alia, hi* Psalmi *decantabãtur:* Hebræi *verò* תהלים *siue* ספר תהלות, *hoc est librũ laudũ appellant.* Christus *antẽ* Dominus *noster,* Psalmos, & *Librum* Psalmorũ, *Luc.20.g.42, & 24.g.44. Sic & Petrus, Act.1.d.20. Ex quibus testimonia sumens* Christus *Saluator noster, testatur afflatu* Spiritus *sancti fuisse scriptus,* Matth.22.d.43: & *Petrus,* Act.1.c.16.

Psal. I.		Psal. I.	
Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorũ nõ stetit, & in cathedra pestilentiæ nõ sedit.	1	Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra derisorum non sedit.	*Qui verè beati, & cui rei similes, in quo est exhortatio ad vitam ex verbo* Dei *instituendam.*
Sed in Lege Domini volũ	2	Sed in Lege	

1 Beatus vir אשרי האיש *Adiectiuum est plurale* אשרי, *vt quidam* Hebræorum *scribunt, quod verbo, aut nomini plurali vel singulari iungitur pro loco: vnde quidam vertunt,* Beatus, *siue* Fœlix vir. *aut,* Beata, *siue* Fœlicia viro. *Aliis magis placet esse substantiuum plurale, vt Latinis diuitiæ: vertentibus,* Beatitudo, *siue* Beatitudines, *aut* fœlicitates viri. *vel* illius viri, *propter* ה *emphaticum & significatiuum quod* Hebræi *vocãt haiediah, quo significatur aliquis insigniter beatus.* Ambulauit הלך *Sunt præterita* Hebræis, *quæ per præsens verti possũt, ambulat, stat, sedet. nam frequens est apud illos temporũ permutatio, præterito vtẽtes pro præsenti, aliquando pro futuro: imperatiuo pro futuro aut præterito: infinitiuo pro omni tempore: & futuro pro præsenti, aut vice præteriti, aut etiam imperatiui. Quod diligenter obseruandum est: nam in illis vertendis plurimũ variant interpretes, maximè in his* Psalmis. Impiorum רשעים improborũ. *Significat eos qui indesinenter & sine vlla quiete impiè agunt, aut qui malis animi perturbationibus mouentur ad malè agendum, tanquam mare impulsum quod quiescere non potest: vt de illis scribit* Iesaias, 57.d.20. Et in via ובדרך *Via pro instituto & ratione viuendi.*

Peccatorum חטאים flagitiosorũ. *Non sunt qui quouis modo peccatores sunt, sed qui iam perfricta fronte, ita peccatis sese addixerunt, vt iam nihil eos pudeat: & inde meruerint cognomen peccatorum, quales ii erant qui in historiis* Euangelicis *peccatores vocantur, qualisque illa in ciuitate peccatrix,* Luc.7.f.37, & *Sodomitæ,* Gen.13.c.13, & *Amalecitæ,* 1.Sam.15.c.18. Non stetit, לא עמד non stat. *siue,* consistit. *i. qui viuẽdi rationem hominum peccatis deditorum non amplectitur.* Et in cath. ובמושב & in consessu. *vel,* sede. Derisorum לצים elatorum. superborum. *Vel,* obloquutorum. *siue* obtrectatorum. *i. qui nullum commercium habet cum iis qui* Diuinas *Leges ridere solent, nec est contubernalis eorũ.* Alii, reuelantium *secreta.* 2 Sed in Lege כי אם בתורה Lex *pro ipsa*

Lege & omnibus Sacræ scripturæ libris qui sunt Legis expositio.

Iosue 1.b.8 "Iehouæ "volũtas eius," ‖& in Lege eius "meditatur die ac nocte.

Ierem.17.b.8 Et erit "‖sicut arbor plantata secus riuos aquarũ, quæ fructum suum dat in tempore suo: & folium eius non "decidit," & omne quod faciet, prosperè cadet.

Impiorum exitus. Non sic impii: sed "tanquam gluma quam proiicit ventus.

Ideo non "stabunt impii in iu

tas eius: & in Lege eius meditabitur die ac nocte.
3 *Et erit tanquam lignum quod plantatũ est secus decursus aquarũ, quod fructũ suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcũque faciet, prosperabuntur.*
4 *Non sic impii, non sic: sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ.*
5 *Ideo non resurgunt impii*

Iehouæ יהוה *Hoc nomen superstitiosi Iudæi pridem ineffabile fecerunt: legentes* אדני, *id est* Dominus, *vbicũque in Scripturis habetur* יהוה, *quos Græci & Latini postea sequuti sunt. Verùm ipse Dominus quid hoc nomine intelligi vellet, satis expressit, quum rogatus à Mose nomen, respondit,* אהיה אשר אהיה *.i. Ero qui ero. Et mox, Sic dices filiis Israel,* אהיה *misit me ad vos. Exod.3.c.14. Quibus verbis apertè significat* Existentis *nomen sibi esse, & quòd solus à se, ac ideo semper existat, & existendi virtutem omnibus suppeditet. Id verò quàm non exprimat nomen* Dominus, *quis nõ videt? Propterea quidam pro eo vertũt* Existens. *Alii,* αὐτοφυής, *quod nomen Græcis, à se & per se existentem significat. Nonnulli nomen ipsum* IEHOVAH *non mutant: nec ipse etiã Sanctes in suis annotationibus manu scriptis, quas apud me asseruo: quos & sequuti sumus.* Voluntas e. חפצו desiderium eius. *Vox Hebræa significat voluntatem, propensum animi affectum, voluptatem & delectationem animi in re aliqua. propterea dicit,* meditatur die ac nocte. *i. eã vnicè amat.* Et in Lege e. ובתורתו *Repetitio frequens Hebræis, pro, & in ea.* Meditatur יהגה *Fut. Heb. pro præs. Vox Hebræa & ad cordis cogitationes, & ad oris garritum refertur: vt Psal. 19.d.15,* והגיון *Et meditatio cordis mei coram te. Et Psal. 37.f.30, Os iusti* יהגה *loquetur sapientiam. Idem ponitur & Psal. 35 d. 28.*

3 Sicut arbor כעץ *Palmam aut oleam intelligit. vtrique enim decerpto fructu folia non decidunt. Iustus vt palma florebit, Psal 92.c.13. Ierem. 17.b.8, Et erit tanquam arbor plantata secus aquas, & quæ iuxta riuũ mittit radices suas. Benedictionem viri qui fidit Iehouæ, describit.*

Decidit, יבול marcescit. inarescit. *Præt. Heb. pro præs.* Et omne quod &c. וכל אשר יעשה יצליח & quicquid facit, prosperos habet successus. *i. fructus edit qui non pereunt. Fut. Heb. pro præs.*

4 Tanquam gluma כמץ sicut quisquiliæ. puluis. minutum palearum. *Impii prorsus inutiles, & omnis fructus expertes, vt gluma, palea, siue tegumentum tritici, quibus comparantur Matth.3.c.12. Esa.17.d.13, Et persequutionem patiuntur sicut gluma montium à facie venti, & sicut stipula coram turbine. Et Psal.35.a.5, Sint vt gluma ante ventum.*

Stabunt יקמו *consistẽt. sub. cum iustis. i. non habebunt locum inter in-*

stos: sed separabit eos Deus ab illorum consortio, quum mundum iudicabit. Matth. 25.d.41, Ite maledicti, &c. Alii, resurgent.

in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.

dicio, neque peccatores in congregatione iustorum.

Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit. I I.

6 Quoniam nouit Iehouáh viã iustorum: & via impiorum peribit. I I.

Cur bene piis, & impiis malè.

Quare fremuerũt Gentes, & populi meditati sunt inania?

1 Vt quid congregant se turmatim Gẽtes, & populi meditantur inane?

Vana conspiratio ac furor Regũ & Principũ tũ Gẽtiliũ tum Iudæorũ contra Christum. Act. 4.c.25

Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerũt in vnum aduersus Dominũ & aduersus Christum eius.

2 Astant Reges terræ, & Principes consilium capiunt pariter aduersus Iehouam, & aduersum Christum eius.

Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.

3 Dirũpamus vincula eorũ, & proiiciamus à nobis funes eorũ.

Rebellio impiorũ cõtra Deũ ac Christum eius.

Neque pecc. וחטאים Repetitio Hebraica idem bis dicens.

6 Nouit יודע agnoscit. *siue per futurum,* agnoscet. *i. probabit: vel illorum curam aget: cui contrariũ est* Peribit, *pro improbabitur, vel damnabitur.* Et via impiorum pe. ודרך רשעים תאבד: *Hebraismus, pro, omnia eorum studia & instituta in nihilum redigentur. vel, impii ipsi disperibunt vnà cum vita & actibus suis.*

IN PSALMVM II.

1 Congregant se tur. רגשו ad tumultum conueniunt. *Vel,* cũ tumultu conuolant. *Alii,* turmatim congregantur. *veluti in tumultu fieri solet.* Alii, fremunt. *vel,* frendent. *Præteritum Heb. pro futuro, vt versus sequentis verba quæ futura sunt. Continet enim hic Psalmus prophetiã coniurationis Iudæorũ & Gentium aduersus Christũ, vt apparet ex Acto. 4.c.25. Vertuntur autem hæc futura per præsens.* Meditãtur יהגו loquuntur. *aut,* murmurant. *Fut. Heb. pro præt. vel præsenti. i. vanos sermones iactauerunt, quum se memoriam Christi abolituros morte putarũt, qui tertio die postea resurrexit.* 2 Astant יתיצבו Astabunt. *consilii scilicet captandi causa.* Et Principes ורוזנים Reges. *Vel,* consiliarii Regum. *i. quorum consilio & prudentia Rex administrat regnum.*

3 Vincula eorum, את־מוסרותימו *quibus alligantur animalia ad iugum. Vide pro expositione huius loci, Iere. 5.a.5. Verba sunt hostiũ Dei & Christi, Regum scilicet, Principum, & Sacerdotũ.* Vincula *vocat leges quibus quasi vinciri solent subditi, & contineri in officio.* Funes *verò, siue* ligamina, *imperium. Sumpta metaphora ab iis qui vincti coguntur facere opus. Legibus eorum, inquiunt, ne pareamus: demúsque operam ne imperent nobis.* Funes eorum. עבתימו ligamina eorum.

Irriti eorum conatus.

Pater testatur se cõstituisse Regẽ Iudæorum Filiũ suum.

Christus commemorat se à die resurrectionis suæ etiã Gentilium cõstitutum esse Regem. act.13.e.33 heb.1.b.5, & 5.b.5

'Habitans in cælis ridebit:Do 4
minus'subsannabit eos.
'Tunc loquetur ad eos'in furo 5
re suo,& in ira sua'terrebit eos:
Dicens,Et ego'constitui Regẽ 6
meum super'ꝟSiión'montẽ san-
ctum meum.
Narrabo ipsum'decretũ *quod* 7
Iehouáh dixit ad me,‖Filius me
us es tu,ego'hodie genui te.

Qui habitat in cælis,irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua,& in furore suo cõturbabit eos.

Ego autem constitutus sũ Rex ab eo super Sion montẽ sanctum eius,prædicãs præceptum eius.

Dominus dixit ad me,Filius meus es tu,ego hodie genui te.

4 Habitás in cæ. rid. יושב בשמים ישחק *Verti potest per præs.* Qui sedet in cælis[*vel*,domiciliũ habet in ipsis cælis]deridet. *Verba Dauidis.q.d.Quomodo pugnabũt cũ eo qui est in cælis?* Subsannabit eos. ילעג-למו *Repetitio eiusdem sentẽtia,quæ magnam vim habet in Sacris literis* 5 Tunc אז *quum scilicet tempus id exiget.* In furore s. בחרונו *Id est iratus.q.d.increpabit vehemẽtissimé.* Terrebit e. יבהלמו conturbabit'eos.*vel*,perdet.*i.graui ira percitus,perdet eos.*

6 Constitui נסכתי vnxi.*Alii*,regnare feci.*vel per pr.et.plusquam perfectum*,constituerã.regnare feceram. *Verba Dei patris sedentis pro tribunali, & condemnantis impios qui dederunt operam vt regnum Christi euerterent .i. præfeceram Regem meum Meßiam populo meo Israelitico vt illi nomine meo imperaret: verùm illius regnũ perpetuò oppugnatis,negantes eum esse Meßiam.Quis nunc dicat me immeritò sumpturum de vobis pœnas? Aut,Sumam igitur de vobis grauißimas pœnas ob tantũ Christi mei contemptum.Hæc subaudienda sunt, quòd oratio sit Dei irati, qui more hominum orationem concidit quum iratus loquitur.* Siión ציון Sion *est populus Ierosolimitanus: tota præterea terra Chanaan quæ mõtosa est.* Montem sanctum m. הר קדשי *Sanctum montem vocat, quod illuc trãslata esset arca Domini à Dauide. Vide 2.Sam.6.c.17,& 1.Par.16.a.1.* 7 Decretum אל-חוק *.i.quod Dominus præcepit vt narrarem tãquam decretum & edictum. Tametsi Apostoli Christum à Patre creatum esse Regem testati sint: hîc tamen Christus sibi ipse vnus vẽdicat quicquid per eos egit. Variè exponunt hãc vocem interpretes. Alii*,legem.*i.quod Dominus tanquam legem vult promulgari. Alii*,statutũ.*aut*,præceptum.*sub.à Patre. Alii*,in statutũ, *aut* legem. *id est tam solicitè promulgabo vt abeat mihi in consuetudinem & morẽ.* Hodie genui te. היום ילדתיך *Hunc diem interpretatur Paulus Act.13 e.33, diem quo apparuit Christus, & à Patre declaratus est Filius. Genitus ergo fuisse dicitur, non vt Filius Dei esse,quoad se,inciperet: sed vt talis patefieret mundo.neque hæc genitura de mutuo Patris & Filii respectu intelligi debet,sed tantùm significat eum qui fuerat ab initio absconditus in arcano Patris sinu,& obscurè deinde sub Lege adumbratus,ex quo prodiit cum claris insignibus:cognitum fuisse Dei Filium. sicuti etiam dicitur Iohan.1.b.14,Conspeximus gloriam eius tanquã vnigeniti Filii. Idem Paulus Rom.1.a.4.*

dicit Filium Dei declaratum fuiße in potentia, dum resurrexit à mortuis: ideo præcipuè in diem illum competit quod hîc dicitur.

Postula à me, & dabo tibi Gẽtes hæreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ.	8	"Postula à me, & dabo Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.	*Ruina contumatium contra Christum. apoc.2.g.24, & 19.c.15*
Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli cõfringes eos.	9	"Cõteres eas virga ferrea, sicut vas figuli "confringes eas.	
Et nũc Reges intelligite: erudimini qiudicatis terrã.	10	Et nunc Reges "prudenter agite: erudimini Iudices terræ.	*Exhortatio ad principes vt sapiãt, & seruiant Deo, eiusque Filium suscipiant.*
Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.	11	"Seruite Iehouæ in timore: & exultate in tremore.	
Apprehẽdite disciplinã, ne quãdo irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, Quum exarserit in breui ira eius. beati omnes qui cõfidunt in eo.	12	"Osculamini Filiũ, ne fortè irascatur, "& pereatis via, "quũ exarserit "vel paululũ furor eius. "beati omnes qui sperant in eo.	*Beati.*

8 Postula à me שאל ממני *Inuitat Filium suum Deus, vt aliquid ab ipso petat more Regum & principum. Etiamsi postulaueris imperium super omnes populos, non sum denegaturus: támque tui erunt quàm fundus hæreditarius germani hæredis.* 9 Conteres e. תרועם Franges eos. *i. Siqui rebellare voluerint, aut parêre recusarint, dissipabis eorũ consilia & artes sceptro praeduro, nẽpe Spiritus oris tui. hoc enim sceptro (de quo Iesa.61.a.1) Christus perdit aduersarios.* Confringes e. תנפצם disperges eos. *In plura nempe frusta confractos.* 10 Prudenter ag. השכילו præstate vos sapientes. *Exhortatio Dauidis ad Principes ne cõspirent in Christum. Fingit autem se eorum tempore viuere qui Christum negaturi erant esse Regem.* 11 Seruite Ieh. עבדו את יהוה Colite Iehouam. *i. ita colite vt metuatis illum offendere: exultate præterea quòd vobis talem Regem præfecerit. verùm lætitia vestra ne sit effrænis, sed coniuncta ingenuo metui.* 12 Osculamini Fil. נשקו־בר. *i. osculo manuum testamini vos Filium Dei habere pro Rege: amplectimini Filium toto mentis affectu, & subditi estote illi. Osculum manuum in Palæsthina, argumentũ subiectionis erat, vt & apud nos.* Et pereatis via, ותאבדו דרך *ablatiuus est* via. *i. propter viam, hoc est propter vestrũ viuẽdi modum, &c. Aut verte,* ne via vestra pereat. *i. ne ratio vitæ vestræ damnetur, vt Psal 1.6. Via impiorum peribit* Vel paululũ כמעט derepente. *i. simulac ira Dei vel modice exarserit. Alii, breui. vt referatur ad tempus. ne enim spe longioris moræ frustra se iactent, atque ex præsenti quiete sibi inanes faciant delicias, denuntiat iram eius breui momento exarsuram.* Beati, &c. אשרי וגו' *Acclamatio. q.d. beati qui fiduciam suam in Christo collocant, salutem ab eo expectantes, quam certò sunt consequuturi. Hæc clausula temperat quod prius de seueritate dictum fuit: quia promiscuè omnibus terrorem incuteret ferrea Christi virga, & igneus Dei furor, nisi addita esset hæc consolatio.*

III.

2. Samu. 15. c. 14

David vexatus & afflictus à filio suo Absalō, admiratur atque cōqueritur de multitudine inimicorū suorum.

Auxilium petit à Deo, cuius fiducia omnem hostiū metum abiicit.

ʹCāticumʹDauidis ‖quū fugeretʺà facie Absalom filii sui. 1

IEhouaʺquàm multiplicati sūt 2
ʺhostes mei, quàm multi insurgunt aduersum me.

Multi ʺdicunt de anima mea, 3
Non est salus ei in Deo.ʺ D Sélah.

Et tu Iehouaʺ clypeus es pro 4
me,ʺgloria mea,ʺ& exaltans caput meum.

Voce mea ad Iehouā clama- 5
ui,ʺ& exaudiuit me de monte sā

III.

Psalmus David quū fugeret à facie Absalō filii sui.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicūt animæ meæ, Nō est salus ipsi ī Deo eius.

Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me

IN PSALMVM III.

1 Canticum מזמור Oda. Carmē. *nā eruditis Psalmus significat sonum citharæ.* Dauidis לדוד *.i. quod cecinit, vel scripsit David.* A facie מפני *.i. metu uel propter.* 2 Quàm mult. מה־רבו valde multiplicati. perquam multi facti sunt. Hostes m. צרי tribulatores mei. 3 Dicunt de an. m. אמרים לנפשי *.i. existimant, aut cogitāt de me. Hebraica phrasis est. q. d. nō dubito esse multos qui apud se de me in hunc modū cogitant, Derelictus est à Deo, nullū illi auxiliū à Deo expectandū.* D Selah. סלה *Eleuationē & exclamationem significat hæc vox: quæ quoties in Psalmis ponitur, signū est excitādæ vocis, & animi maximè intēdendi. Etiam olim solebant cātores, quoties hæc vox occurrebat, vocem intendere in cantione & harmonia, tanquam in re attentius consideranda. Sed & nos quum res postulat auditoris animaduersionem & attentionem, exclamare solemus: huiuscemodi erat hæc exclamatio. acsi sic exclamet, O grauem calamitatē meam!* 4 Clypeus es pro me, מגן בעדי *Clypeum esse alicuius, est eum defendere, protegere, & pro eo pugnare.* Gloria m. כבודי *.i. qui soles mihi dare materiā gloriandi apud omnes ob crebra beneficia quæ in me confers. Aut gloria mea .i. qui potes mihi dignitatem pristinam restituere.* Et exaltans cap. m. ומרים ראשי *Phrasis Hebraica, Exaltare caput alicuius, pro Tristem & præ dolore deiectū, reddere lætum, Luc. 21. f. 28, Atollite capita vestra quoniā, &c. Gen. 4. a. 6, Vtquid concidit vultus tuus? dicit Dominus ad Cain tristem.*

5 Et exaudiuit me de mōte san. s. ויענני מהר קדשו &respōdit mihi. *&c. Respōdere pro Annuere & exaudire. Scio (inquit David) qd mihi agēdum sit, implorabo opem Dei: certò autem scio quòd me exaudiet.* Clamare ad Deum voce sua, *phrasi Hebraica dictum est, pro opem Dei implorare. Verti possent hæc per futurū, Clamabo, & exaudiet, &c.* De mōte sanctitatis suæ, *vel* sancto suo. *i. de propitiatorio quod est super arcam fœderis in Sion monte sancto. pollicitus enim fuerat Deus se exauditurum è medio Cherubimorum eos qui illum inuocarent cum fiducia.*

de monte sancto suo.

ctitatis suæ.ↄSélah.

Ego dormiui,& soporatus sum,& exurrexi:quia Dominus suscipiet me.

6 Ego"decubui, & dormiui,& euigilaui: quia Iehouáh sustentauit me.

Non timebo millia populi circundantis me : exurge Domine,saluũ me fac Deus meus.

7 Non"timebo à decẽ millibus populorũ qui circunquaque posuerunt *castra* aduersum me.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa:dentes peccatorũ contriuisti.

8 "Surge Iehoua,serua me Deus mi, quia"percussisti omnes inimicos meos in maxilla: dentes impiorum confregisti.

Inuocat Deum, ac excitat ad suum auxilium.

Domini est salus,& super populũ tuũ benedictio tua.

9 Iehouæ est"salus: super populum tuũ benedictio tua.ↄSélah.

Solius Dei est liberatio.

ↄSélah סלה *Exclamationem significat.q.d. ô rem* Deo *acceptam, cum fiducia ipsum implorare!* 6 Decubui, שכבתי *Præterita Hebræis, quæ verti possunt per futura,*Decubabo & dormiam,& expergiscar: quia Dominus fulciet me.*q.d.Ego cuius caput tot hostes petunt, vbi opem à* Deo *petiuero committam me quieti,& securus dormiã:quia* Deo *defensore fido.Somnus summam hîc tranquillitatem significat.nam qui anxii sunt,& malis premuntur,lectum quietis causa petere nequeunt,curis somnum adimentibus.Quidam vertunt,*Equidem iacebã,ac dormiebã: experrectus autẽ sum,quia,*&c.* 7 Timebo אירא *Futurum pro præterito si præcedentia legas per præteritum. Aut verte,* Nõ metuam à myriadibus populi qui me circunquaque obsidẽt. *Ponere in circuitu alicuius,pro aduersus aliquem instruere aciem, more* Hebraico *dictum est. Per myriades,siue decem millia, populum innumerabilẽ intelligit. Hîc se* David *in spem erigit. Verti etiam potest,*Nõ timui,*,per præteritum,vt dictum est.* 8 Surge קומה Exurge:*vt scilicet audita tuba strennus & promptus miles exurgere solet, erige te in pedes.& accipe arma, collige vires tuas & potentiam:vt percutias hostes meos in maxillam,ita vt dentes eorum confringas: quibus confractis & comminutis conficere & concidere panẽ non poterunt,atque ita interibunt.Istud significat concisum hoc dicendi genus.* Percussisti הכית *Vel per futurum,*Exurge:quia percuties omnes inimicos meos in maxillam, Id est dentes improborũ cõfringes 9 Salus: הישועה Salus *pro auxilio.*Benedictio *autẽ pro fauore & beneficio.quasi dicat,*Domini *interest seruare & liberare populum ab iis quæ illi accidunt:ipse est à quo petendum auxilium:illi soli debetur victoria, quòd vicerim filium* Absalom. *Vide 2.Samu.18.g.33. Mutatio personæ à tertia in secundam, ad affectum ostendendum valet,* Tu Deus *populum tuum,id est tibi fidentem, seruare,tutari, liberare soles,& benis cumulare.*In fine adiicitur *Selah. quasi dicat,*O *excellentiã & exhuberantiam bonitatis* Dei,*qui ipsi fidẽtibus tam prõptus est auxiliator!*

IIII.

1 ¶ "Victori "in Neginóth, Psalmus Dauidis.

David opem Dei implorat aduersus coniurationem Absalom filii sui.

2 QVum inuoco, exaudi me Deus "iustitiæ meæ: in angustia "dilatationẽ fecisti mihi: miserere mei, & audi orationem meam.

Reprehendit Principes Israel contra se conspirantes, exhortans eos vt resipiscant.

3 "Filii viri, vsquequo gloriam meam "*uertetis* in ignominiam, diligetis "inane, quæretis mendacium? ◻Sélah.

IIII.

1 *In finem in carminibus, Psalmus David.*

2 *QVum inuocarẽ, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi: miserere mei, & exaudi orationem meam.*

3 *Filii hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*

IN PSALMVM. IIII.

1 Victori למנצח Præfecto cantorum. *sub. commissus Psalmus vt decantaretur. Sic dicebatur is cui committebantur Psalmi decantandi: aut ad cuius imperium Psalmi decantari solebant, aut pulsari, qui arte musica alios superabat ac vincebat: adeò vt illius artis dux & magister meritò esset. Vnde qui vim vocis Hebraicæ reddere volet, vertet, Præfecto citharœdorum peritissimo & excellentissimo.* In Neginóth בנגינות ad [vel, super] Neginóth. *instrumentum erat musicum. Ad instrumenta enim musica decãtatos fuisse Psalmos notum est: sed sic vt modulatio organorum, animum pararit ad percipienda plenius verba Sacri carminis.* De *cantorum, & organis modulationum institutione, vide* 1. Paral. 15. b. 16.

2 Quum inuoco, בקראי Ad *verbum,* In clamando me. *id est* Dũ *clamo, aut Quum clamauero, siue inuocauero. Aut, Quum implorem opem tuam.* Iustitiæ meæ: צדקי. *i. iustificator mi: siue author iustitiæ meæ. Aut potius, Deus innocentiæ & integritatis meæ testis: qui nosti nulla me iniuria affecisse filium meum Absalom vt in me conspiraret. Quidam vertunt, vindex iustitiæ meæ. Nam Elohim. iudices etiam significat.*

Dilatationẽ fec. mihi: הרחבת לי eduxisti me in latitudinẽ. *Educere in latitudinem, siue latitudinem facere alicui, pro, è loco arcto & angusto in locum spatiosum educere. Metaphora ab iis qui redacti sunt in locũ angustum ab hostibus, ita vt elabi nequeant. q. d. qui me redactũ in summas angustias, aliquando liberasti & exhilarasti.*

3 Filii viri, בני איש *Hebræi filios virorum vocant potentes & principes viros. Alloquitur autem hîc nobiles & proceres Israelitas qui cum Absalom coniurauerant. q. d. O vos viri principes.* Vertetis. *Aut, subaudiendum, conamini ducere, aut aliquid tale. Alii vertunt, quousque tandem gloria mea in ignominiam? sub. erit apud vos. Gloriam suam siue honores suos vocat regnum suum à Deo sibi datum. q. d. quousque moliemini aduersum me cædem, vt regno ignominiosè me spolietis?*

Inane, ריק vanitatem. Inane, vanitatem, mendaciũ *vocat rem fallacem, quæ non solet succedere pro animi sententia: friuola consilia & cona-*

tus qui spem fallunt. q. d. quousque operam dabitis me regnō euertere? quod non consequemini, Deo mihi consulente.

Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suū: Dominus exaudiet me quum clamauero ad eum.

4 "Et scitote quòd "segregauit sibi Iehouáh "piū: Iehouáh exaudiet quum clamauero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.

5 "Pauete, "& ne peccetis: "loquimini in corde vestro super cubili vestro, "& tacete. ◻Sélah.

Sacrificate sacrificiū iustitiæ, & sperate in Domino. Multi dicunt, Quis ostēdit nobis bona?

6 Sacrificate "sacrificia iustitiæ, & confidite in Iehoua.

Pro bonis quibus abundāt aduersarij, Dei duntaxat beneuolentiam postulat: qua quidē fretus, se ab inimicis suis liberatum iri sperat.

Signatū est super nos lumen vultus tui Domine:

7 Multi dicunt, "Quis videre faciet nos bonum? "eleua super nos lucem vultus tui Iehoua.

4 Et scitote ודעו Scitote autem. *vel*, itaque. *Aut subaudiēdū*, Respicite *ô nobiles Israel*, & scitote. *Aut redundat* ו. Segregauit הפלה selegit. Pium: חסיד misericordē. *Vox Hebræa passiuè accipitur pro eo in quem misericordia exercetur. Alij vertūt* probum, *vel* beneficum. *Loquitur autem de se David in tertia persona, me selegit in Regem suum quem misericordia sua dignaretur.* 5 Pauete, רגזו Contremiscite. Timete. *sub. vobis à Deo ô Proceres Israel. Si non me timetis, saltem Deum timete, qui me Regem constituit. Chaldæus paraph. vertit. Domate concupiscentiam vestram, & irascimini. sub. vobis. In hunc sensum adduxisse videtur Paulus Eph. 4. f. 26.* Et ne peccetis: ואל־תחטאו *sub. diutius in me. i. ne perseueretis in coniuratione vestra contra me.* Loquimini אמרו dicite. *i. cogitate, & rem ipsam expendite apud vos dum iacetis in cubili vestro, hoc est noctu: quo tempore vacatis à negotijs grauioribus.*

Et tacete. ודמו *Imperat. pro fut.* tacebitis. *q. d. quum rem accuratius expenderitis, desistetis de me impiè loqui, & Israelem aduersum me concitare. Addidit* ◻Sélah, *acsi dicat, O amētiam eorum qui extrema moliuntur in Regē quē Deus constituit!* 6 Sacrificia iust. זבחי צדק *Sacrificia intelligit quæ lex præcepit offerri pro peccato, sacrificia legitima.* Iustitiæ *autem. i. quæ animi resipiscentiam & mutationem testētur. q. d. O coniurati, peccatum vestrum agnoscite, & in illius expiationem offerte sacrificium Deo, & sperate vos consequuturos veniam. vel, in solo Deo sperate, non in vobis. Chald. paraph. Domate concupiscentiam vestram, & reputabit ur vobis in sacrificia, & sperate in Deo.*

7 Quis videre, &c. מי יראנו טוב *Optandi formula est. acsi dicant inimici Danidis, Vtinam optatis potiamur, nempe vt videamus Dauidē extinctum. Aut est oratio eorum qui Deū non habentes, temporalia sibi dari postulant.* Eleua super, &c. נסה עלינו וגו' *Hebraismus, pro, precor vt nos tuo fauore prosequaris. Verba Danidis, Habeo, inquit, aduersarios multos, alii aliis rebus fidunt, tantum ego beneuolentiam tuam opto, & ea sola fido: precor igitur vt tuo fauore nos prosequaris. Vt odium vultu*

declaratur, sic & fauor. quos enim amamus, suauiter & hilariter intuemur. Lumē vultus *vocat vultum lucidum.* Fac *vt appareat nobis quòd nos diligas, respiciendo ad nos.*

8 "Dedisti lætitiā in corde meo, à tempore quo frumentum eorum & mustum eorum multiplicata sunt.

dedisti lætitiam in corde meo,
A fructu frumēti, vini, & olei sui multiplicati sūt.

9 "In pace pariter accubabo, & dormiā: quia tu Iehouáh "solus confidenter habitare facies me.

In pace in idipsum dormiam & requiescam:
Quoniam tu Domine *singulariter in spe constituisti me.*

V.

Dauid à Saule eiúsque subditis vexatus, ardenter petit à Deo *vt preces suæ exaudiantur.*

1 "Victori super "Nehhilóth Cāticum Dauidis.

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid.

2 Eloquia mea auribus percipe Iehoua, intellige "loquutionem meam.

Verba mea auribus percipe Domine, *intellige clamorē meū.*

3 Attende voci clamoris mei, Rex mi, & Deus mi: quoniam ad te "oro.

Intēde voci orationis meæ, Rex *meus &* Deus *meus.*

4 Iehoua mane "audies vocem meam: mane "præparabo tibi *orationem*, & speculabor.

Quoniam ad te orabo: Domine *mane exaudies vocem meam.*

8 Dedisti læt. &c, נתתה שמחה בלבי *q.d.* Tātum *abest vt hostibus meis inuideam, vt illis gratuler hubertatem frumenti & vini. i. omnium rerū ad vitam necessariarū copiam.* Hoc *autem dono tuo habeo, vt eorum fœlicitate gaudeam, non doleam.* 9 In pace בשלום *.i. Spero futurū te duce, vt mihi hostes ita reconcilientur, vt cum illis etiam si vndique cingant me, tutò & intrepidè habitare possim, imò etiam tranquillè dormire. tu enim solus id præstare potes.* Solus לבדד seorsum. *i. per me, meo arbitrio, nemine facessente mihi negotium.* Quidam *vertunt futurum in præsens,* solus securè habitare me facis.

IN PSALMVM V.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Nehhilóth הנחילות *Insigne aliquod instrumentum musicum olim notum, dictum à sono apum quem imitabatur.* 2 Loquutionem m. הגיגי meditationem meā, murmur meum. *q.d.* Vtinam *aduertas animum meum ad tacitū meum eloquium, & ostendas te inaudiuisse tacitas meas preces.*

3 Oro. אתפלל Fut. Heb. *pro præs.*

4 Audies תשמע audi. Fut. Heb. *pro imperat.* Præparabo tibi *orationem*, & spec. אערך לך ואצפה præparo tibi *orationem*, & contem-

plor.*vel*,& expecto.*id est, soleo te mane deprecari,& expectare auxilium tuum.* Fut.Heb.*pro præs.*

Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

5 Quia non Deus volens" im-
pietatem tu *es*:non habitabit iu-
xta te malus.

Deus nō potest perferre impios adulatores, osóres, similésque, quibus Dauid certū exitium proponit, aut quos confidit perituros.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes oēs qui loquuntur mēdacium.

6 "Non stabunt stulti corā ocu-
lis tuis : odisti omnes operantes
"iniquitatem.

Virum sanguinū & dolosum abominabitur Dominus.

7 Perdes loquētes mendaciū:
virum"sanguinolentum & frau-
dulentum abominatur Iehouáh.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad tēplum sanctum tuū in timore tuo.

8 Ego autē"in multitudine mi
sericordiæ tuæ introibo domū
tuam : "incuruabo me tēplo san-
cto tuo in timore tuo.

Fretus misericordia Diuina, sperat se reuersurum Ierusalem ad adorandum cum fidelibus.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos:dirige in cōspectu meo uiam tuam.

9 Iehoua duc me"in iustitia tua
propter inimicos meos : "dirige
coram me viam tuam.

Suæ conscius infirmitatis, opē & gubernationē postulat propter aduersariorū improbitatē quā describit.

5 Impietatem רשע Impietas.*siue*,iniquitas,& malitia : *metonymia, pro impiis & malis. aut subauditur, uir, ut sit, non est* Deus *cui placeat vir impietatis, neque morabitur tecum* vir *mali.*Liberabis *me ô* Deus *à* Saule *& adulatoribus eius:quia tu non es* Deus *cui arrideat iniquitas.*

6 Non stabunt לא יתיצבו Non consistunt.Fut. Heb.*pro præs.id est non habent apud te locum.* Alii, Non statuent se:*aut*, Non apparebūt.
Iniquitatem. און vanitatem. 7 Sanguinolentum & fraud. דמים ומרמה Ad *uerbum*, sanguinum & doli.

8 In multitudine mi.t. ברוב חסדך Hebraismus, *pro, ampla tua bonitate, siue misericordia tua fretus.* Incuruabo me t.s. אשתחוה אל היכל קדשך adorabo versus templum sanctitatis tuæ. *uel*, sanctum tuum. *id est, fixis oculis in tabernaculum fœderis .* Solus Pontifex Sanctum *sanctorum ingrediebatur, ut illic oraret : reliqui uerò omnes uersus templum (.i.oculis fixis in tabernaculum fœderis)orabant.* Ego,*inquit, quum misericordia tua adiutrice reuersus fuero ab exilio, adibo domum tuam, ut antehac semper feci: interim autem quòd mihi nō liceat te in templo adorare, conuersus ad tabernaculum fœderis, te colam: quod certè cum tua reuerentia facturus sum: uel, seruata reuerentia quam omnes tibi debent , impellente me ad id ingenuo timore quo timeo mihi à te.*

9 In iustitia tua בצדקתך .*i.per uiā iustitiæ tuæ , per iustitiā quam doces & probas.i.da ut uiuam cum summa innocentia:ne peream insidiis quas mihi struunt hostes mei.*Exponi *etiam potest*, Deduc *me pro tua iustitia, rogo te per eam iustitiam & benignitatē qua præditus es, ut deducas me:propter eos qui insidiantur uitæ meæ.* Dirige הישר rectam fac.

Id est, fac ut mihi recta uideatur uia tua. Vel, *fac me ambulare in uia tua, ita ut non deflectam ab ea.*

Quoniam nō est "in ore eius 10
rectum, intimum eorum "prauitates, ‖ "sepulchrum patēs guttur
Rom.3.b.13 tates, ‖ "sepulchrum patēs guttur
eorum, lingua sua blandiuntur.
"Desola eos Deus, "cadant à 11
consiliis suis, propter multitudinem præuaricationum eorum
"expelle eos: quoniam "rebellant
contra te.
Lætitia & benedictio iis qui in Deo sperant. "Et lætentur omnes qui sperāt in te, in seculum iubilent, "& 12
operi eos, "& exultent inte qui diligunt nomen tuum.
Quoniam tu benedices iusto 13
Iehoua: vt scuto "bona voluntate
coronabis eum. VI.
¶ "Victori in Neginóth "super 1
octauam Canticum Dauidis.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatū eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.

Et lætētur omnes qui sperāt in te: in æternum exultabūt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonæ voluntatis coronasti nos.

VI.

In finem in carminibus, Psalmus David *pro octaua.*

10 In ore eius rectum, בפיהו נכונה *Singulare pro plurali, in ore vniuscuiusque eorum.* Rectum *vocat rectitudinem, veritatem, verúmque sermonem.* Prauitates, הוות Id est, *cor eorum plenum est dolis & fraudibus.* Sepulchrum קבר *Sepulchro aperto & cadaueribus pleno simile dicit guttur suorum aduersariorum: nam vt sepulchrum apertum expectat cadauer quod conficiat & exedat: ita hostes mei sua blandiloquentia eò tēdunt vt me pellectum ad se, perdant & subuertant: hæc est, me à te deficere faciant.* 11 Desola eos האשימם Perde eos. Errare fac eos. *Chaldæus paraph.* Cōdemna eos. Cadant יפלו vtinam excidantur. Expelle eos הדיחמו *vel,* depelle eos. *sub. à te.* Metaphora *ab iis qui labantes impelluntur.* Rebellant מרו *Præt.* Hebr. *pro præs.* 12 Et lætentur, *&c.* וישמחו וגו' Vt lætentur, *&c.* & exultent in te qui, *&c.* Et operi eos, ותסך עלימו & operies [*sine*, operire facies] super eos. *Fut.* Heb. *pro imperat. operi, vel protege eos.*

Et exultent ויעלצו vt exultent.

13 Bona voluntate coron. eum. רצון תעטרנו beneplacito. [*vel*, beneuolentia] vndique cinges eum. *i. beneuolentia tua, veluti clypeo insigni, vndique cinges & munies eum.*

1 Victori in Neginóth למנצח בנגינות *Vide Psal. 4. a. 1.* Super octauam על השמינית super Seminith. *Octauus sonus in musica intensis-*

ſimus eſt. Hic pſalmus datus fuit præfecto ſymphoniacorum, vt ad Neginóth *decantaretur inte͞ſiſſima voce,& clariſſima.* Quum David *graui aliquo laboraret morbo,partem huius pſalmi compoſuit: & alteram, quum iam eſſet priſtinæ valetudini reſtitutus.*

DOmine,ne ĩ furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.	2	IEhoua,ne ĩ furore tuo arguas me,neque in ira tua ʺcorripias me.	*David in grauiſſimo morbo, ſe agnoſcẽs à* Deo *affligi, orat ne aſperius caſtigetur, poſtulans miſericordiam.*
Miſerere mei Domine,*quoniã infirmus ſum: ſana me* Domine,*quoniam conturbata ſunt oſſa mea.*	3	Miſerere mei Iehoua,quoniã ʺdebilis ſum: ſana me Iehoua, quoniam territa ſunt oſſa mea.	
Et anima mea turbata eſt valde: & tu Domine *vſquequo?*	4	Et anima mea territa eſt valde:& tu Iehoua vſquequo ʺ*conteres me?*	
Conuertere Domine,*& eripe animam meam: ſaluũ me fac propter miſericordiã tuam.*	5	ʺReuertere Iehoua,eripe animam meã,ſerua me propter miſericordiam tuam.	
Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?	6	Qoniam nõ eſt ʺin morte memoria tui:ʺin ſepulchro quis ʺcõfitebitur tibi?	*Dolet quòd mortuus non poterit laudare* Deũ *cum cæteris.*

ʺ 2 Corripias me. תוכיחני caſtiges me.*Subaudiẽdum aliquid,quale illud ex* Ieremia,*cap.10.d.24.* Ne *fortè ad nihilum redigas me.* Peculiare *enim eſt iratis & malè habentibus vt ſuos ſermones concidant.* Verba Ieremiæ *hæc ſunt,*Corripe me Domine,*veruntamen in iudicio,* [*i.ſeruato modo & menſura*] *& non in furore tuo,ne ad nihilum redigas me.*

3 Debilis ſum: אמלל *ſub.morbo.vel,fractus,aut confectus,aut imbecillis morbo.q.d.fractus ſum morbo,reſtitue mihi vires priſtinas.*

4 Conteres me? *vel,differes auxilium?* Apoſiopeſis,*anxio & expectanti auxiliũ familiaris:* 5 Reuertere שובה Exiſtimabãt *hoſtes* Dauidis Deum *receſſiſſe ab eo:propterea dicit,*Reuertere *ad me.priſtinæ valetudini me reſtitue.* 6 In morte במות.*i.qui mortui ſunt, prædicare te non poſſunt,& celebrare laudibus in eccleſia & cœtu ſuperſtitum.* In ſepulchro בשאול infouea. Confitebitur tibi? יודה לך.celebrabit te? *vel,*quis te laudet? Repetitio *eſt.nam* In *morte, &* In *ſepulchro,idem ſunt.* Optat David *ſeruari in vita.q.d.*Serua *me vt te laudare poſſim inter viuos:nam ſi morior,quis erit tui laudator inter homines,tot impijs laudẽ tibi ſoli debitam inuidentibus?* Quum *ita loquitur* David, *non prorſus eripi: mortuis*Dei *laudãdi facultatẽ* Nam *ſi fideles carnis onere grauati in hoc pietatis officio ſe exercent,quomodo exuti & ſoluti corporis vinculis,reſides ceſſarent?* Tenendum *igitur eſt,* Dauidem *nõ tractare ex profeſſo quid agãt,vel in quo ſe exerceant mortui,ſed tantùm reſpicere in quem finẽ viuamus in hoc ſeculo,nempe vt alij alijs viciſſim gloriæ* Dei *ſimus præcones.*

7 'Laborati in gemitu meo,
'natare facio singulis noctibus
lectum meum: lachrymis meis
stratum meum liquefacio.

7 *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.*

8 'Caligauit præ ira oculus me⁹,
'inueterauit propter omnes 'ini-
micos meos.

8 *Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.*

Repellẽs suos inimicos, se exauditũ esse confidit. matth. 7. c. 23, & 25. d. 41 luc. 13. f. 27

9 ‖Recedite à me omnes ope-
rantes iniquitatem, quoniã au-
diuit Iehouáh vocẽ fletus mei.

9 *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ: quoniam exaudiuit Dominus uocem fletus mei.*

10 Audiuit Iehouáh deprecatio-
nem meam, Iehouáh orationem
meam suscepit.

10 *Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.*

11 'Pudore afficientur, & terre-
bũtur valde omnes inimici mei:
'conuertentur, pudore afficien-
tur subitò.

11 *Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant ualde uelociter.*

VII.

1 ¶ ''Siggaiõ Dauidis quod ce-

VII.

1 *Psalmus Dauid quẽ cantauit Domino pro uerbis*

7 *Laborati in gem. m.* יגעתי באנחתי Defatigatus sum suspiriis meis. *vel*, gemendo. *aut*, flendo. Natare facio אשחה *Præt. Heb. pro præs. Id est, ut uideatur illis innatare. Alij*, macero, *ut solent quæ aliquandiu in aquis retinentur & emolliuntur. Hæ hyperbolæ ostendunt acerbitatem morbi Dauidis.*

8 Caligauit עששה Contabuit. Putruit. Veluti à tineis corrosus est. *Id est, Nitorem suum amisit oculus meus. aut, Facies mea tabida facta est, & senium contraxit, planéque deformata est præ summa indignatione qua ego indignor, hostes meos lætari ob morbum meum. Vel, Facies mea similis facta est panno à tineis corroso, aut similis faciei cadaueris, id est, omnino obscurata est ob, &c.* Oculum *pro facie posuit.*

Inueterauit עתקה euanuit. obtenebratus est. consenuit. amotus est. Inimicos moes. צוררי *sub. angustiis afficientes me.*

11 Pudore afficientur, & terr. יבשו ויבהלו Pudore afficiantur & conturbentur. *q. d. Inimici mei qui toti erant in expectatione mortis meæ, pudore suffundantur & ualde terreãtur: quia Regẽ me diutius sunt habituri quàm putarant.* Conuertentur, pud. aff. sub. ישבו יבשו רגע conuertantur, pudore afficiantur *in* momento. *uel*, abeuntes pudefiant repente.

IN PSALMVM VII.

1 Siggaion שגיון *Initium erat uulgaris cantilenæ, ad cuius modulos decãtatus fuit hic Dauidis Psalmus. Gallicè dicimus, Sur le chant de Siggaion.*

Chusi filii Iemini. 2. Semu. 16.b.7.

Domine Deus meus in te speraui, saluū me fac ex omnibus persequētibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animā meā, dū nō est qui redimat, neq; q saluū faciat.

Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:

Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidā meritò ab inimicis meis inanis:

Persequatur inimicus animā meam, & comprehendat, & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerē deducat.

Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus

cinit Iehouæ super verbis Chuשׁ filii Iemini.

2 IEhouā Deus mi in te spero, serua me ab omnibus persequentibus me, & eripe me:

3 Ne fortè rapiat vt leo animā meā: lacerer, & nō sit qui eruat.

4 Iehoua Deus mi, si feci istud, si est iniquitas in manib⁹ meis:

5 Si retribui pacificè degenti mecū malum, & *si non* erui hostem meum sine causa:

6 Persequatur inimicus animā meam, atque comprehendat, & cōculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem collocet. סSélah.

7 Surge Iehoua in furore tuo, attolle te propter indignationes hostiū meorū: & euigila *ut*

David confidens Deo, orat, ut à violenta Saulis persequutione liberetur.

Declarat suam innocentiam.

Petit à Deo ut obtineat regnū promissum, ut populus Deo colligatur, & impij profligentur.

Super verbis על דברי de factis. de negotio, *id est propter ea quæ dixerat, uel perpetrauerat* Chus. i. AEthiops *filius* Iemini. Vide 2. Samu. 16.b.7. *Saulem uocat Chus, quòd atris esset moribus, quos non magis mutaret quàm cutem* AEthiops. Filius Iemini. *i. Beniaminita.* Iemini *fuit tritauus Saulis, & Cis atauus.* 1. Sam. 9.a.1. 2 Spero, חסיתי confido. Præt. Heb. *pro præs.* 4 Istud, זאת *Per reticētiam intelligit id quod Saul suspicabatur, uel quod Sauli adulatores de ipso suggerebant, quòd scilicet ambiret regnum, aut capiti eius insidiaretur.*

In manibus meis: בכפי Manus *pro factis. i. si in factis meis est iniquitas, si iniqua perpetraui aduersus Saulem.* Repetitio *est.*

5 Et si *non* erui ואחלצה qui eripui. *uel*, spoliaui.

6 Vitā meam, חיי *id est me.* Et gloriā meā, *&c.* וכבודי וגו' *Hebraismus. i. mori me faciat, uel gloriam meam ita extinguat, ut nulla mei memoria sit apud superstites & posteros. Memoria iustorum nō caret gloria apud homines.* Hîc Gloriam *pro memoria sui posuit.*

7 In furore tuo, באפך *.i. iratus. q. d. ostende te illis esse iratum.*

Propter indig. בעברות contra commotiones. *uel*, ob furores. *i. commouent te hostium meorū conatus pleni furore & stomacho.* Vel, exaltare, *id est altum & potentem te ostende ad opprimendos hostium meorum conatus.* Et euigila, *&c.* ועורה אלי משפט צוית & expergiscere ad

me *ob* ius *regni quod* præcepisti. *id est, cura uigilantissimè ut regno potiar quod tuo iudicio mihi decreuisti. fac tandem potiar iure regni quod cōtulisti, ad quod iuxta præceptū tuum inunctus sum à* Samuele, *reiecto* Saule. *Nā congregatio populorū circūdat te: itaque aduersus eam in altū reuertere.* O*ppugnat te, inquit, populorū congregatio, quum me oppugnat: itaque conscende tribunal aduersus multitudinē illam, quod iampridem reliquisse videris, propterea quod improbū hostem non punias. Alludit ad locum in quo* Iudices *solent ferre sententiam, qui editus & altus esse solet. Ita doctus inter* Hebræos *exponit. Alij exponunt de populo Israelitico: acsi promitteret* David, *simul ac in regni soliū euectus esset, se operā daturum vt populus antea dissipatus, iterum coalesceret in purum* Dei *cultū.* N*ā sub* Saule *vel neglecta fuerat religio: vel tanta scelerum licentia grassata fuerat, vt pauci* Deum *colerent.* Per me, *inquit, ad te reuocabitur, & in tuum cultum adunabitur. Alij de multis populis dictum accipiunt: ac dicunt, fructum suæ liberationis* Davidem *hîc commendare, quod longè latéque pateret eius fama: acsi dixisset,* Domine, *regnum mihi asserendo, non priuatim beneficium hoc conferes in meam personam, sed commune multis populis documentum erit iusti tui iudicij, vt oculos conuertant ad tuum tribunal.*

adducas ad me iudiciū *quod* præcepisti:

8 Et congregatio populorum circūdabit te, & propter eam in altum reuertere.

9 Iehouáh iudicabit populos, iudica me Iehoua secundū iustitiam meam, & secundū perfectionem meam *quæ est* in me.

10 ‖Cōsumat nunc malum impios, & stabili iustū *tu* qui probas corda & renes,

inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus *meus in præcepto quod mādâsti mihi, & synagoga populorum circundabit te.*

Et propter hanc in altum regredere: Dominus *iudicat populos.*

Iudica me Domine *secūdum iustitiā meā, & secundū innocētiā meā super me.*

Cōsumetur nequitia peccatorū, & diriges iustum, scrutans corda & renes,

Postulat vt Deus *cōtra* Saulem *suæ innocentiæ iudex sit, vtque improbi puniantur.*

1.*Samu.*16.*b.*7
1.*paral.*28.*b.*9
*ierem.*11.*d.*20
& 17.*b.*10,
& 20.*c.*12

8 In altum למרום in excelsum. *i. conscende tribunal vt iudices.*

9 Iudicabit ידין *Fut. Heb. pro præs.* iudicat. *Personæ item mutatio, pro, iudicas. q.d.* Domine, *tu solus es ad quem pertinet pronuntiare inter populos: tu igitur iudex es aduersariorum meorum: quare te obsecro vt iudices secundum me: ostende, harum inimicitiarum me non esse authorem.*

Et secundum perfectionem, &c. וכתמי עלי *Ad verbū*, & secundū integritatem meam super me. *Vel, quæ est* super me. *siue*, in me. *Redundat* SVPER ME, *quum* MEAM *dixerit.*

10 Consumat n. m. im. יגמר נא רע רשעים Cōsumat quæso malū impios. *Vel*, Cesset quæso malitia impiorū. *Fut. Heb. pro imperatiuo.*

Et stabili ותכונן & dirige. *Fut. Heb. pro imper.* Et renes, וכליות *Scriptura solet per* Renes, *affectus interiores significare. siquidem, inquit,*

solus exploras & vides corda & intimas hominũ cogitationes: quod quũ tibi peculiare sit, non dubium est quin videas Saulẽ sincero tui amore non affici, me verò tui sincerißimum eßẽ cultorem.

Deus.		Deus "iuste.	
Iustũ adiutorium meum à Domino qui saluos facit rectos corde.	11	Clypeus meus *est* in Deo qui seruat rectos corde.	*Clypeus Deus quibus.*
Deus index iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies?	12	Deus "iudex iustus, & Deus irascitur *impio* omni die.	
Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum:	13	"Nisi cõuersus fuerit, gladiũ suum acuet, arcum suum tetendit, & parauit illum:	*Ruina impiis proxima.*
Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardẽtibus effecit.	14	Et ei parauit "vasa mortifera: sagittas suas "persequentibus *me* operabitur.	
Ecce parturit iniustitiã, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.	15	Ecce parturit iniquitatem, & concepit "peruersitatem, & pariet mendacium.	*Iob 15.d.35 esa.59.a.4*

Iuste. צדיק iustus. 12 Iudex iustus, &c. שופט צדיק וגו' iudicat iustũ, & spernentem[irritantẽ] Deũ omni die. *Id est, tam pium quàm impiũ indesinenter iudicat.* 13 Nisi cõuersus fue. אם לא ישוב *Si ad Saulẽ referas, sic leges,* Nisi conuersus fuerit, *sed* gladium suũ acuerit, arcũ suum tetenderit, & parauerit illũ: Et parauerit sibi iacula lethifera, sagittas suas ardẽtes fabricatus fuerit: En parturiet, &c. *vel,* sanè parturit iniquitatẽ. *q.d. frustra conatus fuerit: nã Deus irritos faciet conatus eius. David horribiles hostiũ conatus referẽs, Dei gratiam hac descriptione magis illustrat, acsi dixisset, Nisi animum mutauerit hostis meus, vel impetũ suum ac vires aliò conuerterit: quis impediet quominus sub manu eius peream? nam quũ illi arma suppetant, cædem meam modis omnibus machinatur. Quòd si ad Deum referas, dic,* Nisi conuersus fuerit *impius,* acuit *Deus* gladium suum, &c.

14 Vasa mortif. כלי מות Vasa *pro instrumentis, more Hebraico. hîc pro iaculis lethiferis.* Persequentibus operabitur. לדלקים יפעל *id est, faciet, siue accommodabit. Aut futurum est pro præsenti. Dicit sagittas aptasse persequutoribus: quia multos habebat ad manũ satellites Saul, qui operam suam libenter ad perdendum Davidem locassent.*

15 Peruersitatẽ, עמל afflictionem. molestiam. *Hac metaphora & Iesaias vtitur cap.33.b.11, Concipietis quisquilias, parietis stipulã. Quidam sic resoluunt istam orationẽ, Ecce iniquus parturiet, quia molestiam concepit. hoc est, sicuti pridem apud se meditatus est mihi perniciem, ita inferre conabitur. Alij vertunt,* Sanè parturit rem vanam: quia concepit molestiam, ideo pariet rem inanem. *Parturire fraudem, ma-*

lum, iniuriam, est totum esse in concinnanda iniuria. Concipere malum, *nihil aliud in animo versare quàm fraudem.* Dicit igitur, Si ille impius *non resipuerit, sed acuerit, &c. certè cupiet párere scelus, sed non edet in lucem: quia concepit animo malum, calamitatem & damnum, pariet rem vanam. i. conatus eius successum non habebit.*

Summum impiorũ studium perdendi pios, iis ipsis perniciosum.

16 Cisternã fodit, & effodit eã: & cecidit in foueam *quam* operatus est.

Lacũ aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

17 Conuertetur "peruersitas eius in caput eius: & super verticem eius "iniquitas eius descendet.

Conuertetur dolor eius in caput eius & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Laudat Deũ pro iustitia aduersus inimicos præstita.

18 "Confitebor Iehouæ secundũ iustitiam eius: & psallam nomini Iehouæ altissimi.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

VIII.

VIII.

1 ¶ "Victori super "Haggithith, Psalmus Dauidis.

In finẽ pro torcularibus, Psalmus Dauid.

Celebrat magnificentiam Dei in vniuersa rerum natura conspicuam.

2 IEhoua Domine noster, quàm "grande est "nomẽ tuum in vniuersa terra: "qui posuisti "gloriam tuam super cælos.

Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.

Matth. 21. b. 16

3 |Ex ore paruulorum & lactẽ-

Ex ore infantium & la-

17 Peruersitas e. עמלו ærumna [labor. molestia] eius. *i. vis quam mihi inferre conatur.* Iniquitas e. חמסו iniuria eius. violentia. 18 Cõfitebor Iehouæ secundum iust. e. אודה יהוה כצדקו Celebrabo Iehouam pro iustitia eius. *q. d. Quũ hæc videro, laudabo Dominũ, quòd se iustum præstiterit liberando me.*

IN PSALMVM VIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Haggithith, הגתית *Aut, Githith. melodiæ genus fuit. q. d psalmus decantandus iuxta melodiã quę Githith dicebatur. Aut fuit nomen instrumenti musici, super quod decantatus fuit psalmus iste, sic dicti (vt quidam volunt) ab vrbe Palæsthinæ Gath, in qua primum inuentum & cõstructum fuerit. Chaldæus paraph. ad citharam aduectam è Gath.* 2 Grande אדיר magnificum, potens. præclarum. admirandum. Nomen tuum שמך Nomẽ *pro potentia vel maiestate. q. d. O Domine, quàm magnam esse potentiam tuam ostendit vniuersa terra!* Qui posuisti. אשר תנה quòd dederis, vel, posueris. *Infinit. pro prat.* Gloriam t. הודך *id est magnificentiam siue præstantiam tuam. q. d. magnificè & cum summa omnium admiratione elucet potentia tua, etiam in cælo, nedum in terra.*

3 Ex ore paruulorum מפי עוללים *Ostendit linguas infantiles, an-*

te meum verbum efferre queant, sonorè loqui quàm liberalis sit Deus erga genus humanum. Vnde enim statim ab vtero egreßis alimentum præsto est, nisi quia Deus mirabiliter sanguinem in lac transformat? vnde etiam sugẽdi industria, nisi quia idem Deus arcam instinctu linguas eorũ aptat?

ctentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorẽ.

tium "fundasti fortitudinẽ "propter inimicos tuos, "ad compescendum inimicum & vlciscentem se.

4 *Quoniã videbo cælos tuos opera digitorum tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti:*

"Quum video cælos tuos, "opus digitorum tuorum, lunã & stellas quas præparasti: *Christo facto homini omnia subiecta præter Patrem.*

5 *Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?*

‖Quid est homo, quòd recorderis eius? & fili[9] hominis, quòd "visites eum? *Hebr.2.b.6*

6 *Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria & honore*

"Siquidem deficere fecisti eũ paululum ab Angelis, gloria &

Fundasti fortitudinem יסדת עז *Id est, stabilẽ esse declarasti gloriam fortitudinis tuæ, & eam confirmasti contra inimicos tuos. q. d. Ea quæ mirabiliter agis in infantibus, quos omnium iniuriis opportunos cõseruas: ostendunt & eloquuntur te esse eum qui res humanas curet, cuius prouidentia omnia fiant & regantur. Matthæus, 21.b.16, testimoniũ istud citat: vnde probat, illam puerorum in templo acclamationem, opus Diuinæ bonitatis esse, præcipua admiratione dignum: quod hostes Dei confutabat non minus quàm reliqua beneficentiæ Dei miracula quæ in infãtibus cernuntur.* Propter inimicos tuos, למען צורריך *Id est, vt confundãtur hostes tui qui te Deum esse non credunt qui mortalia curet.* Ad compescendum להשבית ad cessare faciendum. ad abolendum. *vel,* perdendum, *id est vt inimicos & vltores perdas. Vltores vocat illos qui lædunt eos qui fidunt Deo: aut qui pœnas de hostibus suis sumunt, vindictam Deo non relinquentes, quem humana curare non credunt.*

4 Quum video כי אראה *Fut. Heb. pro præs. & perficitur sententia versu sequẽti, Quid est homo.* Alii, Etenim suspicio: *vt sit causa cur tantopere bonitatem Dei miretur.*

5 Visites eum? תפקדנו *Id est, quòd rationem eius habeas?*

6 Siquidem defic. fec. eum pau. ab Ang. ותחסרהו מעט מאלהים Paululum siquidem Deo inferiorem fecisti illum. *Homines tot decoribus ornatos esse dicit, vt eorum conditio, Diuina & cælesti gloria non longè sit inferior. Deinde externum in omnes creaturas imperium & ius commemorat: ex quo apparet in quàm altum dignitatis gradum eos Deus extulerit. Hic locus citatur in epistola ad Hebræos, cap. 2.b.6, verũ iuxta LXX versionem: accommodatúrque Christo. Accommodatur itaque & ad hominem, & ad Christum filium hominis. Sic plura loca sunt quæ duplicem ha*

bent sensum, propheticum scilicet, & prophetiæ expertem, id est nudum & simplicem. Quicquid prædicat Scriptura de hominis dignitate, Christo primùm, vt generis nostri capiti & instauratori congruit. Vnde hic versus & sequentes, iure in ea epistola de eo exponuntur.

decore coronasti eum.

1.Cor.15.d.27

Dominari fecisti eum operi- 7
bus manuum tuarum: omnia po
suisti sub pedibus eius,
Pecudes, & boues, vniuersa 8
ipsa, & etiam bestias agrestes,
Volucres cæli, & pisces maris, 9
& quicquid trãsit semitas maris.
Iehoua Domine noster, quàm 10
grande est nomen tuum in vni
uersa terra!

IX.

David toto animo studióque gratias agit Deo pro maxima quadã victoria cõtra inimicos

Victori super Muth labben 1
Canticum Dauidis.
COnfitebor Iehouæ in toto 2
corde meo: narrabo omnia
mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te: cã 3
tabo nomini tuo Altissime,
Quòd conuersi sint inimici 4

coronasti eũ: & cõstituisti eũ super opera manuũ tuarũ. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper & pecora cãpi,

Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra!

IX.

In finem pro occultis filii, Psalmus David.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime,

In conuertendo inimicum

Coronasti e. תעטרהו *Fut. Heb. pro præt. vt sequenti versu. i. honore & gloria ornasti eum veluti corona.* 10 Grande אדיר *Vide versu 2.*

IN PSALMVM IX.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Super Muth labben עלמות לבן *Nomen est cantilenæ ad cuius modulos decantatus fuit hic Psalmus. Aut nomen est instrumenti musici. Quidam volunt Labben esse nomen cuiusdam Philisthæi, quo cæso, pro concessa victoria editus fuit hic Psalmus: exponentes, Super morte Labben. In hunc sensum Chaldæus paraph. vertit,* Super morte viri qui egressus fuerat de mediis castris. *Goliath Philisthæum significans.* 2 Confitebor Ieh. אודה יהוה Celebrabo Iehouam. *Confiteri Domino, pro, Celebrare Dominum, vel laudibus vehere Dominum, in Psalmis ferè semper legitur.* Mirabilia t. נפלאותיך *Personæ mutatio more Hebræorum.*

3 In te: בך de te, *vel*, propter te. *q. d. tibi victoriã feram acceptam: gloriabor de tuo auxilio.* Nomini tuo שמך nomen tuum. *siue* Famam tuam. Altissimum, *siue* Supremum *Deum vocat, quòd omnes mortales superet.*

meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt à facie tua.

mei retrorsum, "impegerint & perierint à facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meũ & causam meam: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

5 "Quoniam fecisti iudicium meũ,& causam meam:sedisti in solio"qui iudicas iustitiam. *Victoriam totam vni Deo tribuit.*

Increpasti Gẽtes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.

6 "Subuertisti"Gentes,perdidisti impiũ: nomen eorum delesti in seculum & in sempiternum.

Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti.

7 Inimice,"finitæ sunt solitudines in seculũ: & *ipsarum* vrbium *quas* destruxisti, memoria periit cum ipsis. *Irridet inimicum suũ qui se omnia vastasse existimabat.*

Periit memoria eorũ cum sonitu,& Dominus in æternum permanet.

8 "Et Iehouáh in seculum"permanebit, "parauit ad iudicium solium suum. *Dominus regnans perpetuò, oppressos tuetur.*

Parauit in iudicio thronũ suũ: & ipse iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

9 Et ipse "iudicabit orbem in iustitia,iudicabit populos"in rectitudine.

4 Impegerint & perie. יכשלו ויאבדו corruerint & perierint.*Fut. Heb.pro præt.* 5 Quoniã fecisti, *&c.* כי עשית וגו׳ *Subaudiendum ex primo & secundo versu,* Celebrabo te,*vel,* Lætabor *de te:quoniam pro me pronuntiasti,sedistique pro tribunali. Videntur inuersa hæc, pro, Quoniam sedisti pro tribunali vbi pronuntiasti.* Qui iud.iust. שופט צדק iudex iustitiæ. iudex iustus. iudex iuste. 6 Subuertisti גערת Perdidisti. Exterminasti. Increpasti. 7 Finitæ s. solit. in sec. תמו חרבות לנצח finem habent ædificia destructa, siue desolationes in vniuersum. consummatæ sunt vastitates in perpetuum. *Insultatio aduersus inimicum qui sibi persuaserat se omnia ita apud Israelitas vastaturum, vt ne memoria quidem vlla rerum destructarum superesset. quod tamen aliter accidit*·nã Dominus *in seculum, &c.*

8 Et Iehouáh ויהוה Sed Iehouáh.*vel,*Iehouah autem Permanebit ישב permanet.*Fut.Heb.pro præs.*Vel,sedet.*sub.pro tribunali.* Parauit כונן parat.*Præt.Heb.pro præs.in coniugatione quadrata.q.d.Dominus perpetuò sedet pro tribunali,paratus iudicio suo liberare iustos ab insidiis & vi improborum.*

9 Iudicabit orbem ישפט תבל iudicat orbẽ.ius dicit orbi. *Fut. Heb.pro præs.q.d.ius dicit cunctis populis cum summa æquitate, ita vt ij interficiantur qui morte digni sunt: & ij contrà seruentur, & à morte asserantur qui extingui non debent.* In rectitudine. במישרים in æquitatibus,

Et erit Iehouáh "exaltatio pau- 10
peri: exaltatio in temporibus
quibus erit in angustia.

Et factus est Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

Fiducia in Deũ.

"Et sperabũt in te "scientes no- 11
men tuum: quia nõ "derelinquis
quærentes te Iehoua.

Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

Exhortatio ad laudandũ Deum, & ratio.

Cantate Iehouæ "habitanti *in* 12
Siión, annuntiate in populis
"opera eius.

Psallite Domino qui habitat in Sion, annuntiate inter Gentes studia eius.

Quoniam "requirens sangui- 13
nem, eius recordatus est, nõ ob-
litus est clamoris pauperum.

Quoniam requirens sanguinem, eorũ recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Liberari petit, & quare.

Miserere mei Iehoua: "vide 14
afflictionẽ meam *quæ est* ab iis
qui odio habent me, qui exaltas
me de portis mortis:

Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Vt narrem omnes laudes tuas 15
"in portis filiæ Siión, & exultẽ

Qui exaltas me de portis mortis, vt annũtiem omnes laudationes tuas in portis

10 Exaltatio משגב Vox Hebræa *significat locum editum siue eleuatum, ad quem confugimus imminẽte calamitate: ideo ponitur pro asylo & perfugio, arce & munimento.* 11 Et sperabunt ויבטחו Sperẽt igitur. Fiduciam *igitur* habeant. *Fut. pro imp.* Scientes no. tuũ: יודעי שמך *i. qui te cognitum habent.* Nomen Dei, *inquit doctus inter* He*bræos, est* Deus, & Deus *suum nomen: per nomen autem attributa* Dei *intelligimus. Vertere igitur potes, qui notam & perspectã habuerint clemẽtiam tuam, qui nouerint bonitatem & humanitatem tuam, &c.*

12 Habitanti *in* Siión, יושב ציון *Hoc dictum est* Spiritu *prophetico antequã illata esset arca in* Sion, *super cuius propitiatoriũ & tegumentũ inter ipsos* Cherubim *consulebat populo suo* Dominus. *propterea dicebatur habitare in* Siõ. Opera e. עלילותיו studia eius. *Vel*, facinora *aut* egregia facta eius. 13 Requirens sangu. &c. דורש דמים וגו' requirens cædes, ipsarum [*sub. cædium*] meminit, *Vel*, recordatur. *i.* Deus *qui quæstionem instituit de cædibus innocentium, tempore suo illarũ recordatur, atq; vlciscitur.* 14 Vide affl. m. ראה עניי Hac *precatione vsus est* David *quũ esset constitutus in periculo mortem minitãte.* Etiam, *inquit, contemplare nunc meam afflictionem, vt olim fecisti. id est, libera me ab omnibus hostibus meis, vt me à* Goliath *liberasti.*

15 In portis בשערי Porta *in* Sacris *literis significat locum ante portam in quem populus cogi & conuenire solebat: vbi &* Iudices *congregabantur vt illic ius redderent.* Dicit *igitur* David *se enarraturum laudes*

Dei in portis congregationis Sion.*i.in locis in quibus conciones haberi solebant à populo Israelitico,in conuentu frequentissimo: acsi dicat,in media Ecclesia.* Vox *Hebræa* בת*,pro qua filiam vertit noster interpres,significat congregationem.*

filiæ Sion.		"in salute tua.	
Exultabo *in salutari tuo: infixæ sunt Gentes in interitu quem fecerunt.*	16	"Demersæ sunt Gentes in foueam *quam* fecerūt,in reti quod absconderunt, captus est pes eorum.	
In laqueo isto quē absconderunt, comprehēsus est pes eorum.			
Cognoscetur D*ominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*	17	"Notus est Iehouáh *quòd* iudicium fecit:in opere manuū suarū illaqueatus est "impius: "meditatio in seculum *est salus hæc.*	*Impiorum iudicium.*
Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiscuntur Deum.	18	"Reuertentur impii ad sepulchrum,omnes Gentes quæ oblitæ sunt Dei.	
Quoniam non in finē obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.	19	Quoniam non in seculum obliuioni erit pauper: expectatio pauperum "*non* peribit in seculū.	*Afflictorum reminiscitur Deus.*

In salute tua. בישועתך de salute tua.*i. de auxilio tuo salutifero. siue,vt lætitiam meam protester de auxilio à te accepto.*

16 Demersæ sunt טבעו D*uplex est metaphora: altera à venatoribus,qui lupis & vulpibus fodiunt foueas in quas incidant:altera ab aucupibus.* D*auid fiducia erectus, hostibus suis insultat: acsi dicat* Parauerant *mihi foueas & laqueos,sed in illos inciderunt: industria & arte sua ceciderunt.* H*oc dicit quia* P*hilisthæi gloriabantur virtute* Goliath*: verū fuit illis exitio:nam eo cæso cæsi sunt & ipsi.*

17 Notus est Ieh.*quòd* iud.fe. נודע יהוה משפט עשה Cognitus Iehouáh iudicio *quod* fecit.*Sub.aduersus* Goliath*, quando eum cecidit,atque omnes impios.* V*el,*Notus Iehouáh,iudiciū fecit. A*ut,*Innotuit Iehouáh,iudicium fecit. Meditatio in seculum הגיון סלה Higgaion sélah.*q.d.ô rem perpetua meditatione dignam.* H*oc perpetuò meditari debent fideles,nimirum quòd improbi consilio suo pereant.*

18 Reuertentur ישובו Conuertentur. Recident. A*ut est fut. pro præt.* Reuersi sunt.*i.hostes mei reuersi sunt in terram vnde prodierant, in sepulchrum siue in foueam,in imam terræ partem & profundam abyssum,quò reuerti solent omnes quibus curæ non est* D*eus , qui iudex est viuorum & mortuorum.* 19 N*on.* N*ulla est negatio apud* H*ebræos in hac secunda parte versus:verùm eam suo more repetunt ex præcedenti. hoc est, nunquam* D*ominus obliuiscetur afflictorum & calamitosorū:neq; vnquā excidet spes eorum.hoc est,nō erit vana,neq; frustrabūtur sua spe.*

Orat vt hominis superbia deiiciatur.

Querela ad Deum fidelis existimantis se in manus impiorum traditũ, & derelictum à Deo.

Mores, fœlicitas, fallaciæ impiorũ sapientium.

Surge Iehouáh ne robore- 20
tur homo: iudicentur Gẽtes co
ram te.
Pone Iehoua timorem eis, 21
sciant Gentes quòd homines
sunt ✝Sélah. X.

VT quid Iehoua stas in lon 1
ginquo, abscondis *te* tẽ-
porę *quo sumus* in ipsâ angustia?
Præ superbia impius perse- 2
quitur pauperem: capiantur in
cogitationibus quas cogitant.
Quoniã laudat *se* ĩpius super 3

Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conspectu tuo.

Constitue Domine legislatorem super eos: sciant Gẽtes quoniam homines sunt.

X.

VT quid Domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?

Dũ superbit impius, inceditur pauper: comprehẽduntur in consiliis quibus cogitant.

Quoniã laudatur pecca-

20 Ne robor. ho. אל יעז אנוש ne fortificetur homo. i. *ne præualeat mortalis: hoc est effice ne vires humanæ aliquid esse videantur: ostende humanas vires aduersum te nihil posse.* Vox Hebræa אנוש, *pro qua quidã vertunt mortalem, significat hominem infirmũ & imbecillum.* Indicentur Gentes ישפטו גוים *id est, vtinam exerceatur à te in Gentes iudicium. hoc est, vtinam à Gentibus pœnas scelerum suorum exigas.*

21 Pone Iehoua tim. e. שיתה יהוה מורה להם Hebraismus, O Iehoua *incute illis metũ.* Sciant ידעו Id *est, vtinam Gentes, & quicũque Deo aduersantur, sciant se mortales esse homines & imbecilles præ Deo. Additur in* H*ebræo in fine huius versus,* ✝Sélah. *q. d. O sententiam exacta cõsideratione dignam: expendant homines diligẽter apud se, hominis vitã, bullam esse, vmbram, somnium: quicquid item fragile est atque fugax.*

IN PSALMVM X.

1 In long. ברחוק in remoto, *sub. loco. Id est procul.* Abscondis תעלים *sub. faciem tuam. Cõcisa oratio, quæ paulo infrà versu 11, integra legitur,* O*ccultauit faciem suam ne videat, &c.* Tempore *quo sumus* in ipsa ang. לעתות בצרה *Ad verbũ,* ad tẽpora in ipsa angustia. *pro, temporibus quibus sumus in angustia & tribulatione, & malis afficimur ab improbis? Metaphora sumpta ab homine absente, cuius auxiliũ imploramus: aut si adest, conniuente ad mala nostra. q. d. Quodnam tantum est scelus meum quod possit obscurare clementiam tuam? Causa autẽ admirationis est summa* Dei *bonitas: acsi dicat, Quũ sis summopere bonus, cur non sentio auxilium tuum?*

2 Præ superbia, *&c.* בגאות רשע וגו' *Ad verbum,* Præ arrogantia improbi persequitur pauperem. *Hebraismũ conuertit noster interpres.*

Capiantur in cogitation. יתפשו במזמות illaqueentur in versutiis. *vel,* cogitationibus fraudulentis. *Mutatio numeri, pro illaqueetur improbus cum sociis scelerum quos habet. Vtinã capiantur velut laqueis, praui suis consiliis quæ cogitant contra pauperes afflictos.*

3 Laudat *se* imp. super desid. הלל רשע על תאות iactat *se* improbus

de desiderio.*i.propter prauum animi sui desiderium: vt solent perditissimi homines,qui quum malefecerint,iactãt sese ob maleficium perpetratum,homicida de cæde facta,fur de furto admisso,&c.* Quidam *taquam transitiuum vertunt*, Laudat impius *alios* iuxta desiderium animi sui. *Vt improbi auari auaros laudant,impudici impudicos laudãt & alios qui eisdem vitiis obnoxij sunt quibus & ipsi.* Hanc *versionem confirmat quod mox sequitur*, Et auaro benedicit.

tor ĩ desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

desiderio animæ suæ, "& auaro benedicit, "irasci facit Iehouam.

4 *Exacerbauit Dominum peccator,secundũ multitudinem iræ suæ nõ quæret. Non est Deus in cõspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.*

4 Impius "propter superbiam quã facie præ se fert, non quærit *Deum*, "nec *est* Deus *in* omnibus cogitationibus eius.

5 *Auferuntur iudicia tua à facie eius:omnium inimicorum suorũ dominabitur.*

5 "Dolore afficiunt viæ eius omni tempore: "*in* altitudine *sunt* iudicia tua à conspectu eius: "*in* omnes hostes suos sufflat.

6 *Dixit enim in corde suo,*

6 Dicit in corde suo, No moue-

Et auaro benedicit, ובצע ברך .*i.& lucro intentum commendat.*

Irasci facit Ieh. נאץ יהוה *&* prouocat ad iracũdiam Iehouã. *sub.suo contemptu.Vel,*contemnit Iehouam *Aut,*contemptu prouocat Iehouam. *Alij,*blasphemat Iehouam.

4 Propter superbiã,*&c.* כגבה וגו' *Ad verbũ*,præ altitudine naris suæ non requirit. *Fut.Heb.pro præs.i.præ fastu suo nõ requirit Deũ. Exprimit gestum hominis fastuosi.* Nec *est* Deus.*&c.* אין אלהים וגו' *Ad verbum,*Non Deus,omnes cogitationes eius.*q.d.Impius non implorat Deum,quia omnes eius cogitationes sunt quid non sit Deus qui res mortalium curet:vnde omnia agit pro suo arbitratu.*

5 Dolore afficiunt יחילו Molestæ sunt. Discruciãt,*sub.pios.Fut. Heb.pro præs.Toto tempore vitæ nocent probis,idque semper student.*

In altitudine *sunt* iu. מרום משפטיך *Ad verbũ*, altitudo *sunt* iudicia tua. *Id est,remota sunt & lõgè ab eo posita.q.d.non putat te de impiis sumere suppliciũ.Iudicia* Dei *vocat animaduersiones & plagas.* In omnes ho.*&c.* כל צורריו יפיח בהם *Ad verbum,* omnes aduersarios suos sufflat in eos. *Alterum relatiuum redundat,more* Hebræorum, *pro, in omnes aduersarios suos sufflat. hoc est, flatu eos prosternit, siue prosternere solet.sub.opinione sua.q.d.opinione & sententia sua confidit solo suo flatu se posse prosternere omnes inimicos suos.* Hyperbole *est, qua etiam* Galli *vtuntur,quum dicunt,C'est vne chose qu'on n'ha pas pour souffler.i.non facilè,neq; citò.Vnde hîc solo flatu hostes deijcere,est facilè, paruoq; negotio, & citò illos deijcere. Vel,existimat se tã facilè hostes deijcere posse & extirpare,quàm facile est vento arbores conuellere & euertere radicitus.*

bor"à generatione in generatio-
nem:"quia non *euenit illi* malum.
Rom.3.b.14 ‖Maledictione"os eius plenum 7
est,& dolis,& fraude:sub lingua
eius"peruersitas & iniquitas *est*.
"Manet in insidiis villarũ, in 8
latibulis occidit innocentẽ:ocu
li eius"super pauperem aspiciũt.
Insidiatur in latibulo sicut leo 9
in cubili suo:insidiatur vt rapiat
pauperem:rapit pauperem "quũ
trahit eum in rete suum.
"Contritum,humilémque se 10
ostendit: & cadit cum fortibus
eius congregatio pauperum.

Non mouebor à generatione in generationem,sine malo.
Cuius maledictione os plenũ est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor.
Sedet in insidiis cum diuitibus,in occultis,vt interficiat innocentem:
Oculi eius in pauperẽ respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperem:rapere pauperẽ dum attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum,inclinabit se,& cadet quũ dominatus fuerit pauperum.

6 A generatione in g.*&c.* לדר ודר אשר לא ברע Ad *verbũ*,in ætate & ætate,quia nõ in malo.*sub.ero.Id est, nihil incommodi sentiam. q.d. Improbus cogitare solet intra se, nunquam se de gradu & dignitate sua excisum iri: sibi persuadet se quandiutissimè victurum: neque quandiu viuet, quicquam incommodorum accepturum.* Chald.*eus paraph. vertit,à generatione in generationem: quem* L X X *sequuti sunt. Quidam sic intelligunt, per vnam atque alteram ætatem, subaudi, viuam: quia non sum visurus incommodum:quia nihil mali accidet mihi. Alij,in generatione & generationem victurus est,cui nihil incommodi continget. Quidam vertunt,quia non* est *in malo.pro,nihil sentit aduersi.*

7 Os e. פיהו Os *pro sermone accipitur in* Sacris *literis.* Lingua *pro corde.quòd positum sit sub lingua.*Dicit *igitur,Improbi vt probis facilius imponant,pleno ore periuria euomere solent.præterea dolo & fraudibus vtũtur:nam aliud dicunt,aliud cogitant.Postremò,in corde eorum siue cogitatione est iniuria & vexatio.i. nihil aliud cogitant, quam quomodo iniuria afficiant & vexent.* Peruersitas & iniq.*est.* עמל ואון afflictio & vexatio.*aut*,molestia & prauitas.*siue*,vanitas.

8 Manet ישב Sedet. Habitat.*acsi dicat,* Struere *solet insidias in pagis.nam in pagis parua est hominum frequentia.*Fut.Heb.*pro præs.etiam versu sequenti.* Super pau.asp.לחלכה יצפנו in pauperem intenti sunt.pauperem obseruant.*cædis causa scilicet.*

9 Quũ trahit e. במשכו Ad *verbũ*,in trahẽdo eum.*i.dũ allicit eum in rete suum,dilaniandi causa:metaphora sumpta ab aucupibus.*Hîc *autem est antecedens pro relatiuo.quũ dicit,rapit pauperẽ,pro,rapit eũ.* Per *hæc omnia intelligit secreta consilia quibus solent improbi probos obruere.*

10 Contritũ,*&c.* ודכה ינו' Atterit sese,deiicit sese,& *tum* cadit

in robusta eius congregatio attritorũ. In robusta, *hoc est in vngues in quibus est fortitudo leonis*, Vel, Comprimit [*aut*, Colligit] sese, & cadit viribus eius congreg. *&c*. *Fut. Heb. pro præs. Leo prædam inuasurus, incuruat sese, & humilem facit, vt potentius insiliat in prædam. sic interdũ deiectionẽ animi simulat improbus, vt commodius pauperem opprimat & euertat. simulat se esse debilẽ, & nullarum virium: & tum corruit in manus eius plenas robore congregatio siue multitudo contritorum, debilium & confractorum.*

Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciem suã ne videat in finẽ.

11 "Dicit in corde suo, Oblitus est Deus, "occultauit faciẽ suam ne videat "in seculum.

Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

12 "Surge Iehoua Deus, eleua manum tuam, "ne obliuiscaris pauperum.

Precatio ardens ne Deus afflictorũ obliuiscatur, sed perdat impios.

Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.

13 Propter quid "irasci facit impius Deum? *dum* dicit in corde suo *quòd* non "requires.

Vides quoniam tu laborẽ & dolorem cõsideras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper:

14 *Sed* vides: quia tu "peruersitatem & iram aspicis:

11 Dicit in corde s. אמר בלבו .i. *Cogitat intra se*, Obliuiscitur Deus, abscondit faciem suam, non videbit in perpetuum. *Superiorum causam exponit David: q. d. Sic cogitat apud se impius, Deus, rerum quæ hîc perpetrãtur, nullam curam habet, auertit faciem suam ne vnquã videat illa. Sibi persuadet, Deum obliuisci peccatorũ quæ ipse impius facit. Quidam subaudiunt Aut, in secunda parte versus*, Obliuiscitur Deus, *aut* abscondit faciem suam, & non videbit, *&c. q. d. Certè non nouit, aut conniuet, ac simulat se non videre. Alij dicunt*, Quanuis videat, obliuiscitur. Occultauit הסתיר auertit. In seculum. לנצח vnquã.

12 Surge קומה Exurge, *quasi scilicet opem laturus oppressis. Et attolle manum, tanquam percussurus inimicos.* Ne obliuiscaris pau. תשכח עניים *q. d. ostende te non teneri obliuione pauperum: quod te facere improbi persuasum habent. Vindica iniurias eorum, qui licet omni humano auxilio destituantur, tibi tamen fidunt.*

13 Irasci fa. נאץ præ contẽptu prouocat. blasphemat. *Præt. Heb. pro præs.* Requires. תדרש *Peccata eorum scilicet. putant nanque impij se omnia impune facturos, nec te quæstionẽ institurũ de peccatis quæ perpetrant. Verti potest*, Quamobrẽ contemnit impius Deũ? *Cur præ nimio contemptu impius Deum contemnit? nónne quia cogitat corde suo quòd non inquires, sub. id quod dicit & facit, vt de illis pœnas sumas?*

14 Peruersitatem & iram עמל וכעס molestiam & indignationẽ. *vel*, nam iniuriam & indignationem cernis. *vel*, cernere soles. *Vides, inquit, omnia. nihil te latet: iniurias & maleuolentiam improborum erga*

& fideles tuos tu cernis, quæ putant te latere improbi. Indignationem *vocat rem indignatione dignam, & quæ illum cui fit iniuria, prouocat ad iram.* Indignationem *igitur dicit qua pij afficiuntur, propterea quòd impij* Deum *maledictis incessunt.*

"ad dandum in manus tuas, "tibi relinquit *causam suam* pauper, pupillo tu es adiutor.
15 "Contere brachium impii & mali: "quæres impietatem eius, & non inuenies.
16 Iehouáh "Rex in seculum & in æternum: "perierunt Gentes de terra eius.
17 Desiderium "humilium exaudis Iehoua, "præparas cor corũ: intendere facis aurem tuam,
18 "Vt iudices pupillo & paupe-

orphano tu eris adiutor.
15 *Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.*
16 *Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi: peribitis Gentes de terra illius.*
17 *Desiderium pauperũ exaudiuit* Dominus: *præparationem cordis eorum audiuit auris tua,*
18 *Iudicare pupillo & hu-*

Ad dandũ in manus tuas: לתת בידך vt ponas in manibus tuis, *sub.* eam iniuriam. *hoc est, vt paratus sis semper ad rependendam iniuriã. vel eos qui iniuriam & molestiam patiuntur, vt illos vindices.*

Tibi relinquit, *&c.* עליך יעזוב Fut. Heb. *pro præs. Scriptura nomine pupillorum & viduarum intelligit eos omnes qui hominum ope carent. Tibi, inquit, se committit pauper: neque immeritò: pupillo enim, & ei qui humano auxilio est destitutus, adiutor esse soles.*

15 Contere שבר Frange. Confringe. Quæres impietatem e. תדרוש רשעו בל תמצא inquires improbitatem eius, non inuenies. *sub. improbum illum q. d. quæstionem institue de improbitate eius, non sistet se in conspectum tuum, nec comparebit, improbitatis suæ conscius, vt causam suam defendat.* Fut. Heb. *pro imperat.* 16 Rex in sec. & in æter. מלך עולם ועד Regem *seculi vocat* Regem *æternum: q. d. Si contriueris vires improborum, & supplicium de ipsis sumpseris, declarabitur tua maiestas, tuum regnum erit æternũ: tunc omnes te agnoscent* Deũ. *Oratio est cõcisa.*

Perierunt אבדו Præt. Heb. *pro fut.* Dauid *hîc* Gentes *vocat Israelitas impios. q. d. De impijs tandem pœnas sumet, nec locum habebunt in terra* Domini. 17 Humilium ענוים afflictorum. Præparas, *&c.* תכין לבם תקשיב אזנך dirigis cor eorum: intẽdit auris tua. Fut. Heb. *pro præs. q. d. præuenis eos vt petant quæ tibi grata sunt, & precibus eorum aurem tuam facilem præbes.* 18 Vt iudices, *&c.* לשפט יתו' Vt ius dicas pupillo & misero. *Ostendit cur aurem sit adhibiturus: nempe vt ferat sententiam pro afflictis. Attentam (inquit) reddis aurem tuã, vt audias causam calamitosorum, & tandem eos omni ope destitutos, obtinere facias ius suum, & illos vindices.*

mili. vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram. X.

1 *In finē, Psalmus* David.

I*N Domino cōfido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer?*

2 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerūt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.*

ri: ne addat vltrà *impius* vt cōterat hominem è terra. XI.

¶ Victori Dauidis.

IN Iehoua speraui: quomodo dicitis animæ meæ vt trāsmigret *à* monte vestro *sicut* auis?

Quoniam ecce, impii tetenderunt arcū, parauerunt sagittā suam super chordam, vt iaculētur in caligine in rectos corde.

David suam in Deo ponens fiduciam, queritur de ijs qui nolebant, eum, dum Saulem fugeret, latere in suis montibus.

Ne addat, *&c.* בַּל יוסיף עוד ne addat vltrá terrere mortalis è terra. *vel,* posthac non terreat [*sub. pupillum*] mortalis terrenus. *i. terrenus homūcio, qui hîc* Deo *excelso opponitur. Acsi dicat,* Si *semel suppliciū de improbis sumpseris, vltrà non terrebit pios homo mortalis: quia & probi omnem in te habebunt fiduciam, & impij sibi timebunt. Alij,* Ne sit vltrà vt formidet mortalis.

IN PSALMVM XI.

1 Victori, למנצח Vide *Psal. 4. a. 1.* Speraui: חסיתי spero. spem colloco. confido. *Præt. Hebr. pro præs.* Animæ meæ לנפשי *.i. mihi. Alloquitur* David *amicos, qui metuentes ne à* Saule *impio occideretur, illum incitabant vt ad* Philisthæos *confugeret; quum in* Iudæa *nullus esset tutus locus. Alii dicunt fuisse verba hostium* Dauidis, *quum eum vrgerent vt secederet de* Iuda, *nullum illi tutum relinquentes locum apud populum* Dei. *Lege à primi libri* Samuelis *capite 21, vsque ad 27.* In Domino *(inquit) omnem meam spem colloco: quî fit ergo vt dicatis mihi, sino qua fronte audetis dicere mihi,* Recede *à nobis? vel,* Recede *è monte nostro celerrimè, veluti auis quæ videt insidias aucupis? Sed tunc esset mutatio personæ. quod parum conuenit.* Per montem *non notatur certus mons, sed ablegatur* David *in rupes desertas quò illum sors duceret.* Chaldæus *paraph. vertit,* in montem: *quē* LXX *sequuti sunt.* Vt transmigret, *&c.* נודי הרכם צפור *Chald. paraph.* Transmigra *in* montē *sicut* passer? *Scribitur &* נודו Migrate. *vt non solum* Dauidem *alloquantur vt fugiat, sed vnà cum suis comitibus, quos omnes idem periculum manebat.*

2 Tetēderunt ar. par. sag. ידרכון קשת כוננו חצם intendunt arcum, parant sagittas. *Fut. & præt. pro præs. Aliquid subaudiendum est quo præcedentia sequentibus coniuncta videantur: cuiusmodi quod sequitur,* Cogor *equidem imitari ingenium auis quæ oculos sagittariorum fugere vult. Postea sequatur,* Nam *ecce, improbi ipsi tetenderunt arcū. direxerūt sagittas suas super neruū, ad mittēdum sagittas in locū obscurū, in rectos corde.* Quum *dicit, in locum obscurum, debet referri ad locum perfugij, vbi boni delitescunt & latitare student. q. d. vt suis sagittis figant rectos corde in latebris deprehensos.* Verti *potest,* Ad mittendum sagittam è caligine [*siue,* è loco obscuro] in eos qui sunt recto animo. *i. me & eos*

qui mecum sunt. Hoc *modo si interpreteris, erunt uerba* Danidis. *Alij uolunt esse uerba amicorum* Danidis, *quæ præcedentibus, & sequenti uersui iungantur, quibusque rationem reddant cur auolare & celerrimè aufugere debeat è Iudæa.* Nam, *inquiunt*, impii tetenderunt, *&c. præterea*. perfugia fracta sunt, *&c.*

Cõfirmat se quòd Deus in cælo videt afflictiones iusti, & impios punit.

"Certè retia destructa sunt: iu 3
stus" quid operatus est?
Iehouáh in templo sanctita- 4
tis suæ, "Iehouæ in cælis *est* so-
lium: oculi eius "vidēt, palpebræ
eius "probant filios hominum.
"Iehouáh iustum probat: im- 5
pium autem & diligentē iniqui
tatem, odio habet" anima eius.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciũt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

3 Certè retia destructa sunt: כי השתות יהרסון .i. *dissipatæ sunt impiæ fraudes quibus me adorti fuerant impij: minimè autem factum est opera aut industria mea, ut dirutis retibus saluus euaserim: quin potius quietus & quasi dormiens,* Diuinitus *ex retibus hostiũ fui ereptus.* Id *significabit*, Quid operatus est: *si* retia *vertas. Alij*, Fundamenta destruētur. *Alij*, Perfugia destructa sunt. Perfugia *vocat arces.* F*ut. Heb. pro præt.* Quid operatus est? מה פעל quid admisit? *vt scilicet nullum tutũ locum inueniat in quo possit consistere. q. d. Quid ergo ego* David *admisi, propter quod Israelitæ tã inimico animo me persequatur, vt nullum locum perfugij inueniam? nusquã tutus est ab improbis locus.* Perfugia (*vt dictũ est*) *vocat arces. Metaphora ab ædificiis sumpta, quę dirutis fundamẽtis, tota cõcidere necesse est. Queritur igitur* David, *se coram mundo funditus euersum, vt nihil in suis fortunis saluum maneret.* 4 Iehouæ in cælis *est* so. יהוה בשמים כסאו *Ad verbum*, Iehouáh in cælo sedes eius. Iehouáh in cælo *habet* soliũ suum. *Humanis auxiliis exclusus* David, *ad* Diuinum *auxilium se confert.* Idem *bis dicit:* templum *enim* sanctitatis, & cælum, *idem sunt. q. d. etiamsi hîc nũc deplorata videantur omnia, tamẽ è cælo respiciet & prouidebit.*

Vidẽt, יחזו cõsiderant. *Fut. Heb. p præs.* respiciũt. *aut*, respicere solẽt: *siue* cõtemplantur, *sub. quæcũque fiunt in hoc mũdo: vident calamitates afflictorum & impiorũ conatus.* Probant fi. ho. יבחנו בני אדם examinant filios hominis. *Id est homines. q. d. vnum me consolatur, quòd quamuis Deus in cælis agat, tamen è regia sua omnia omnium facinora videt, quæ exercent in fideles & pios: oculi Dei explorant & perspiciunt quàm improbi sint homines aduersus eos qui illi fidunt.*

5 Iehouáh iustum probat: יהוה צדיק יבחן Iehouáh iustus explorat. *sub. suos malis & calamitatibus.* Vel, iustos examinat. *i. sic inquirit de vniuscuiusque causa, vt iustos ab impiis distinguat.* Hãc *interpretationem confirmat quod vltimo versu dicitur.* Anima e. ונפשו Id

est, adit ex animo. Improbum odit vehementer Dominus: licet id prosperis eius successibus dissimulet.

Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ, pars calicis eorum.

6 Pluet super impios, laqueos, ignẽ & sulphur: & spiritus procellarũ *erit* pars calicis eorum.

Quoniam iustus Dominus iustitias dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius.

7 Quoniã iustus Iehouáh, iustitias diligit: rectum videt facies eius.

Dominus iustus iusto, diligit.

XI.

In finem pro octaua, Psalmus Dauid.

Saluum me fac Domine, quonia defecit sanctus,

XII.

1 ¶ Victori super octauã, Canticum Dauidis.

2 Serua Iehoua, quoniam defecit misericors, quoniam

Dauid angore affectus, vociferatur ac conqueritur quod nullos inuenit bonos, nec fideles, aut veraces.

6 Laqueos, פחים carbones. prunas. *i. Instar pluuiæ immittet laqueos vt capiat eos & perdat. q.d. acerrimè improbos siue impios puniet. De laqueis aucupis intelligit.* Procellarum זלעפות vertiginũ. terrorum. *vel,* combustionum. *sub. erit. id est portio & calix ipsorum erit. hoc est comburentur.* Spiritũ vertiginum *vel* cõbustionũ *vocat turbinem incensum.* Portio *ad cibum refertur:* calix, *ad potũ. Calix pro portione. metaphora sumpta ab eo qui præest conuiuio, qui vnicuique partiri solet quod bibat. q.d. talia bibent.* 7 Iustitias dilig. צדקות אהב *Præt. Heb. pro præs. Id est, homines iustos diligere solet: acsi dixisset, homines iustitiarum. Aut potius* iustitias *vocat rectitudinem quæ grata est illi: ideo bonis causis fauere solet: vnde cõcludit, rectos homines ab eo aspici.*

Rectum videt facies e. ישר יחזו פנימו *Ad verbum,* rectum viderunt facies eorũ. *Pronomen plurale est pro singulari, vt vertas,* rectum vultu suo intuetur. *Vel,* rectum facies eius inspicere solet. *q.d. à piis vultũ suũ nõ solet auertere. More autẽ Hebraico dicitur, Aspicit facies eius. pro, Ipse aspicit. Sic* LXX *vertũt.* Aut, rectitudine *præditi* aspiciẽt vultũ eius, *nẽpe* Dei. *vt sit simile illi quod est Psal. 17. d. 15, Ego in iustitia videbo faciẽ tuã. id est iustitia tua fretus, intuebor te. Chaldæus paraph.* Recti videbunt iucunditatem facierum eius. *Alij pronomen plurale referunt ad iustos, sic,* facies hominum iustitiæ studentium aspiciẽt Deum qui rectus est & æquus: *vel,* quòd rectus sit & æquus. *q.d. tãdem facilè in iudicio faciem iudicis sustinebunt pij.*

IN PSALMVM XII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Super octauã, על השמינית *vide Psal. 6. a. 1.* 2 Defecit miser. גמר חסיד desiit esse sanctus. *aut,* pius. bonus & probus. *Vide Psal. 4. a. 4. Id est, Fer opẽ nobis veritati & probitati studentibus: quia iã nulli sunt qui aliorum cõmodis studeant. De aulicis Saulis hæc intelliguntur: quasi dicat, Desiit pius, & qui de aliis bene mereri curet, in aula Saulis, in qua omnes assentationi student. Potius Dauid in genere deplorat mores suæ ætatis, in qua neque liberales sunt, neque fidei datæ seruantes.*

'defecerunt fideles à filiis hominum.

quoniã diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.

3 Mendaciũ 'loquitur quiſque cum proximo ſuo: 'labio blanditiarum in corde & corde loquuntur.

Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximũ ſuum: labia doloſa, in corde & corde loquuti ſunt.

Imprecatio contra aſſentatores ac glorioſos.

4 Succidat Iehouáh vniuerſa labia blanda, linguam loquentem 'magna:

Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, linguam magniloquam.

5 Qui dicunt, 'Linguam noſtrã roborabimus: 'labia noſtra nobiſcũ, quis dominus nobis?

Qui dixerunt, Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt?

Deus promittit auxiliũ afflictis.

6 'Propter vaſtitatem pauperum, 'propter clamorẽ inopum, nunc ſurgam, dicit Iehouáh: 'ponam in ſalute *eum* cui laqueum

Propter miſeriã inopum, & gemitum pauperũ nunc exurgam, dicit Dominus.

Ponam in ſalutari: fidu-

Defecerunt fideles à filiis hominum. פסו אמונים מבני אדם imminuti ſunt [*vel*, deſierunt eſſe] fideles inter mortales. *Aut*, exciſi ſunt fideles, *&c.* A filiis hominum, *id eſt inter homines. quia, inquit, nulli ſunt inter homines bonæ fidei ſtudioſi, dictorum & cõuentorum ſeruantes: nulla fides inter eos. aliud nanque dicunt, & aliud faciunt.*

3 Loquitur ידברו *Fut. Heb. pro præſ.* Vel, mendaciũ loqui ſolent alter cum altero. Labio blanditiarũ, *&c.* שפת חלקות *Hebraiſmus, pro ſermone blando, duplici animo loquuntur.* Labiũ *pro ſermone. In corde & corde loqui, eſt duplici animo loqui: aliud dicere, aliud ſentire.*

4 Magna: גדלות *.i. ſuperba & arrogantia, Deique contemptũ præ ſe ferentia.* 5 . Linguam no. rob. ללשננו נגביר lingua noſtra præualebimus. *vel*, propter linguã noſtram robuſti erimus. *i. authoritatẽ nobis conciliabimus ſermone noſtro.* Labia noſtra no. שפתינו אתנו *Adulatorũ Saulis verba, Periti ſumus artis dicẽdi, poſſumus quiduis perſuadere, ſumus apti & idonei ad dicendum: quis eſt qui ſermonem noſtrum cohibere poſſit? quis Sauli diſſuadeat quod illi ſemel ſuaſerimus in Dauidis perniciẽ?* 6 Propter va. pau. משד עניים propter vaſtationẽ afflictorum. *q. d. cõmotus calamitate pauperum quam video: quia res pauperum vaſtatæ ſunt.* Propter cla. מאנקת propter gemitum. *vel*, eiulatum. *vt ſcilicet opẽ illis feram. acſi dicat,* Hactenus *viſus ſum conniuere, nunc tandẽ ſurgam.* Ponam in ſal. *&c.* אשית בישע יפיח לו ponã in ſalute, illaqueabit eum. *q. d. circundabit eum impius vt illaqueet & capiat eum: ſed ego eripiam eũ è manu eius.* Ponere in ſalute, *pro, eripere, iuuare, & opẽ ferre. Verti poteſt,* Ponã in ſalute *ab eo qui* ſufflabit in eum. *i. liberabo afflictum ab eo qui eum flatu pro-*

sternere conabitur. Alij vertunt, Ponã in salute, loquetur sibi. *Quod postremum videri poßit adiectũ à Propheta ad exprimendam Diuini auxilij certitudinem, quasi dicere voluerit, Deum secum ita esse loquutũ, & sic definiuisse, vt salutem afflictis suis ferret. Si verò vertas*, Loquetur ei: *& subaudias, pauperi & afflicto: sensus erit, Deum nõ solum apud se statuere, verùm etiam ipsis afflictis testari, se eis opem laturum. Solet enim Deus, & id de eo tota Scriptura prædicat, suos dum affliguntur grauius, ipse affari, certósque salutis reddere.*

cialiter agam in eo.

iniicit.

Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

7 Eloquia *autem* Iehouæ, eloquia munda, argentũ excoctum in fornace terrea, defæcatũ septempliciter.

Promissa Dei sunt certa & vera.

Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.

8 Tu Iehoua serua eos, custodi eum à generatione hac in seculum.

Dauid orat vt Deus afflictos defendat contra impios.

In circuitũ impij ambulant: secundũ altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

9 In circuitu impii ambulant, dũ exaltantur vilitates filiorum hominum.

7 Excoctum in for. ter. צרוף בעליל לארץ excoctum in terra præstantissima. *vel*, in fictili cõfecto è terra præstantissima & aptissima ad excoquẽda metalla. *Deũ in suis promißis certũ, fidum ac constantem esse prædicat. Postquã retulit, Deum seruis suis spem propinquæ liberationis facere in vltimis angustiis, iam ad fidei & spei fulturã subijcit, nihil futiliter vel frustrandi causa ab eo promitti. q. d. Promisit Deus auxilium. promissiones autem Dei nunquam fallunt, vt argentum sæpe repurgatum nunquã fallit homines.* Quidam, Conflatum ipsi domino terræ. *q. d.* Verbũ *Dei est instar argenti purißimi, quod exactè summaq; arte & cura, omni fæce purgatũ est, non in vsum vulgarem, sed principis terræ* Defæcatum sep. מזקק שבעתים repurgatum septies. *i. sæpius.* 8 Serua eos, תשמרם *Fut. Heb. pro imperat.* custodi eos. *sub. pauperes. q. d. quũ tuæ promißiones sint veræ, tu igitur illos custodi.* Custodi eum תצרנו *.i. vnumquenque ipsorum ab hominibus his prauis & atris, vt pollicitus es.* 9 Ambulant, יתהלכון *quærentes scilicet occasionem perdendi probos.* Vilitates fil. ho. זלות לבני אדם *.i. homines nihili & perditi. q. d. Circunfluunt vndique improbi dũ probrosi primas inter homines obtinẽt, & illos sectãtur. Vel*, dũ exaltãtur, vilitas est filiis hominũ. *i. reliquis hominib⁹. q. d. Quũ fæx illa hominũ euehitur & primas tenet, reliqui homines iacẽt, hoc est abiectè & viliter ab eis tractantur. Aut*, vilitas est filiis hominum, *id est vilia, sordida, fœda, & quæ nullius pretij sunt, sectantur homines: nihil laudabile & gloriosum patrant homines, adigentibus illos improbis qui rerum potiun-*

tur, ad omnia turpia, nefaria, & ignominiosa. Alij vertunt, vilitas est filiis hominum, *id est abiectè & viliter tractantur reliqui homines. Alij, in* ignominia sunt filii hominum.

XIII.

Queritur quòd in suis afflictionibus Deus sit sui oblitus: & tamē eum orat & inuocat.

1 ¶ ᵃVictori Canticū Dauidis.
2 VSquequo Iehoua obliuiscê-
ris mei ᵇī seculū? vsquequo
ᶜabscondes faciem tuam à me?
3 Vsquequo ᵈponā cōsilia in a-
nima mea, ᵉdolorem in corde
meo ᶠin die? vsquequo exaltabi-
tur inimicus meus super me?
4 Aspice, & exaudi me Iehoua
Deus meus: ᵍillumina oculos

XII.

In finē Psalmus David.

VSquequo Domine obliuiscêris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus:

Illumina oculos meos, ne

IN PSALMVM XIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* 2 In seculū נצח perpetuò. in perpetuum. *i. Vsquequo tandem? Vel, quousque tandem negliges me? Queritur David auxilium sibi negatū fuisse à Deo, aut certè dilatum. Hebræi dicunt Psalmū hunc scriptum fuisse quum David in grauissimo aliquo esset periculo. Quidā Hebræorum dicit, hæc dicta esse secundū opinionem non Prophetæ, sed eorum qui quum eum viderent in tanta tribulatione, putabant illum à Deo neglectum. Vsquequo tandē (inquit) obliuiscêris mei? quousque tandem videberis hominibus negligere res meas & negotium meum?* Abscondes fa. t. תסתיר את פניך auertes vultū tuum à me? *Quod irati facere solent. quousque tandem dedignaberis aspicere me? Chaldæus paraph. vertit,* splendorem vultus tui. *i. fauorem & misericordiam.* 3 Ponam cons. &c. אשית עצות בנפשי *Hebraismus, pro, consilia inibo apud me. Ponere consilia in animo dicimur, quando quærimus consilia quibus periculū euadamus. q. d. Quousque anxius & dubius rerum agendarum, apud me consilia inibo, vt rationem inueniam qua à tot periculis liberer?* Dolorem יגון anxietatem. *Vel,* molestam cogitationem. In die? יומם interdiu. *q. d. nō solùm noctu, sed etiam interdiu. Solent interdiu recedere curæ, quæ redeunt nocte. dicit ergo* interdiu, *acsi dicat, dum in aliis curæ sopiri solent. Quidam vertunt,* quotidie. 4 Illumina oculos m. האירה עיני Illuminare oculos *tantundem valet ac dare spiritum vitalem. vitæ enim præcipuus vigor in oculis apparet. Quum Ionathas præ inedia deficeret, dicit Sacra historia caliginē fuisse offusam eius oculis: rursum postquam fauum mellis gustauit, lucem eius oculis fuisse redditam. 1. Samu. 14. d. 27. Dicit itaque, Dispelle tenebras tribulationum à me, quæ me propè enecant. Quidam totum versum sic exponunt, Habe quæso rationem calamitatis meæ: exaudi me, dona mihi vigilātiam & cautionem, ne imprudens incidam in manus hostis mei, & interficiar. dormiam, non enim*

somnū quo reparantur vires, & membra fessa leuantur, sed qui est mors. Mors piorum dicitur somnus propter resurrectionem carnis: qui resurgent, velut à somno diuturno excitabuntur.

vnquā obdormiam in mortem: nequādo dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meū in salutari tuo, cātabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. XIII.

meos, ne fortè 'dormiam *in* morte.

5 Ne fortè dicat inimicus me', Præualui ei, & hostes mei exultent, si nutauero.

6 Ego autē in misericordia tua spero, 'exultabit cor meū in salute tua: cantabo Iehouæ, 'quoniam retribuit mihi.

In finem Psalmus Dauid. XIIII.

Dixit insipiēs in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, nō est q faciat bonū, nō est vsque ad vnū.

1 ¶ 'Victori Dauidis.

D'Ixit stultus in corde suo, Nō est Deus. 'corruperunt uiā suam, abominabile faciūt opus, non est qui faciat bonum. *Dauid describit eos qui sua ætate non habebant Deum.*

Dormiam *in* morte, ישן המות *Vertendū potius*, dormiā *dormitionem* mortis. *nam in huiusmodi solent Hebræi subaudire verbale eius verbi quod in oratione ponitur .i. ne succumbam tribulationi, & interficiar ab inimico.* 6 In misericordia tua spero, בחסדך בטחתי in bonitate tua spero. *Præt. Heb. pro præs. q. d. Ita obsecro mecū age vt precatus sum: nā ego spero in te.* Exultabit, &c. יגל לבי בישועתך *Fut Heb. pro præs. exultat cor meum de ope tua. Vel, propter opē tuam quæ mihi saluti erit quū me ab hostibus meis eripies.* Quoniā retribuit mihi. כי גמל עלי quòd beneficium in me contulit *Chaldæus paraph.* quòd benignè mecum egit. *liberādo me scilicet ab hostibus meis q. d. Neque futurus sum ingratus: odas enim edam in laudem* Dei *qui me periculo eripuerit.*

IN PSALMVM XIIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Dixit אמר Dicit. *Præt. Heb. pro præs. & singulare pro plur. homines impij dicunt. i. Versat in animo quòd nullus sit* Deus *iudex, qui scelera hominū puniat, & qui res humanas curet.* Hic *psalmus ingenium & naturā hominis infidelis describit. cuius supplicium & pœnam ad salutem innocentum prædicit.* Scribitur *ergo de origine omnium malorum, hoc est de infidelitate.* Corruperunt, &c. השחיתו וגו' deprauare solent [*sub. vias suas.*] abominabile reddunt opus. *sub. suum.* Vel *per plurale,* abominabilia reddūt opera *sua. i. conspurcare solent mores suos, neque quicquam rectè operantur. & vt semel dicam, non est qui faciat rem gratā aut* Deo *aut hominibus: hæc autem faciunt quia nullum credunt esse* Deum.

Rom. 3. b. 10

Iehouáh è cælis proſpexit ſuper filios hominũ, ‖vt videat an ſit intelligens, requirẽs Deum. 2 *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligẽs, aut requirens Deum.*

Suprà 5. c. 10
rom. 3. b. 13
infrà 141. a. 4
Suprà 9. c. 7
rom. 3. c. 16
ieſa. 59. b. 7
Infrà 35. a. 3
Prouerb. 1. b. 16

"Omnes declinauerunt, pariter fœtuerunt: nõ eſt faciens bonum, non eſt etiam vnus. 3 *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad vnum.*

"Sepulchrum patens eſt guttur eorum: "linguis ſuis doloſè agebant; venenum aſpidum ſub labiis eorum.

"Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: "veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum."

Cõminatio Diuinæ vindictæ in impios qui derident afflictos quòd ſpẽ ſuã in Deo ponãt.

"Nónne cognouerũt omnes operantes iniquitatem, quòd comedunt populum meum aceſi comederent panem, & Iehouam non inuocant? 4 *Nónne cognoſcent omnes qui operãtur iniquitatem, qui deuorãt plebem meam ſicut eſcam panis?*

"Ibi timent timore, quoniam Deus"in generatione iuſti. 5 *Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.*

"Conſilium pauperis pudore afficitis, propterea quòd Iehouáh ſpes eius ſit. 6 *Quoniam Dominus in generatione iuſta eſt: cõſilium inopis confudiſtis, quoniam Dominus ſpes eius eſt.*

3 Omnes decl. &c. הַכֹּל סָר יַחְדָּו Ad verbum, Omnis receſſit. [*ſub. à via recta,*] pariter rancidi facti ſunt. *aut*, putruerunt. *vel*, omnes retroceſſerunt, & fœtuerunt pariter. *Sing. pro plur. metaphora à cibis fœtidis & rancidis, à quibus omnes abhorrere ſolent.*

4 Nónne cog. &c. הֲלֹא יָדְעוּ כָּל Annon cognouerunt [*ſub. Deum eſſe. aut, me eſſe indicẽ*] omnes facinoroſi deuorãtes [*vel*, deglutientes] populũ meũ aeſi deuorarent, &c. *Aut*, Annon norũt. *i. nunquid ignorãt, aut ignorare poſſunt. aut*, Annõ noſſe potuerũt, *ſub. ex iis quæ facta ſunt, Deum eſſe? Verti poteſt*, An ignorare poſſunt [*ſub. quod malè agant*] admittentes ſcelera, & deprædantes. *aut*, expilantes, &c.

5 Ibi timent tim. שָׁם פָּחֲדוּ פָחַד Tunc trepidãt trepidatione, *Vel*, Tunc trepidabunt timore: quia Deus erit in generatione iuſti. *i. in natione iuſta: ſtabit pro natione iuſtorum. q. d.* Nunc *lætantur, & rerum proſpero ſucceſſu fruuntur impii: tunc verò quum* Dominus *veniet vt ſumat ſuppliciũ de ipſis improbis, grauiſsimè timebunt, vbi viderint* Deum *adeſſe & fauere nationi iuſtæ. i. hominibus iuſtis.* In gen. iuſti. בְּדוֹר צַדִּיק in natione iuſta. 6 Conſilium pauperis pudore aff. עֲצַת עָנִי תָבִישׁוּ Conſilium afflicti confunditis. *vel*, confundere conamini. *i. pudore & ignominia eũ aſpergitis, q. Deus ſit ſpes eius. Vos planè*

ridetis consilium pauperis probi, quòd omnem fiduciam suam in Deo habeat, & in eo ponat præsidium suum.

Quis dabit ex Siō saluta re Israel? quū auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

7 "Quis dabit ex ẎSiión salutem IẆsraNelis? "quando conuerterit Iehouáh captiuitatē populi sui, exultabit IaẎacób, lætabitur IẆsraNél.

XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

XV.

¶ Canticum Dauidis.

1 IEhoua quis "peregrinabitur in tabernaculo tuo? & quis "habitabit in monte sanctitatis tuæ?

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā: Qui loquitur veritatē in corde suo, qui nō egit dolum in lingua sua:

2 Qui ambulat "perfectè, & operatur iustitiam, & loquitur veritatem in corde suo: Iesa.33.c.16

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nō accepit aduersus proximos suos.

3 Nō "detrahit lingua sua, non facit proximo suo malū, & opprobriū "non accipit contra propinquum suum.

7 Quis dabit מי יתן Quis det. *Hebræa phrasis pro aduerbio optandi Vtinam. q. d. O vtinam Deus ex sua Sion, hoc est è cælo, opē ferat Israeli, liberando eum à tyrannide Saulis.* Salus *pro auxilio, in libris Sacris. Confirma (inquit David) ô Deus regnum meum, & fac vt Ierosolymis regnem inuito Saule: vt populo tuo auxilio sim, docendo illum quæ fieri iubes.* Quando conuer. &c. בשוב יי quū reduxerit Iehouáh captiuitatem populi sui, exultabit, &c. *i. quum restituerit Dominus populum suum in pristinam libertatem, & reduxerit in suas sedes, quando exemerit illum tyrannide Saulis, & me Dauidem constituerit Regem: habiturus est occasionem exultandi Iacob, id est populus fidelis, & veri Israelitæ qui Deum amant.*

IN PSALMVM XV.

1 Peregrinabitur יגור commorabitur. deget. habitabit. *Chaldæus paraph. vertit,* Domine; quis dignus est vt habitet tecum in cælo? *Dicunt Hebræi Dauidem vocasse cælum, tabernaculum, quòd distendatur instar tabernaculi: & per* montem *idem intelligi. Sunt tamen qui intelligunt per* montem, *montem Moria.* Habitabit ישכן sedem habebit. *Repetitio est, pro, quis locum habiturus est in cælo tuo ô Domine?* 2 Perfectè, תמים integer. *i. integra vita, & innocēs: qui viuit vitam innoxiam & alienam à dolis. Vide Iob 1. a. 1.*

3 Detrahit רגל *Præt. Heb. pro præs.* Non accipit לא נשא Ad *verbum,* non leuat. *siue, eleuat. aut assumit. i. non conuitiatur proximo. Vel, vt alij, qui credulitate nimia non auidè haurit, vel temere admittit sinistros de proximis sermones.*

"Contemptus est in oculis e- 4
ius reprobus, timentes autẽ Ie-
houam glorificat: *qui* "iurauit in
malum, "& non mutat.

Pecuniam suam non dat ad 5
vsuram, & munus contra inno-
centẽ "non accipit. qui facit hæc,
"non labetur in seculum.

Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominũ *glorificat:*

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniã suam nõ dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accipit.

Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

XVI.

¶ "Michtham Dauidis. 1

CVstodi me Deus, quoniam
"spero in te.

"Dic ô *anima mea* Iehouæ, Do- 2

XV.

Tituli inscriptio ipsi Dauid.

COnserua me Domine, *quoniã speraui in te.*

Dixi Domino, Deus

Commemoratio summi illius boni, & fœlicitatis quam homo habere potest in hac terra.

4 Contemptus est, &c. נבזה בעיניו נמאס Contemptus est in oculis eius reiectus. *Vel,* abominabilis. *& sic* Chaldæus *paraph. Quidam vertunt,* Qui despicit se in oculis suis. abiicit se. *quæ versio, tametsi pia, non vsqueadeo tamen loco congruere videtur, quòd duo contraria opponat.* Iurauit in malum, נשבע להרע iurat in damnũ. *siue,* incommodum. Præt. Heb. *pro præs. vt & sequenti versu.* De *iuramento loquitur quod etsi damnosum sit iuranti, præstat tamen qui iurauit.* Eodẽ *sensu alij,* iurat proximo suo, & non mutat. *Perperam quidã Hebræorum interpretes hunc locum de voto ieiuniorum & abstinentiæ exponunt, tanquam vota sint implenda vbi quis promiserit se ieiunio affligere: quum hìc de secunda tabula tantùm loquatur, & mutua inter homines rectitudine.* 5 Non accipit. לא לקח non accipere solet. *vt scilicet euertat causam insontis, & pronuntiet aduersus innocentem.* De *Iudicibus loquitur.* Ii *autem quorum iniqua est causa, muneribus* Iudices *corrumpere solent.* Non labetur לא ימוט non dimouebitur. *i. perpetuò erit ciuis cælestis ciuitatis.*

IN PSALMVM XVI.

1 Michtham מכתם insignia. *Quidã volunt fuisse initium carminis vulgaris, ad cuius modulos cantatus fuerit hic psalmus. Alij, instrumentum musicũ.* Significat *aurum, siue insigne aureolũ, quòd hic psalmus pretiosus esset* Dauidi *veluti aurum.* Spero חסיתי Præt. Heb. *pro præs.* Spem meã pono in te. *q. d.* Serua *me, non quòd sim dignus beneficio tuo, sed quòd præsidium meum in te statui, & non in alio.*

2 Dic אמרת Ad *verbum,* Dixisti. Præt. Heb. *pro fut. & futurũ pro imperatiuo.* Dic Domino. *Verbum est fœmineum: propterea ferè omnes* Hebræi, *etiam* Chaldæus *paraph. subintelligũt animã. Etiã aliàs animam suam in* Psalmis *alloquitur* David, *vt* Psal. *42. b. 6, & 43. b. 5.* Hortatur *ergo animã suam, hoc est seipsum, vt se* Domino *planè cõsecret, & dominũ suum in omnibus agnoscat.* Chaldæus *paraph.* Dixisti anima mea semper. *i. semper tale testimonium mihi præbuisti.*

meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

3 *Sancti qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.*

4 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.*

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea.

5 *Dominus pars hæredi-*

minus meus es tu, bonum meũ non ad te *peruenit:*

3 Sed ad sanctos qui in terra sunt, & fortes, erga quos omnis voluntas mea est.

4 Multiplicabũtur dolores eorum *qui post* alienum *deum* festinant: non libabo libamina eorũ de sanguine, nec assumam nomina eorum in labiis meis.

5 Iehouáh pars portionis meæ,

Afflictio non fidentibus soli Deo.

Præsidium Dauidis, & patrimonium, Deus.

Bonum meum non ad te טובתי בל עליך *sub. peruenit. acsi dicat, beneficiis meis nihil iuuaris: Sed sancti qui, &c. versu sequenti perficitur sententia. Alij,* Bonum meum non *prouenit nisi* à te. *Ita Chaldæus paraph. Alij,* Bonũ meũ non *est* super te. *i. non obligaris conferre beneficia in me.* 3 *Sed* ad sanctos, *&c.* לקדושים וגו' *sub. perueniunt mea beneficia, & illis prosunt, non tibi. i. beneficia mea non perueniunt ad te, sed ad sanctos: hoc est, iuuãt sanctos qui in terra habitant, & præclaros quos summa prosequor amicitia. q. d. Quia de te bene mereri non possum, ô Deus, qui facultatibus meis non eges: certè de hominibus bene merebor, ergà quos beneuolentiam præcepisti & beneficentiam. Quidã vertunt,* In sanctis qui in terra sunt, & præclaris, omnis voluntas mea in eis. *i. illis toto animo delector, & magno eos amore prosequor.*

4 Multiplicabuntur dolores, *&c.* ירבו עצבותם וגו' *Chaldæus paraphr.* Multiplicant imagines suas, & postea festinant eis offerre oblationes. *Alij,* Multiplicata sunt idola eorum, alteri *deo* donauerunt. *Alij,* Multiplicẽtur molestiæ eorum qui alteri *deo* donauerũt. *Imprecationem esse volunt Hebræi. q. d. multis malis exagitentur qui alium deum colunt, quàm Deum Israelis. Vel,* Multæ sunt molestiæ eorum *qui post* alienũ festinant. *i. cupidè sectantur alios quàm sanctos.*

De sanguine, מדם *. i. quæ sanguine constant. Gentes in suis sacrificiis sanguinem libare solebant. Iudæis verò gustus sanguinis tam in victu communi quàm in sacrificiis fuit vetitus: quo magis à cædibus & omni sæuitia abhorrerent. Pronuntiat ergo David, se non modò alienum fore à prauis erroribus qui idololatras seducunt, sed in externa quoque professione sibi curæ fore ne vllum det signum consensus. Eodem spectat quod mox sequitur,* Nec assumam, *&c. tanto enim odio & detestationi sibi fore idola dicit, vt ab eorum nominibus, tanquam à nefando sacrilegio, sibi caueat. quod etiam apparet in eius forma loquendi: relatiua enim tantùm ponens, idola ipsa subticet.* EORVM *nanque refert* Idolorum.

5 Pars portionis meæ, מנת חלקי portio partis meæ. *vel,* pars & portio mea, & calix meus. *i. Dominus est portio mea esculenta, & portio*

bor" à generatione in generatio-
nem:" quia non *euenit illi* malum.
Rom. 3.b.14 ¶Maledictione" os eius plenum
est,& dolis,& fraude:sub lingua
eius" peruersitas & iniquitas *est*.
"Manet in insidiis villarũ, in
latibulis occidit innocentẽ:ocu
li eius" super pauperem aspiciũt.
Insidiatur in latibulo sicut leo
in cubili suo:insidiatur vt rapiat
pauperem:rapit pauperem "quũ
trahit eum in rete suum.
"Contritum, humilémque se
ostendit: & cadit cum fortibus
eius congregatio pauperum.

Non mouebor à generatione
in generationem,sine malo.
Cuius maledictione os ple
7 *nũ est, & amaritudine, &*
dolo: sub lingua eius labor
& dolor.
Sedet in insidiis cum diui
8 *tibus,in occultis,vt interfi-*
ciat innocentem:
Oculi eius in pauperẽ re-
spiciunt: insidiatur in abs-
9 *condito quasi leo in spelun-*
ca sua.
Insidiatur vt rapiat pau
perem:rapere pauperẽ dum
attrahit eum.
10 *In laqueo suo humiliabit*
eum,inclinabit se,& cadet
quũ dominatus fuerit pau-
perum.

6 A generatione in g.*&c.* לדר ודר אשר לא ברע Ad *verbũ*,in ætate & ætate,quia nõ in malo.*sub.ero.* *Id est, nihil incommodi sentiam. q.d. Improbus cogitare solet intra se, nunquam se de gradu & dignitate sua excisum iri: sibi persuadet se quandiutissimè victurum: neque quandiu viuet, quicquam incommodorum accepturum. Chaldæus paraph. vertit,à generatione in generationem: quem* L X X *sequuti sunt. Quidam sic intelligunt, per vnam atque alteram ætatem, subaudi, viuam: quia non sum visurus incommodum:quia nihil mali accidet mihi. Alij,in generatione & generationem victurus est,cui nihil incommodi continget. Quidam vertunt,quia non* est *in malo.pro,nihil sentit aduersi.*

7 Os e. פיהו Os *pro sermone accipitur in Sacris literis.* Lingua *pro corde.quòd positum sit sub lingua.*Dicit *igitur,Improbi vt probis facilius imponant,pleno ore periuria euomere solent.præterea dolo & fraudibus vtũtur:nam aliud dicunt,aliud cogitant.Postremò,in corde eorum siue cogitatione est iniuria & vexatio.i. nihil aliud cogitant, quàm quomodo iniuria afficiant & vexent.* Peruersitas & iniq.*est.* עמל ואון afflictio & vexatio.*aut*,molestia & prauitas.*siue*,vanitas.

8 Manet ישב Sedet. Habitat.*acsi dicat, Struere solet insidias in pagis.nam in pagis parua est hominum frequentia.Fut. Heb.pro præs.etiam versu sequenti.* Super pau.asp. לחלכה יצפנו in pauperem intenti sunt.pauperem obseruant.*cædis causa scilicet.*

9 Quũ trahit e. במשכו Ad *verbũ*,in trahẽdo eum.*i.dũ allicit eum in rete suum,dilaniandi causa:metaphora sumpta ab aucupibus.Hîc autem est antecedens pro relatiuo.quũ dicit,rapit pauperẽ,pro,rapit eũ.Per hæc omnia intelligit secreta consilia quibus solent improbi probos obruere.*

10 Contritũ,*&c.* ודכה ינ' Atterit sese,deiicit sese,& *tum* cadit



in robusta eius congregatio attritorũ. In robusta, *hoc est in vngues in quibus est fortitudo leonis,* Vel, Comprimit [*aut*, Colligit] sese, & cadit viribus eius congreg. *&c.* *Fut. Heb. pro præs. Leo prædam inuasurus, incuruat sese, & humilem facit, vt potentius insiliat in prædam. sic interdũ deiectionẽ animi simulat improbus, vt commodius pauperem opprimat & euertat. simulat se esse debilẽ, & nullarum virium: & tum corruit in manus eius plenas robore congregatio siue multitudo contritorum, debilium & confractorum.*

Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciem suã ne videat in finẽ.

11 "Dicit in corde suo, Oblitus est Deus, "occultauit faciẽ suam ne videat "in seculum.

Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

12 "Surge Iehoua Deus, eleua manum tuam, "ne obliuiscaris pauperum.

Precatio ardens ne Deus afflictorũ obliuiscatur, sed perdat impios.

Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.

13 Propter quid "irasci facit impius Deum? *dum* dicit in corde suo *quòd* non "requires.

Vides quoniam tu laborẽ & dolorem cõsideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper:

14 *Sed* vides: quia tu "peruersitatem & iram aspicis:

11 Dicit in corde s. אמר בלבו *i. Cogitat intra se,* Obliuiscitur Deus, abscondit faciem suam, non videbit in perpetuum. *Superiorum causam exponit David: q. d. Sic cogitat apud se impius, Deus, rerum quæ hîc perpetrãtur, nullam curam habet, auertit faciem suam ne vnquã videat illa. Sibi persuadet, Deum obliuisci peccatorũ quæ ipse impius facit. Quidam subaudiunt* Aut, *in secunda parte versus,* Obliuiscitur Deus, *aut* abscondit faciem suam, & non videbit, *&c. q. d. Certè non nouit, aut conniuet, ac simulat se non videre. Alij dicunt,* Quanuis videat, obliuiscitur. Occultauit הסתיר auertit. In seculum. לנצח vnquã.

12 Surge קומה Exurge, *quasi scilicet opem laturus oppressis. Et attolle manum, tanquam percussurus inimicos.* Ne obliuiscaris pau. תשכח ענוים *q. d. ostende te non teneri obliuione pauperum: quod te facere improbi persuasum habent. Vindica iniurias eorum, qui licet omni humano auxilio destituantur, tibi tamen fidunt.*

13 Irasci fa. נאץ præ contẽptu prouocat. blasphemat. *Præt. Heb. pro præs.* Requires. תדרש *Peccata eorum scilicet. putant nanque impij se omnia impune facturos, nec te quæstionẽ instituturũ de peccatis quæ perpetrant. Verti potest,* Quamobrẽ contemnit impius Deũ? *Cur præ nimio contemptu impius Deum contemnit? nónne quia cogitat corde suo quòd non inquires, sub. id quod dicit & facit, vt de illis pœnas sumas?*

14 Peruersitatem & iram עמל וכעס molestiam & indignationẽ. *vel,* nam iniuriam & indignationem cernis. *vel,* cernere soles. *Vides, inquit, omnia. nihil te latet: iniurias & maleuolentiam improborum erga*

& fideles tuos tu cernis, quæ putant te latere improbi. Indignationem *vocat rem indignatione dignam, & quæ illum cui fit iniuria, prouocat ad iram.* Indignationem *igitur dicit qua pij afficiuntur, propterea quòd impij* Deum *maledictis inceſſunt.*

"ad dandum in manus tuas, "tibi relinquit *cauſam ſuam* pauper, pupillo tu es adiutor.

"Contere brachium impii & mali: "quæres impietatem eius, *&* non inuenies.

Iehouáh "Rex in ſeculum & in æternum: "perierunt Gentes de terra eius.

Deſiderium "humilium exaudis Iehoua, "præparas cor eorũ: intendere facis aurem tuam,

"Vt iudices pupillo & paupe-

orphano tu eris adiutor.

15 *Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.*

16 *Dominus regnabit in æternum & in ſeculum ſeculi: peribitis* Gentes *de terra illius.*

17 *Deſiderium pauperũ exaudiuit* Dominus: *præparationem cordis eorum audiuit auris tua,*

18 *Indicare pupillo & hu-*

Ad dandũ in manus tuas: לתת בידך vt ponas in manibus tuis, *ſub.* eam inuriam. *hoc eſt, vt paratus ſis ſemper ad rependendam iniuriã. vel eos qui iniuriam & moleſtiam patiuntur, vt illos vindices:*

Tibi relinquit, *&c.* עליך יעזוב *Fut.* Heb. *pro præſ. Scriptura nomine pupillorum & viduarum intelligit eos omnes qui hominum ope carent. Tibi, inquit, ſe committit pauper: neque immeritò: pupillo enim, & ei qui humano auxilio eſt deſtitutus, adiutor eſſe ſoles.*

15 Contere שבר Frange. Confringe. Quæres impietatem e. תדרוש רשעו בל תמצא inquires improbitatem eius, non inuenies. *ſub. improbum illum q. d. quæſtionem inſtitue de improbitate eius, non ſiſtet ſe in conſpectum tuum, nec comparebit, improbitatis ſuæ conſcius, vt cauſam ſuam defendat. Fut.* Heb. *pro imperat.* 16 Rex in ſec. & in æter. מלך עולם ועד *Regem ſeculi vocat Regem æternum: q. d. Si contriueris vires improborum, & ſupplicium de ipſis ſumpſeris, declarabitur tua maieſtas, tuum regnum erit æternũ: tunc omnes te agnoſcent* Deũ. *Oratio eſt cõciſa.*

Perierunt אבדו *Præt.* Heb. *pro fut.* D*auid hîc* Gentes *vocat Iſraelitas impios. q. d. De impijs tandem pœnas ſumet, nec locum habebunt in terra* D*omini.* 17 Humilium ענוים afflictorum. Præparas, *&c.* תכין לבם תקשיב אזנך dirigis cor eorum: intẽdit auris tua. *Fut.* Heb. *pro præſ. q. d. præuenis eos vt petant quæ tibi grata ſunt, & precibus eorum aurem tuam facilem præbes.* 18 Vt iudices, *&c.* לשפט יתום וגו׳ Vt ius dicas pupillo & miſero. O*ſtendit cur aurem ſit adhibiturus: nempe vt ferat ſententiam pro afflictis. Attentam (inquit) reddis aurem tuã, vt audias cauſam calamitoſorum, & tandem eos omni ope deſtitutos, obtinere facias ius ſuum, & illos vindices.*

nili. vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram. X.

1 *In finē, Psalmus David.*

IN Domino cōfido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer?

2 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerūt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.*

ri: ne addat vltrà *impius* vt cōterat hominem è terra. XI.

¶ Victori Dauidis.

IN Iehoua speraui: quomodo dicitis animæ meæ vt trāsmigret *à* monte vestro *sicut* auis?

Quoniam ecce, impii tetenderunt arcū, parauerunt sagittā suam super chordam, vt iaculētur in caligine in rectos corde.

David suam in Deo ponens fiduciam, queritur de ijs qui volebant, eum, dum Saulem fugeret, latere in suis montibus.

Ne addat, &c. בל יוסף עו' ne addat vltrà terrere mortalis è terra. *vel*, posthac non terreat [*sub. pupillum*] mortalis terrenus. *i. terrenus homūcio, qui hîc* Deo *excelso opponitur. Acsi dicat, Si semel suppliciū de improbis sumpseris, vltrà non terrebit pios homo mortalis: quia & probi omnem in te habebunt fiduciam, & impij sibi timebunt.* Alij, Ne sit vltrà vt formidet mortalis.

IN PSALMVM XI.

1 Victori, למנצח Vide *Psal.* 4. *a.* 1. Speraui: חסיתי spero. spem colloco. confido. *Præt. Hebr. pro præs.* Animæ meæ לנפשי *.i. mihi. Alloquitur* David *amicos, qui metuentes ne à* Saule *impio occideretur, illum incitabant vt ad* Philisthæos *confugeret; quum in* Iudæa *nullus esset tutus locus. Alii dicunt fuisse verba hostium* Davidis, *quum eum vrgerent vt secederet de* Iuda, *nullum illi tutum relinquentes locum apud populum* Dei. *Lege à primi libri* Samuelis *capite* 21. *vsque ad* 27. In Domino *(inquit) omnem meam spem colloco: quî fit ergo vt dicatis mihi, siue qua fronte audetis dicere mihi,* Recede *à nobis? vel,* Recede *è monte nostro celerrimè, veluti auis quæ videt insidias aucupis? Sed tunc esset mutatio personæ. quod parum conuenit.* Per montem *non notatur certus mons, sed ablegatur* David *in rupes desertas quò illum sors duceret.* Chaldæus *paraph. vertit,* in montem: *quē* LXX *sequuti sunt.* Vt transmigret, &c. נודי הרכם צפור *Chald. paraph.* Transmigra *in* montē *sicut* passer? *Scribitur* & נודו Migrate. *vt non solum* Davidem *alloquantur vt fugiat, sed vnà cum suis comitibus, quos omnes idem periculum manebat.*

2 Tetēderunt ar. par. sag. ידרכון קשת כוננו חצם intendunt arcum, parant sagittas. *Fut. & præt. pro præs. Aliquid subaudiendum est quo præcedentia sequentibus coniuncta videantur: cuiusmodi quod sequitur,* Cogor *equidem imitari ingenium auis quæ oculos sagittariorum fugere vult. Postea sequatur,* Nam *ecce, improbi ipsi tetenderunt arcū. direxerūt sagittas suas super neruū, ad mittēdum sagittas in locū obscurū, in rectos corde. Quum dicit, in locum obscurum, debet referri ad locum perfugij, vbi boni delitescunt & latitare student. q. d. vt suis sagittis figant rectos corde in latebris deprehensos.* Verti potest, Ad mittendum sagittam è caligine [*siue*, è loco obscuro] in eos qui sunt recto animo. *i. me & eos*

qui mecum sunt. Hoc *modo si interpreteris, erunt uerba* Danidis. *Alij uolunt esse uerba amicorum* Danidis, *quæ præcedentibus , & sequenti uersui iungantur, quibusque rationem reddant cur auolare & celerrimè aufugere debeat è Iudæa.* Nam, *inquiunt*, impii tetenderunt, *&c. præterea*.perfugia fracta sunt, *&c.*

Cõfirmat se quid Deus in cælo videt afflictiones iusti, & impios punit.

3 "Certè retia destructa sunt: iustus" quid operatus est?

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?

4 Iehouáh in templo sanctitatis suæ, "Iehouæ in cælis *est* solium: oculi eius" vidēt, palpebræ eius" probant filios hominum.

Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius.

5 "Iehouáh iustum probat: impium autem & diligentē iniquitatem, odio habet" anima eius.

Oculi eius in pauperem respiciũt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

3 Certè retia destructa sunt: כי השתות יהרסון .*i. dissipatæ sunt impiæ fraudes quibus me adorti fuerant impij: minimè autem factum est opera aut industria mea, ut dirutis retibus saluus euaserim: quin potius quietus & quasi dormiens,* Diuinitus *ex retibus hostiũ fui ereptus.* Id *significabit*, Quid operatus est: *si* retia *vert.* ... *Alij*, Fundamenta destruētur. *Alij*, Perfugia destructa sunt. Perfugia *vocat arces.* Fut. *Heb. pro præt.* Quid operatus est? מה פעל quid admisit? *vt scilicet nullum tutũ locum inueniat in quo possit consistere. q. d.* Quid *ergo ego* David *admisi, propter quod Israelitæ tã inimico animo me persequãtur, vt nullum locum perfugij inueniam? nusquã tutus est ab improbis locus.* Perfugia *(vt dictũ est) vocat arces.* Metaphora *ab ædificiis sumpta, quę dirutis fundamētis, tota cõcidere necesse est.* Queritur *igitur* David, *se coram mundo funditus euersum, vt nihil in suis fortunis saluum maneret.* 4 Iehouæ in cælis *est* so. יהוה בשמים כסאו Ad *verbum*, Iehouáh in cælo sedes eius. Iehouáh in cælo *habet* soliũ suum. Hu*manis auxiliis exclusus* David, *ad* Diuinum *auxilium se confert.* Idem *bis dicit:* templum *enim* sanctitatis, & cælum, *idem sunt. q. d. etiamsi hîc nũc deplorata videantur omnia, tamē è cælo respiciet & prouidebit.*

Vidēt, יחזו cõsiderant. *Fut. Heb. p præs.* respiciũt. *aut*, respicere solēt: *siue* cõtemplantur, *sub. quæcũque fiunt in hoc mũdo: vident calamitates afflictorum & impiorũ conatus.* Probant fi. ho. יבחנו בני אדם examinant filios hominis. *Id est homines. q. d. vnum me consolatur, quòd quamuis* Deus *in cælis agat, tamen è regia sua omnia omnium facinora videt, quæ exercent in fideles & pios: oculi* Dei *explorant & perspiciunt quàm improbi sint homines aduersus eos qui illi fidunt.*

5 Iehouáh iustum probat: יהוה צדיק יבחן Iehouáh iustus explorat. *sub. suos malis & calamitatibus.* Vel, iustos examinat. *i. sic inquirit de vniuscuiusque causa, vt iustos ab impiis distinguat.* Hãc *interpretationem confirmat quod vltimo versu dicitur.* Anima e. נפשו Id

est, odit ex animo. Improbum odit vehementer Dominus: licet id prosperis eius successibus dissimulet.

6 *Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ, pars calicis eorum.*

6 Pluet super impios, "laqueos, ignẽ & sulphur: & spiritus "procellarũ *erit* pars calicis eorum.

7 *Quoniam iustus Dominus iustitias dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius.*

7 Quoniã iustus Iehouáh, "iustitias diligit: "rectum videt facies eius.

Dominus iustus iustos diligit.

XI.

XII.

1 *In finem pro octaua, Psalmus Dauid.*

1 ¶ "Victori "super octauã, Canticum Dauidis.

David angore affectus, vociferatur ac conqueritur quod nullos inuenit bonos, nec fideles, aut veraces.

2 *SAluum me fac Domine, quonia defecit sanctus,*

2 SErua Iehoua, quoniam "defecit misericors, quoniam

6 Laqueos, פחים carbones. prunas. i. *Instar pluniæ immittet laqueos vt capiat eos & perdat. q. d. acerrimè improbos siue impios puniet. De laqueis aucupis intelligit.* Procellarum זלעפות vertiginũ. terrorum. *vel*, combustionum. *sub. erit. id est portio & calix ipsorum erit. hoc est comburentur.* Spiritũ vertiginum *vel* cõbustionũ *vocat turbinem incensum.* Portio *ad cibum refertur:* calix, *ad potũ.* *Calix pro portione. metaphora sumpta ab eo qui præest conuiuio, qui vnicuique partiri solet quod bibat. q. d. talia bibent.* 7 Iustitias dilig. צדקות אהב *Præt. Heb. pro præs. Id est, homines iustos diligere solet: acsi dixisset, homines iustitiarum.* *Aut potius* iustitias *vocat rectitudinem quæ grata est illi: ideo bonis causis fauere solet: vnde cõcludit, rectos homines ab eo aspici.*

Rectum videt facies e. ישר יחזו פנימו *Ad verbum,* rectum viderunt facies eorũ. *Pronomen plurale est pro singulari, vt vertas,* rectum vultu suo intuetur. *Vel,* rectum facies eius inspicere solet. *q. d. à piis vultũ suũ nõ solet auertere. More autẽ Hebraico dicitur, Aspicit facies eius. pro, Ipse aspicit. Sic LXX vertũt.* *Aut,* rectitudine *præditi* aspiciẽt vultũ eius, *nẽpe Dei. vt sit simile illi quod est Psal. 17. d. 15, Ego in iustitia videbo faciẽ tuã. id est iustitia tua fretus, intuebor te. Chaldæus paraph.* Recti videbunt iucunditatem facierum eius. *Alij pronomen plurale referunt ad iustos, sic,* facies hominum iustitiæ studentium aspiciẽt Deum qui rectus est & æquus: *vel,* quòd rectus sit & æquus. *q. d. tãdem facilè in iudicio faciem iudicis sustinebunt pij.*

IN PSALMVM XII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Super octauã, על השמינית *Vide Psal. 6. a. 1.* 2 Defecit miser. גמר חסיד desiit esse sanctus. *aut,* pius, bonus & probus. *Vide Psal. 4. a. 4. Id est, Fer opẽ nobis veritati & probitati studentibus: quia iã nulli sunt qui aliorum cõmodis studeant. De aulicis Saulis hæc intelliguntur: quasi dicat, Desiit pius, & qui de aliis bene mereri curet, in aula Saulis, in qua omnes assentationi student. Potius David in genere deplorat mores suæ ætatis, in qua neque liberales sunt, neque fidei datæ seruantes.*

'defecerunt fideles à filiis hominum.

quoniã diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

Mendaciũ 'loquitur quisque 5
cum proximo suo: 'labio blanditiarum in corde & corde loquuntur.

Vana loquuti sunt vnusquisque ad proximũ suum: labia dolosa, in corde & corde loquuti sunt.

Imprecatio contra assentatores ac gloriosos.

Succidat Iehouáh vniuersa 4
labia blanda, linguam loquentem 'magna:

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, linguam magniloquam.

Qui dicunt, 'Linguam no- 5
strã roborabimus: 'labia nostra nobiscũ, quis dominus nobis?

Qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est?

Deus promittit auxiliũ afflictis.

'Propter vastitatem paupe- 6
rum, 'propter clamorẽ inopum, nunc surgam, dicit Iehouáh: 'ponam in salute *eum* cui laqueum

Propter miseriã inopum, & gemitum pauperũ nunc exurgam, dicit Dominus. Ponam in salutari: fidu-

Defecerunt fideles à filiis hominum. פסו אמונים מבני אדם imminuti sunt [*vel*, desierunt esse] fideles inter mortales. *Aut*, excisi sunt fideles, *&c.* A filiis hominum, *id est inter homines. quia, inquit, nulli sunt inter homines bonæ fidei studiosi, dictorum & cõuentorum seruantes: nulla fides inter eos. aliud nanque dicunt, & aliud faciunt.*

5 Loquitur ידברו *Fut. Heb. pro præs.* Vel, mendaciũ loqui solent alter cum altero. Labio blanditiarũ, *&c.* שפת חלקות *Hebraismus, pro sermone blando, duplici animo loquuntur.* Labiũ *pro sermone. In corde & corde loqui, est duplici animo loqui: aliud dicere, aliud sentire.*

4 Magna: גדלות *i. superba & arrogantia,* Deique *contemptũ præ se ferentia.* 5 . Linguam no. rob. ללשוננו נגביר lingua nostra præualebimus. *vel*, propter linguã nostram robusti erimus. *i. authoritatẽ nobis conciliabimus sermone nostro.* Labia nostra no. שפתינו אתנו *Adulatorũ* Saulis *verba,* Periti *sumus artis dicẽdi, possumus quiduis persuadere, sumus apti & idonei ad dicendum: quis est qui sermonem nostrum cohibere possit? quis* Sauli *dissuadeat quod illi semel suaserimus in* Danidis *perniciẽ?* 6 Propter va. pau. משד עניים propter vastationẽ afflictorum. *q. d. cõmotus calamitate pauperum quam video: quia res pauperum vastatæ sunt.* Propter cla. מאנקת propter gemitum. *vel*, eiulatum. *vt scilicet opẽ illis feram. acsi dicat,* Hactenus *visus sum conniuere, nunc tandẽ surgam.* Ponam in sal. *&c.* אשית בישע יפיח לו ponã in salute, illaqueabit eum. *q. d. circundabit eum impius vt illaqueet & capiat eum: sed ego eripiam eũ è manu eius.* Ponere in salute, *pro, eripere, iuuare, & opẽ ferre.* Verti *potest,* Ponã in salute *ab eo qui* sufflabit in eum. *i. liberabo afflictum ab eo qui eum flatu pro-*

sternere conabitur. *Alij vertunt*, Ponã in salute, loquetur sibi. *Quod postremum videri posit adiectũ à Propheta ad exprimendam Diuini auxilij certitudinem, quasi dicere voluerit, Deum secum ita esse loquutũ, & sic definiuisse, vt salutem afflictis suis ferret. Si verò vertas*, Loquetur ei: *& subaudias, pauperi & afflicto: sensus erit, Deum nõ solum apud se statuere, verùm etiam ipsis afflictis testari, se eis opem laturum. Solet enim Deus, & id de eo tota Scriptura prædicat, suos dum affliguntur grauius, ipse affari, certósque salutis reddere.*

cialiter agam in eo. | iniicit.

7 *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.*

7 Eloquia *autem* Iehouæ, eloquia munda, argentũ excoctum in fornace terrea, defæcatũ septempliciter.

Promissa Dei sunt certa & vera.

8 *Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.*

8 Tu Iehoua serua eos, custodi eum à generatione hac in seculum.

Dauid orat vt Deus afflictos defendat contra impios.

9 *In circuitũ impij ambulant: secundũ altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.*

9 In circuitu impii ambulant, dũ exaltantur vilitates filiorum hominum.

7 Excoctum in for. ter. צרוף בעליל לארץ excoctum in terra præstantissima. *vel*, in fictili cõfecto è terra præstantissima & aptissima ad excoquẽda metalla. Deũ *in suis promissis certũ, fidum ac constantem esse prædicat. Postquã retulit, Deum seruis suis spem propinquæ liberationis facere in vltimis angustiis, iam ad fidei & spei fulturã subijcit, nihil futiliter vel frustrandi causa ab eo promitti. q. d. Promisit Deus auxilium. promissiones autem* Dei *nunquam fallunt, vt argentum sæpe repurgatum nunquã fallit homines.* Quidam, Conflatum ipsi domino terræ. *q. d.* Verbũ Dei *est instar argenti purissimi, quod exactè summa q. arte & cura, omni fæce purgatũ est, non in vsum vulgarem, sed principis terræ* Defæcatum sep. מזקק שבעתים repurgatum septies, *i. sæpius.* 8 Serua eos, תשמרם *Fut. Heb. pro imperat.* custodi eos. *sub. pauperes. q. d. quũ tuæ promissiones sint veræ, tu igitur illos custodi.*

Custodi eum תצרנו *.i. vnumquenque ipsorum ab hominibus his prauis & atris, vt pollicitus es.* 9 Ambulant, יתהלכון *quærentes scilicet occasionem perdendi probos.* Vilitates fil. ho. זלת לבני אדם *.i. homines nihili & perditi. q. d. Circunfluunt vndique improbi dũ probrosi primas inter homines obtinẽt, & illos sectãtur. Vel*, dũ exaltãtur, vilitas est filiis hominũ. *i. reliquis hominib⁹. q. d. Quũ fæx illa hominũ euehitur & primas tenet, reliqui homines iacẽt, hoc est abiectè & viliter ab eis tractantur. Aut*, vilitas est filiis hominum, *id est vilia, sordida, fœda, & quæ nullius pretij sunt, sectantur homines: nihil laudabile & gloriosum patrant homines, adigentibus illos improbis qui rerum potiun-*

tur, ad omnia turpia, nefaria, & ignominioſa. Alij vertunt, vilitas eſt fi-
liis hominum, *id eſt abiectè & viliter tractantur reliqui homines. A-
lij, in* ignominia ſunt filii hominum.

XIII.

Queritur quòd in ſuis afflictionibus Deus ſit ſui oblitus: & tamē eum orat & inuocat.

¶ Victori Canticũ Dauidis. 1
VSquequo Iehoua obliuiſcé- 2
ris mei in ſeculũ? vſquequo
abſcondes faciem tuam à me?
Vſquequo ponã cõſilia in a- 3
nima mea, dolorem in corde
meo in die? vſquequo exaltabi-
tur inimicus meus ſuper me?
Aſpice, & exaudi me Iehoua 4
Deus meus: illumina oculos

XII.

In finē Pſalmus Dauid.

VSquequo Domine obliuiſcêris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me Domine Deus meus:

Illumina oculos meos, ne

IN PSALMVM XIII.

1 Victori למנצח *Vide Pſal. 4. a. 1.* 2 In ſeculũ לנצח perpetuò. in perpetuum. *i. Vſquequo tandem? Vel, quouſque tandem negliges me? Queritur David auxilium ſibi negatũ fuiſſe à Deo, aut certè dilatum. Hebræi dicunt Pſalmũ hunc ſcriptum fuiſſe quum David in grauiſſimo aliquo eſſet periculo. Quidã Hebræorum dicit, hæc dicta eſſe ſecundũ opinionem non Prophetæ, ſed eorum qui quum eum viderent in tanta tribulatione, putabant illum à Deo neglectum. Vſquequo tandē (inquit) obliuiſcêris mei? quouſque tandem videberis hominibus negligere res meas & negotium meum?* Abſcondes fa. t. תסתיר את פניך auertes vultũ tuum à me? *Quod irati facere ſolent. quouſque tandem dedignaberis aſpicere me? Chaldæus paraph. vertit,* ſplendorem vultus tui. *i. fauorem & miſericordiam.* 3 Ponam conſ. &c. אשית עצות בנפשי *Hebraiſmus, pro, conſilia inibo apud me. Ponere conſilia in animo dicimur, quando quærimus conſilia quibus periculũ euadamus. q. d. Quouſque anxius & dubius rerum agendarum, apud me conſilia inibo, vt rationem inueniam qua à tot periculis liberer?* Dolorem יגון anxietatem. *Vel,* moleſtam cogitationem. In die? יומם interdiu. *q. d. nõ ſolùm noctu, ſed etiam interdiu. Solent interdiu recedere curæ, quæ redeunt nocte. dicit ergo* interdiu, *acſi dicat, dum in aliis curæ ſopiri ſolent. Quidam vertunt,* quotidie. 4 Illumina oculos m. האירה עיני *Illuminare oculos tantundem valet ac dare ſpiritum vitalem. vitæ enim præcipuus vigor in oculis apparet. Quum Ionathas præ inedia deficeret, dicit Sacra hiſtoria caliginē fuiſſe offuſam eius oculis: rurſum poſtquam fauum mellis guſtauit, lucem eius oculis fuiſſe redditam. 1. Samu. 14. d. 27. Dicit itaque, Diſpelle tenebras tribulationum à me, quæ me propè enecant. Quidam totum verſum ſic exponunt, Habe quæſo rationem calamitatis meæ: exaudi me, dona mihi vigilãtiam & cautionem, ne imprudens incidam in manus hoſtis mei, & interficiar. dormiam, non eum*

somnũ quo reparantur vires,& membra fessa leuantur,sed qui est mors. Mors piorum dicitur somnus propter resurrectionem carnis:qui resurgent, velut à somno diuturno excitabuntur.

vnquã obdormiam in mortem: nequãdo dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meũ in salutari tuo, cãtabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. XIII.

In finem Psalmus David.

Dixit insipiẽs in corde suo, Non est Deus.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, nõ est q faciat bonũ, nõ est vsque ad vnũ.

meos, ne fortè dormiam *in* morte.

5 Ne fortè dicat inimicus me[9], Præualui ei,& hostes mei exultent,si nutauero.

6 Ego autẽ in misericordia tua spero, exultabit cor meũ in salute tua: cantabo Iehouæ, quoniam retribuit mihi.

XIIII.

1 ¶Victori Dauidis.

Dixit stultus in corde suo, Nõ est Deus. corruperunt uiã suam, abominabile faciũt opus,non est qui faciat bonum. *David describit eos qui sua ætate non habebant Deum.*

Dormiam *in* morte, אישן המות *Vertendũ potius*, dormiã *dormitionem* mortis. *nam in huiusmodi solent Hebræi subaudire verbale eius verbi quod in oratione ponitur.i ne succumbam tribulationi, & interficiar ab inimico.* 6 In misericordia tua spero, בחסדך בטחתי in bonitate tua spero. *Præt. Heb. pro præs. q. d. Ita obsecro mecũ age vt precatus sum: nũ ego spero in te.* Exultabit,&c. יגל לבי בישועתך *Fut Heb. pro præs. exultat cor meum de ope tua. Vel, propter opẽ tuam quæ mihi saluti erit quũ me ab hostibus meis eripies.* Quoniã retribuit mihi. כי גמל עלי quòd beneficium in me contulit *Chaldæus paraph.* quòd benignè mecum egit. *liberãdo me scilicet ab hostibus meis q. d. Neque futurus sum ingratus: odas enim edam in laudem* Dei *qui me periculo eripuerit.*

IN PSALMVM XIIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Dixit אמר Dicit. *Præt. Heb. pro præs. & singulare pro plur. homines impij dicunt. i. Versat in animo quòd nullus sit* Deus *iudex, qui scelera hominũ puniat, & qui res humanas curet. Hic psalmus ingenium & naturã hominis infidelis describit. cuius supplicium & pœnam ad salutem innocentum prædicit. Scribitur ergo de origine omnium malorum, hoc est de infidelitate.* Corruperunt, &c. השחיתו וגו׳ deprauare solent [*sub. vias suas.*] abominabile reddunt opus. *sub. suum. Vel per plurale,* abominabilia reddũt opera *sua. i. conspurcare solent mores suos, neque quicquam rectè operantur. & vt semel dicam, non est qui faciat rem gratã aut* Deo *aut hominibus: hoc autem faciunt quia nullum credunt esse* Deum.

Rom. 3.b.10

Suprà 5.c.10
rom. 3.b.13
infrà 141.a.4
Suprà 9.c.7
rom. 3.c.16
iesa. 59.b.7
Infrà 35.a.3
Prouerb. 1.b.16

Cōminatio Diuinæ vindictæ in impios qui derident afflictos quòd spē suā in Deo ponāt.

Iehouáh è cælis prospexit su- 2
per filios hominū, ‖vt videat an
sit intelligens, requirēs Deum.

"Omnes declinauerunt, pari- 3
ter fœtuerunt: nō est faciens bo
num, non est etiam vnus.

Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligēs, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum.

"Sepulchrum patens est guttur eorum: "linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.

"Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: "veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum."

"Nónne cognouerūt omnes 4
operantes iniquitatem, *quòd* comedunt populum meum *acsi* comederent panem, & Iehouam non inuocant?

Nónne cognoscent omnes qui operātur iniquitatem, qui deuorāt plebem meam sicut escam panis?

"Ibi timent timore, quoniam 5
Deus "in generatione iusti.

Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

"Consilium pauperis pudore 6
afficitis, propterea quòd Iehouáh spes eius sit.

Quoniam Dominus in generatione iusta est: cōsilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.

3 Omnes decl. &c. הכל סר וגו' *Ad verbu.* *n*, Omnis recessit. [*sub. à via recta,*] pariter rancidi facti sunt. *aut*, putruerunt. *vel*, omnes retrocesserunt, & fœtuerunt pariter. *Sing. pro plur. metaphora à cibis fœtidis & rancidis, à quibus omnes abhorrere solent.*

4 Nónne cog. &c. הלא ידעו וגו' Annon cognouerunt [*sub. Deum esse. aut, me esse iudicē*] omnes facinorosi deuorātes [*vel*, deglutientes] populū meū acsi deuorarent, &c. *Aut*, Annon norūt. *i. nunquid ignorāt, aut ignorare possunt. aut*, Annō nosse potuerūt, *sub. ex iis quæ facta sunt, Deum esse?* *Verti potest*, An ignorare possunt [*sub. quod malè agant*] admittentes scelera, & deprædantes. *aut*, expilantes, &c.

5 Ibi timent tim. שם פחדו פחד Tunc trepidāt trepidatione. *Vel*, Tunc trepidabunt timore: quia Deus erit in generatione iusti. *i. in natione iusta: stabit pro natione iustorum. q. d.* *Nunc lætantur, & rerum prospero successu fruuntur impii: tunc verò quum Dominus veniet vt sumat suppliciū de ipsis improbis, grauissimè timebunt, vbi viderint Deum adesse & fauere nationi iustæ. i. hominibus iustis.* In gen. iusti. בדור צדיק in natione iusta. 6 Consilium pauperis pudore aff. עצת עני תבישו Consilium afflicti confunditis. *vel*, confundere conamini. *i. pudore & ignominia eū aspergitis, q Deus sit spes eius. Vos planè*

ridetis consilium pauperis probi, quòd omnem fiduciam suam in Deo habeat, & in eo ponat præsidium suum.

Quis dabit ex Siõ saluta re Israel? quũ auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

7 "Quis dabit ex YSiión salutem IWſraNelis? "quando conuerterit Iehouáh captiuitatẽ populi sui, exultabit IaYacób, lætabitur IWſraNél.

XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

XV.

1 ¶Canticum Dauidis.

IEhoua quis "peregrinabitur in tabernaculo tuo? & quis "habitabit in monte sanctitatis tuæ?

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã: Qui loquitur veritatẽ in corde suo, qui nõ egit dolum in lingua sua:

2 Qui ambulat "perfectè, & operatur iustitiam, & loquitur veritatem in corde suo: Iesa.33.c.15

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium nõ accepit aduersus proximos suos.

3 Nõ "detrahit lingua sua, non facit proximo suo malũ, & opprobriũ "non accipit contra propinquum suum.

7 Quis dabit מי יתן Quis det. *Hebræa phrasis pro aduerbio optandi Vtinam. q. d. O vtinam Deus ex sua Sion, hoc est è cælo, opẽ ferat Israeli, liberando eum à tyrannide Saulis.* Salus *pro auxilio, in libris Sacris. Confirma (inquit David) ô Deus regnum meum, & fac vt Ierosolymis regnem inuito Saule: vt populo tuo auxilio sim, docendo illum quæ fieri iubes.* Quando conuer. &c. בשוב יי quũ reduxerit Iehouáh captiuitatem populi sui, exultabit, &c. *i. quum restituerit Dominus populum suum in pristinam libertatem, & reduxerit in suas sedes, quando exemerit illum tyrannide Saulis, & me Danidem constituerit Regem: habiturus est occasionem exultandi Iacob, id est populus fidelis, & veri Israelitæ qui Deum amant.*

IN PSALMVM XV.

1 Peregrinabitur יגור commorabitur. deget. habitabit. *Chaldæus paraph. vertit,* Domine; quis dignus est vt habitet tecum in cælo? *Dicunt Hebræi Danidem vocasse cælum, tabernaculum, quòd distendatur instar tabernaculi: & per* montem *idem intelligi. Sunt tamen qui intelligunt per* montem, *montem Moria.* Habitabit ישכן sedem habebit. *Repetitio est, pro, quis locum habiturus est in cælo tuo ô Domine?* 2 Perfectè, תמים integer. *i. integra vita, & innocẽs: qui viuit vitam innoxiam & alienam à dolis. Vide Iob 1.a.1.*

3 Detrahit רגל *Præt. Heb. pro præs.* Non accipit לא נשא *Ad verbum,* non leuat. *siue, eleuat. aut assumit. i. non conuitiatur proximo. Vel, vt alii, qui credulitate nimia non auidè haurit, vel temere admittit sinistros de proximis sermones.*

4 'Contemptus est in oculis eius reprobus, timentes autē Iehouam glorificat: *qui* iurauit in malum, '& non mutat.

5 Pecuniam suam non dat ad vsuram, & munus contra innocentē 'non accipit. qui facit hæc, 'non labetur in seculum.

4 *Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominū glorificat:*

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniā suam nō dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accipit.

5 *Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.*

XVI.

1 ¶ 'Michtham Dauidis.

CVstodi me Deus, quoniam 'spero in te.

2 'Dic ô *anima mea* Iehouæ, Do-

XV.

1 *Tituli inscriptio ipsi Dauid.*

COnserua me Domine, quoniā speraui in te.

2 Dixi Domino, Deus

Commemoratio summi illius boni, & fœlicitatis quam homo habere potest in hac terra.

4 Contemptus est, &c. נבזה בעיניו נמאס Contemptus est in oculis eius reiectus. *Vel,* abominabilis. *& sic* Chaldæus *paraph. Quidam vertunt,* Qui despicit se in oculis suis. abiicit se. *quæ versio, tametsi pia, non vsqueadeo tamen loco congruere videtur, quòd duo contraria opponat.* Iurauit in malum, נשבע להרע iurat in damnū. *siue,* incommodum. *Præt.* Heb. *pro præs. vt & sequenti versu.* De *iuramento loquitur quod etsi damnosum sit iuranti, præstat tamen qui iurauit.* Eodē *sensu alij,* iurat proximo suo, & non mutat. *Perperam quidā* Hebræorum *interpretes hunc locum de voto ieiuniorum & abstinentiæ exponunt, tanquam vota sint implenda vbi quis promiserit se ieiunio affligere: quum hìc de secunda tabula tantùm loquatur, & mutua inter homines rectitudine.* 5 Non accipit. לא לקח non accipere solet. *vt scilicet euertat causam insontis, & pronuntiet aduersus innocentem.* De *Iudicibus loquitur.* Ii *autem quorum iniqua est causa, muneribus* Iudices *corrumpere solent.* Non labetur לא ימוט non dimouebitur. *i. perpetuò erit ciuis cælestis ciuitatis.*

IN PSALMVM XVI.

1 Michtham מכתם insignia. *Quidā volunt fuisse initium carminis vulgaris, ad cuius modulos cantatus fuerit hic psalmus.* Alij, *instrumentum musicū.* Significat *aurum, siue insigne aureolū, quòd hic psalmus pretiosus esset* Dauidi *veluti aurum.* Spero חסיתי Præt. Heb. *pro præs.* Spem meā pono in te. *q. d.* Serua *me, non quòd sim dignus beneficio tuo, sed quòd præsidium meum in te statui, & non in alio.*

2 Dic אמרת Ad *verbum,* Dixisti. Præt. Heb. *pro fut. & futurū pro imperatiuo.* Dic Domino. Verbum *est fœmineum: propterea ferè omnes* Hebræi, *etiam* Chaldæus *paraph. subintelligūt animā.* Etiā *aliàs animam suam in* Psalmis *alloquitur* Dauid, *vt* Psal. *42. b. 6, & 43. b. 5.* Hortatur *ergo animā suam, hoc est seipsum, vt se* Domino *planè cōsecret, & dominū suum in omnibus agnoscat.* Chaldæus *paraph.* Dixisti anima mea semper. *i. semper tale testimonium mihi præbuisti.*

meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

minus meus es tu, bonum meũ non ad te *peruenit:*

3 *Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.*

Sed ad sanctos qui in terra sunt, & fortes, erga quos omnis voluntas mea est.

4 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.*

Multiplicabũtur dolores eorum *qui post* alienum *deum* festinant: non libabo libamina eorũ de sanguine, nec assumam nomina eorum in labiis meis. *Afflictio non fidelibus soli Deo.*

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea.

5 *Dominus pars hæredi-*

Iehouáh pars portionis meæ, *Præsidium Dauidis, & patrimonium, Deus.*

Bonum meum non ad te טובתי בל עליך *sub. peruenit. acsi dicat, beneficiis meis nihil iuuaris: Sed sancti qui, &c. versu sequenti perficitur sententia.* Alij, Bonum meum non *prouenit nisi* à te. Ita *Chaldæus paraph.* Alij, Bonũ meũ non *est* super te. *i. non obligaris conferre beneficia in me.* 3 *Sed* ad sanctos, *&c.* לקדושים וגו' *sub. perueniunt mea beneficia, & illis prosunt, non tibi. i. beneficia mea non perueniunt ad te, sed ad sanctos: hoc est, iuuãt sanctos qui in terra habitant, & præclaros quos summa prosequor amicitia. q. d. Quia de te bene mereri non possum, ô* Deus, *qui facultatibus meis non eges: certè de hominibus bene merebor, erga quos beneuolentiam præcepisti & beneficentiam.* Quidã *vertunt,* In sanctis qui in terra sunt, & præclaris, omnis voluntas mea in eis. *i. illis toto animo delector, & magno eos amore prosequor.*

4 Multiplicabuntur dolores, *&c.* ירבו עצבותם וגו' *Chaldæus paraphr.* Multiplicant imagines suas, & postea festinant eis offerre oblationes. *Alij,* Multiplicata sunt idola eorum, alteri *deo* donauerunt. *Alij,* Multiplicẽtur molestiæ eorum qui alteri *deo* donauerũt. *Imprecationem esse volunt* Hebræi. *q. d. multis malis exagitentur qui alium deum colunt, quàm* Deum *Israelis.* Vel, Multæ sunt molestiæ eorum *qui post* alienũ festinant. *i. cupidè sectantur alios quàm sanctos.*

De sanguine, מדם *.i. quæ sanguine constant. Gentes in suis sacrificiis sanguinem libare solebant.* Iudæis *verò gustus sanguinis tam in victu communi quàm in sacrificiis fuit vetitus: quo magis à cædibus & omni sæuitia abhorrerent.* Pronuntiat *ergo* Dauid. *se non modò alienum fore à prauis erroribus qui idololatras seducunt, sed in externa quoque professione sibi curæ fore ne vllum det signum consensus.* Eodem *spectat quod mox sequitur,* Nec assumam, *&c. tanto enim odio & detestationi sibi fore idola dicit, vt ab eorum nominibus, tanquam à nefando sacrilegio, sibi caueat. quod etiam apparet in eius forma loquendi: relatiua enim tantùm ponens, idola ipsa subticet.* EORVM *nanque refert* Idolorum.

5 Pars portionis meæ, מנת חלקי portio partis meæ. *vel,* pars & portio mea, & calix meus. *i.* Dominus *est portio mea esculenta, & portio*

mea pocnlenta.perinde acsi dicat, Deus est meus cibus & meus potus : à Deo proueniunt omnia huius vitæ necessaria. Capiuntur *hîc* pars,hæreditas,calix,funiculi distributionis,*&* sors,*ferè pro eodẽ. nam posteaquam dixit sibi nullum esse commercium cum impiis, addit solum Dominum esse possessionem suam,sortem suam & bonum.*

& calicis mei, tu"sustentas sortẽ
meam.
6 "Funes ceciderunt mihi in amœnis *locis*:etiam hæreditas speciosa *obuenit* mihi.
7 "Benedicam Iehouæ qui consulit mihi : etiam noctibus erudiunt me renes mei.
8 "¶Pono Iehouam coram me semper : quia à dextera mea *est*, "non mouebor.

tatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.
6 *Funes ceciderunt mihi in præclaris : etenim hæreditas mea præclara est mihi.*
7 *Benedicã Dominũ qui tribuit mihi intellectũ: insuper & vsq; ad noctẽ increpuerunt me renes mei.*
8 *Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper : quoniam à dextris est mihi, ne commouear.*

De Christi resurrectione prophetia.

Act.2.d.23

Sustentas sortem meam. תומיך גורלי *Quidam Hebræorum exponunt,Deum iussisse Dauidem vt eligeret sibi hanc sortem. q.d.tua opera factum est vt sors mea in partem optimam ceciderit. Verior eorum expositio videtur qui dicunt,quia plerũq; contingit à sua possessione depelli iustos dominos,quòd nullus eos tueatur:propterea Dauidẽ hîc dicere, Deũ ita se illi in hæreditatem dedisse , vt eiusdem virtute salua illi maneat fruitio.* 6 Funes חבלים Funiculi.*sub.distributionis,vel mensorij. Alij,*Portiones. Hæreditates. Sortes.*In Palæsthina,mẽsores agrorum vtebantur funibus. Paucula sunt subaudienda ex præcedenti versu, vt dilucidior sit sensus,Quum Deum habeam pro hæreditate,quum Deus sit fundus meus hæreditarius,optima illa partium agri,in quas funiculi à mensore porrecti sunt,obtigit mihi. agrorum mensores assignarunt mihi loca amœna.* 7 Benedicam אברך *Celebrabo(inquit David) Dominum cuius consilio & voluntate ipsum mihi delegi pro hæreditate: celebrabo inquam Dominũ,quia noctu renes mei [.i.interni mei affectus] non incitauerunt me ad libidinem: verùm erudierunt me,vt nihil animo versem noctu quàm quæ ad pietatem pertinent.q.d. Humani affectus alioqui proclines ad malum , impulerunt me ad pietatem etiam noctu,quo tempore ad mala conuerti solent homines. Sanctis omnia cooperantur in bonũ.nam Deus semper adest illis.* Renes *per metonymiam,pro vehementibus affectibus.* 8 Pono שויתי *Præt.Heb.pro præs.i.Propono mihi Dominũ ob oculos semper,tanquam scopum,vt illius nutu omnia agã.*

Non mouebor. בל אמוט ne labar.ne dimouear.ne nutem. *.i.quia Dominus adest mihi ad latus meum dexterum vt me iuuet,perire non potero,neque quicquam nocere poterit.*

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe:

9 . Propterea ″lætatũ est cor meũ, & exultauit ″gloria mea: etiã caro mea ″habitabit confidenter:

Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

10 ‖Quoniam non derelinques ″animam meam in sepulchro: ″nec permittes misericordẽ tuũ ″videre corruptionem. Act.2.e.31, & 13.e.34

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

11 Scire facies me ″semitam vitæ: satietas lætitiarum est ″cum vultu tuo: ″iucunditates *sunt* in dextra tua ″in seculum. *Via vitæ, & lætitia per Christum.*

9 Lætatum est שמח *Præterita sunt apud Hebræos pro futuris aut præsentibus, lætatur, exultat, requiescit.* Gloria mea: כבודי honor meus. dignitas mea. Gloria, *siue* honor *pro anima & mẽte. Aliis significat linguam. David enim non tantùm se intus gaudere affirmat, sed linguam quoque suam, imò carnem huius gaudij participem facit.* Habitabit confidenter: ישכן לבטח quiescet in fiducia. *i. secura omnium periculorum.* 10 Animam meam נפשי *.i. corpus. Leuit. 21. a. 1, Super animam non contaminabit se quisquã in populis suis.* Nec permittes mis.t. לא תתן חסידך *Ad verbum,* nec dabis sanctum tuum. Videre corruptionem. לראות שחת videre foueam. *.i. non permittes vt is quem sanctificasti, siue sanctum esse vis & corruptionis expertem, diu commoretur in fouea & sepulchro, & sentiat corruptionem, sitque expers resurrectionis, & vitæ æternæ: sed mox resurgere facies. Repetitio est. nam* Derelinqui in inferno, & Videre corruptionem, *idem significant.* Videre autem foueam, *est condi in foueam ad corruptionem. Hic locus impletus est in Saluatore nostro, vt Act.* 2.c.31, & 13.e.34, *citatur ab Apostolis Petro & Paulo: quia à sepulchri corruptione fuit prorsus & solidè exemptus, vt mẽbra sua gradatim, & pro cuiusque mensura in societatem suam vocet.*

11 Semitam vitæ: ארח חיים *.i. qua itur ad vitam. hoc est, Suscitabis me, & donabis immortalitate. sumpta metaphora à viatoribus. q.d. Donabis me vita, non temporaria, sed ea in qua sit omne genus voluptatis, nempe vita æterna.* Cum vultu tuo: את פניך *.i. cumulatissima abundantia omnium quæ animum lætitia perfundere solent, omne genus iucũditatis est in præsentia tua, apud te, teque comitatur, & tibi adstat. q.d. vbi præsens es, ibi est omne lætitiarum genus, & quicquid animum verè & seriò lætitia afficit. Plurali* lætitiarum *vtitur, vt ostendat copiam lætitiarum.* Iucunditates נעמות delectationes. In seculum. נצח semper. perpetuò.

Vehemens & ardens precatio Dauidis, vt eripiatur a Saule.

¶Oratio Dauidis. XVII. 1
Audi Iehoua ʼiustitiā *meam*, intende ʼclamori meo, ausculta orationem meam *quæ est* ʼabsque labiis doli.
2 ʼA facie tua iudicium meum egrediatur, oculi tui ʼvideant æquitates.

Deum adhibet testem suæ innocentiæ.

3 ʼProbasti cor meum, ʼvisitasti nocte, ʼconflasti me, non inuenisti *in me iniquitatem:* ʼ*quod* cogitaui, non transiuit os meum.

Oratio Dauid. XVI.
Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationi meæ.
Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.
2 *De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.*
3 *Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.*

IN PSALMVM XVII.

1 Iustitiam צדק *Sub. meam. i. orationem qua te iustè obsecro. vel potius integritatē causæ meæ.* Clamori meo, רנתי vociferationi meæ. *i. orationi quam apud te vociferando fundo.* Absque labiis doli. בלא שפתי מרמה sine labiis doli *i. dolosis. quæ carent sermone fraudulento. quæ sunt sincera & candida.* Labia *pro sermonibus accipit.*

2 A facie t. מלפניך *i. à te. ius meum, quo iudices siue liberes me ab hostibus meis. q. d. Per sentētiam siue iudicium de iure meo, in causa mea: in qua ego constituo te arbitrum. Hic versus indicat quemnam sibi iudicem constituat.* Videant æq. תחזינה מישרים *Hebraismus, i. æquitatem. q. d. Fac ostendas te prospicere ea quæ hîc rectè geruntur ac fiunt. Tu nosti meam iustitiam: te arbitrum constituo mei & Saulis. per me tibi licet pronuntiare quid tibi videatur de lite quam habeo cum Saule: declara nunc te eorum quæ recta sunt, habere rationem.*

3 Probasti בחנת Explorasti *i. occultos cordis mei recessus excußisti, omnes cordis mei sensus tenes, nosti me non esse duplicē, nec quicquā fraudis intus alere, vt isti perperam falsa inuidia me grauant.* Visitasti nocte, פקדת לילה *sub. animum meum. Noctu animi affectus facilius se produnt, quando remoto hominū aspectu liberius & sine pudore quis peccat: qui tunc non peccat, minus peccabit interdiu. dicit igitur* David, *Domine, quum noctis tenebræ conscientiam sublatis integumētis magis aperiant, & tunc sine testibus & arbitris liberius se proferant affectus: si eo articulo me examines, nihil in corde meo reperietur perfidiæ. Aut præt. pro fut.* Explorabis, &c. Conflasti me, צרפתני excoxisti me: *vt scilicet solent excoqui & examinari metalla.* vel, igne me examinabis. Alii, examinasti, *uel*, explorasti me. *Verbum* צרף *significat fundere, purificare, & examinare metalla. Hîc autem per translationem pro* Examinare *& explorare ponitur.* Examinasti me *siue* explorasti *(inquit) velut metalla igni probari solent, siue examinari i. multis tribulationibus accuratissimè me examinasti.* Quod cogitaui, &c. זמותי וגו׳ *Hebraismus, pro, nihil aliud sentio quàm quod loquor. Verba Hebræa solent sua*

verbalia complecti: ideo subaudiendum, cogitatio mea: hoc modo, Cogitaui, & *cogitatio mea* non transiit os meum, *q.d. nulla fuit discrepantia inter os & cor meum: ore expressi sine fraude quicquid in animo habebã.*

Vt non loquatur os meũ opera hominũ: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

4 "Quòd ad opera hominum *aliorum*, per verbum labiorum tuorum ego "custodiui semitas dissipatoris.

Demonstrat suam conuersationem fuisse integram.

Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

5 "Sustẽta gressus meos in viis tuis, ne declinent pedes mei.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

6 Ego "inuocaui te, quoniã exaudis me Deus: inclina aurẽ tuã mihi, audi eloquium meum.

Iterum cõmendat causã suã Deo, ac orat vt aduersus impios tegatur, confidens ita futurum.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

7 "Mirifica pietates tuas seruator sperãtium, ab insurgentibus in dexteram tuam.

A resistentibus dextera

8 Custodi me "vt nigrũ pupillæ

4 Quòd ad opera &c. לפעלות אדם Ad [vel, Quantu ad] opera hominum. *sub. aliorum.* *Alij*, Propter operationes hominum *quæ fiũt* contra verbum, &c. *Alij*, Operibus hominum *aliorum* iuxta verbũ labiorum tuorum. *Sub. intentus fui, ne mandatis tuis aduersarentur. Non solùm (inquit) fui iustus, sed etiam quantum ad factum hominũ spectat, per verbum tuum, siue iuxta præcepta tua, præceptorúmque tuorum commemoratione dedi operam, atque prohibui nequis grassatorem ageret, aliisq; inferret iniuriam.* Custodiui, &c. שמרתי וגו׳ obseruaui *nequis ambularet per* semitas grassatoris. *vel*, prohibui *nequis*, &c.

5 Sustenta, &c. תמוך אשורי וגו׳ *Infinitiuus est Hebræis pro imperatiuo: vel vt alij volunt, infinit. pro præt.* Apprehenderunt gressus mei [*vel*, pedes mei] semitas tuas, nec declinauerunt pedes mei. *aut*, Stabiles [*siue*, Firmi] fuerunt gressus mei in semitis tuis, nec declinauerunt plãtæ pedum meorum. *Futurum Hebræus posteriore loco pro præterito.* 6 Inuocaui te, קראתיך *Præt. Heb. pro præs.* Inuoco te. *vel*, inuocare soleo 7 Mirifica piet. t. הפלה חסדיך Admirãdas fac misericordias tuas. Fac insignem bonitatem tuam. *Alij*, Segrega [*vel*, Subtrahe] misericordias tuas, &c. ab insurgentibus, &c. *i. Segrega misericordias tuas, tu qui liberas sperantes* [*sub. in te:* *subtrahe inquam misericordias*] *ab iis qui insurgunt contra dexterã tuã. i. ab iis qui oppugnant te, repugnantes iis quæ à te decreta sunt, & nituntur aduersus sententiam tuam. nolunt enim me Regem esse, quum tamen me constitueris. Quidã Hebræorum, dexteram interpretantur eos qui fidunt dextera Dei, & fauore.* Misericordias *dicit plurali numero, ad declarandam Dei misericordiam quæ latissimè patet.*

8 Vt nigrũ, &c. כאישון בת עין Ad verbũ, vt pupillam filiam oculi.

.i. vt pupillam quæ est oculi præcipua & eximia pars. Hebræi enim *nomine* בן *&* בת*, quæ præcipua, eximia & admodum chara sunt, intelligere solent. aut*, vt pupillam quæ est medium oculi. *q.d. custodi me eo studio quo homines oculorum suorum pupillas custodire solent.* Pupilla, & filia oculi, *idem sunt, vt nonnullis placet: duæ voces pro vna, vt alibi, Lutum fæcis, pro luto: & Orbis terræ, pro terra. Chald. paraph. vertit*, Tanquam sphæram quæ est in medio oculi.

Conqueritur de opulentia, potentia, superbia inimicorum suorũ, illumq; persequẽdi summo studio.

oculi, "in vmbra alarum tuarũ
abscon de me,
"A facie impiorum, qui "va-
stant me, inimicorum meorũ *qui*
"propter animam circũdant me,
"Adipe suo clauserunt *os suum*,
ore suo loquuntur superbè.
"In gressu nostro nunc circũ-
dant me, oculos suos ponunt "ad
expandendum *rete* in terram.
Similitudo eius vt leonis *qui*
desiderat rapere, & vt leunculi
"manentis in abditis.

tuæ: custodi me vt pupillã oculi,
Sub vmbra alarum tua-
9 *rum protege me à facie impiorum qui me afflixerũt.*
Inimici mei animã meã circundederunt, adipẽ suũ
10 *concluserunt, os eorum loquutum est superbiam,*
11 *Proiicientes me, nunc circundederũt me, oculos suos, statuerunt declinare in terram.*
12 *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitas in abditis.*

In vmbra alarum tuarum בצל כנפיך *.i. ea diligentia libera me à periculo imminenti qua solent gallinæ subter alas suas abscondere pullos suos, imminente & insidiante miluo. Scriptura Deo tribuit alas, vt summum eius studium in seruandis piis ostendat. Eadem similitudine vsus est Christus apud Matthæum 23.d.37.*

9 A facie impiorum מפני רשעים *Hebraismus, propter impios.*
Vastant me, שדוני vim mihi inferunt. *Præt. pro præs. & sequẽti versu.* Propter animã בנפש in animam. *.i. vt vita me spolient. Chaldæus paraph. ad verbum*, in animam suam. *i. qui ex animo obsident me. hunc sensum sequitur ex doctioribus Hebræorum alter.*

10 Adipe suo clauserũt חלבמו סגרו Præ pinguedine præcluserũt *Sub. sibi os & fauces. i. Vsqueadeo pingues sunt, vt fauces eorũ præ pinguedine præclusæ sint. q.d. diffluunt deliciis, & ob id superba loquũtur. Chald. paraph.* Adeps eorum clausit os eorum. *Integra loquutio legitur Iob 15.e.27, Operuit impius faciem suam adipe suo.*

11 In gressu no. *&c.* אשרינו עתה Gressum nostrum obseruantes, nunc circundant me. *vel*, nos: *nam duplex est Hebræis lectio. q.d. quocunque fugimus, illuc nos insectantur ac circundant.* Ad expandendum לנטות vt expandant. *i. oculos intentos habent ad expandendos laqueos suos in terra, quibus nos capiant. quærunt occasionẽ perdendi nos, siue vt prosternant nos in terram.*

12 Manentis ישב sedentis. *i. delitescentis.*

Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum, eripe animã meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

13 "Surge Iehoua, præueni faciẽ eius, "incurua eum, erue animã meã ab ĩpio "*qui est* gladius tuus:

Continuat suam precationem, postulans subitũ auxilium, ac recognoscens quod patiebatur à Saule eiusq; similibus, esse à Deo.

Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorũ, & de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

14 "A viris *qui sunt* manus tua, *erue* Iehoua, à viris "de mundo, "quorũ pars *est* in vita, "& abscõdito tuo imples vẽtrem eorum:

Saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

"saturantur filii, "& dimittent residuum suum paruulis suis.

Ego autem in iustitia apparebo cõspectui tuo: satiabor quum apparuerit gloria tua.

15 Ego in iustitia videbo "faciẽ tuam, "satiabor quum expergefacta fuerit imago tua.

Confirmatus animo, sperat post resurrectionem se visurum faciẽ Dei.

13 Surge קומה .i. *Surge Domine, sume arma, strenui defensoris more: iam satis distulisti opem, nunc surge declaraturus vires tuas: præueni faciem hostis mei Saulis, & illi obsiste.* Incurua eum, הכריעהו humilia eum. deiice. prosterne. *Qui est* gladius tuus: חרבך .i. *quo tanquam gladio vteris in castigandis aliis. Ita ferè omnes vertunt. Quidam volunt esse instrumenti ablatiuũ, hoc sensu, Libera me gladio tuo ab impio. Sic versu sequenti.* 14 A viris *qui sunt* ma. t. ממתים ידך *Alii vertũt,* A viris *erue me* manu tua. *siue potentia & fortitudine tua. vt sit instrumenti ablatiuus, vt versu præcedenti.* De mundo, מחלד de seculo. *i. qui tantùm mundana sapiunt.* Alii, de tẽpore. *i. temporariis.* Alii, à seculo. *i. qui non à triduo, vel nuper conuerterũt, sed à seculo durauit iam eorum fœlicitas, quam momento euanescere oportuit. Queritur hostes suos viguisse vltra iustum tẽpus.* Quorũ pars *est* in vi. חלקם בחיים *Hebraismus, pro, quorũ fœlicitas tota sita est in bonis temporariis & voluptatibus huius mundi. Portio cuiusque dicitur, in quo suam quisque fœlicitatem locat. vel vt alii, qui ab omnibus incommodis sunt immunes, & à communi hominum sorte exempti, ac deliciis diffluunt.* Et abscõdito tuo imp. וצפונך תמלא & thesauro tuo implere soles. *Fut. Heb. pro præs. quãdiu scilicet hîc viuunt. Per vẽtrem, desiderium intelligit, quasi dicat, Quorum desiderium exples opibus tuis quæ à te solo proficiscuntur.* Saturãtur filii, ישבעו בנים saturabuntur liberis. *Fut. Heb. pro præs. i. copiã habent liberorũ.* Et dimittent, &c. והניחו וגו' & relinquent residuum, &c. Paruulos *intelligit nepotes & posteros.*

15 Faciem t. פניך .i. *paterni tui fauoris sensum, quo afflictos nõ modò exhilaras, abstersis doloribus nostris, sed in cælum vsque rapis. Quãuis in speciem procul à Deo sit reiectus, sibi tamen familiarem eius conspectũ promittit, superbæ inimicorum iactantiæ insultans. Iustitiæ nomine significat se bonæ conscientiæ mercede nequaquam frustratum iri.* Satiabor, &c. בהקיץ וגו' satiabor quum euigilauero specie tua. *vel,* quum euigilare feceris similitudinem tuam. *aut,* quum euigilaue-

rit similitudo tua. *i. quum ego ad similitudinem tuam conditus resurrexero. Alii non ad resurrectionem referunt, sed* Satiari *interpretantur, vbi Deus sanctos suos paterni fauoris sui sensu irradiat: in qua luce acquiescunt.* Hāc *pacem & gaudium* Spiritus, *Dauid vocat satietatem.* Et Euigilandi *verbum ad* Dauidem *referunt: vt tantundem valeat ac respirare à tristitia. Etsi enim nunquam stupore fuerat oppressus, fieri tamen nō potuit quin post longam fatigationem sopitus iaceret.* Hanc *perturbationem* Dauid *sopori comparat.* Vbi *autem iterum affulserit* Dei *fauor, quē Faciei nomine significat, se recepto vigore tranquillum fore dicit.*

XVIII.

"Victori serui Iehouæ, *nempe* 1
Dauidis, qui loquutus est Iehouæ verba cātici huius in die qua eripuit eum Iehouáh de manu omnium inimicorum suorū, & de manu שSaאulis. Et dixit, 2

1. Sam. 22. a. 1

Diligam te Iehoua fortitudo mea:

Summo studio gratias agit Deo quod eum liberarit ab inimicis.

Iehouáh "petra mea, & arx 3
mea, & erutor meus, Deus meus, "fortitudo mea, ‖ "sperabo in eo: "scutum meum, "& cornu salutis meæ, "eleuatio mea.

Heb. 2. c. 13

XVII.

In finem puero Domini Dauid, *qui loquutus est* Domino *verba cantici huius in die qua eripuit eum* Dominus *de manu omniū inimicorum eius, & de manu* Saul. *Et dixit,*

Diligam te Domine *fortitudo mea,* Domi*nus firmamentū meum, & refugium meū, & liberator meus:*

Deus *meus, adiutor meus, & sperabo in eum:*

Protector *meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.*

IN PSALMVM XVIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.*

3 Petra mea, *&c.* סלעי ומצודתי rupes mea, & præsidium propugnaculum meum. Rupem *Deum appellat, metaphora sumpta à refugio. nam propter hostes solemus rupes petere.* Secunda *metaphora* Deum *arcem, siue propugnaculū appellat, quod fortius rupe esse solet: ideo dicit, & liberator meus. q. d.* Iehouah *eripuit me è periculis. nec mirum. est enim potentissimus & inexpugnabilis.* Fortitudo mea, צורי robur meum. rupes mea. Sperabo in eo: אחסה בו in quo sperabo. *vel,* in qua rupe sperare soleo. *vt sit fut. pro præs.* spero. Scutum meum, מגני clypeus meus. *sic illum vocat, quòd instar clypei illum protegeret.* Et cornu salutis meæ, וקרן ישעי Hebraismus *est, pro, cornu meum salutiferum: siue, cornu in defensionem meam. hoc est, potens ac salutaris defensor meus.* Per cornu *vires intelligit: quia quemadmodum animalia cornuta se tuentur cornibus, ita* Dauid *auxilio* Dei *& defensione, qua veluti cornu vtebatur. q. d. virtus qua seruor, siue liberor a vi & impetu hostium meorum, est* Deus, *qui veluti cornupetit & conficit hostes meos.* Eleuatio mea. משגבי arx mea. *Significat locum*

editum & eleuatum in refugium. Vel, eleuatio mea, *qui me extrahit & eripit è medijs hostibus. Multis ac varijs verbis fatetur Deum esse protectorem suum.*

Laudans inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis saluus ero.

Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerũt me.

Dolores inferni circundederũt me: præoccupauerũt me laquei mortis:

In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui:

Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in cõspectu eius introiuit in aures eius.

Commota est & contre-

4 ˊLaudatũ ˊinuocabo Iehouã, & ab inimicis meis saluus ero.

5 ˊCircundederant me ˊdolores mortis, ˊ& torrentes impietatis terrebant me:

6 ˊDolores sepulchri circundederant me, ˊpræuenerant me ˊlaquei mortis:

7 ˊIn angustia *igitur* mea inuocaui Iehouam, & ad Deũ meũ clamaui, & exaudiuit de tẽplo suo vocem meã, & clamor meus ˊcorã eo introiuit in aures eius.

8 ˊTum commota est & cõtre-

Ostendit se de ope Dei magnopere certum esse.

Commemorat pericula, & malitiã inimicorum suorũ à quibus subitò fuit liberatus.

Descriptio indignationis iræq́, Diuinæ cõtra suos aduersarios.

4 Laudatum מהלל .*i.celebrem.vel,*laudatum.*sub.à me quum illi gratias ago. Alij vertunt,* Laudabilem. *vel,* Laudãdum. *i.omni laude dignißimum.* Inuocabo,*&c.* אקרא יי *Quidam vertunt hæc futura per præsens,* inuoco[*vel,* inuocare soleo] & ab inimicis meis seruor. *vel,* seruari soleo. *Alij per præt.imp.* inuocabam Iehouam, & ab inimicis mei seruabar. 5 Circundederant me אפפוני *Præt. quod melius per præt.plusquam perf. vertitur.* 6 Dolores m. חבלי מות funes mortis.*i.periculis mortis fueram vndique implicitus.*

Et torrentes imp. ונחלי בליעל & torrentes Beliiáַal. De Beliiáַal *Vide Deut.13.c.13, & Prouer.6.b.12.* Torrentes beliiáַal *vocat multitudinem tribulationum quæ ab impijs infliguntur: quia vt aqua pereunt homines quum non possunt resistere, ita & multitudine tribulationum. Alii iniurias grauißimas & crebras interpretantur. vel potius improbos homines ac peruersos qui in eum conspirauerunt.*

6 Dolores sep. חבלי שאול *Sic vocat dolores lethales, qui tãti sunt vt penè enecent homines, & in sepulchrum detrudant.* Præuenerant me קדמוני anteuerterãt me, occupauerãt me. Laquei mor. מוקשי מות *Significat insidias mortiferas.q.d. Parum aberat quin inciderem in insidias inimicorum mortiferas: doli quibus Saul & eius socij mortem mihi intentabant, anticipauerant me: & iamiam periturus eram laqueis constitutis ante faciem meam.* 7 In angustia mea inu. בצר לי אקרא *Per præsens potes vertere,* Quum est[*vel,* erat] *tribulatio sine,* dum tribulatione premor. Coram eo לפניו *sub. effusus.*

8 Tum cõmota est & contr. ותגעש ותרעש *Terræmotum significat.*

d.i.

q.d. & fiebat terræmotus magnus. Vt autem magnitudinem terræmotus exprimat, vtitur duabus vocibus idem significantibus.

muit terra, "& fundamenta mõtium mouerunt se: mouerunt se inquam, "quoniam iratus erat.

muit terra, & fundamenta montiũ cõturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.

9 Ascendit fumus "in ira eius, & ignis "ex ore eius consumpsit, carbones succensi sunt "ab eo.

9 *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.*

10 "Et inclinauit cælos, & descẽdit, "& caligo sub pedibus eius.

10 *Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.*

11 "Et equitauit "super Cherub, & volauit, "volauit inquam super pennas ventorum.

11 *Et ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum.*

Et fundaméta, &c. ומוסדי הרים ירגזו & bases montiũ concussæ sunt. vel, concutiebantur. i. *commouebantur vehementissimè, vt hostes mei perspicerẽt tremendã* Dei *potestatẽ, quũ ferebat mihi suppetias.* Alij, trepidauerũt. agitauerũt sese. tumultuata sunt. *Fut.* Heb. *pro præt. Fũdamenta montiũ concuti, est mõtes radicitus & à fundamentis concuti.* Quoniam iratus e. כי חרה לו *Ad verbum*, quoniam iratus erat ei. *Quidam tamen volunt* לו *redundare: aut vertendum verbum tãquam nomen*, quoniam indignatio *erat* illi. N*isi quis velit pronomen istud referre inimicum*, Quoniam erat iratus inimico meo. i. *inimicis meis.* N*am frequenter sine antecedente ponitur relatiuum.* Alij *vertunt*, quando indignatus est. 9 In ira eius, באפו . i. *dũ iratus erat. hoc est, dum irasceretur, fumum emittebat.* Hoc *dicit quòd causa sit tempestatum in quibus fiunt fulgura, siue fulgetra, tum cælum obscuratur nubibus, quæ sunt velut fumus.* Præterita *sunt* Heb. *quæ per præterita imperf. vel plusquam perf. verti possunt, vt in præcedentibus.* Alij *vertunt, qui egreditur* de nare eius. *i. naribus.* Ex ore eius consumpsit מפיו תאכל ex ore eius *egrediens* absumit. *sub. omnia.* Fut. Heb. *pro præs.* Carbones *vocat fulmina.* D*escribit habitum aëris turbulenti.* Ab eo. ממנו *sub. igne.* 10 Et inclinauit cælos ויט שמים Et demisit[*siue*, demittebat] cælum. *i. nubes.* V*idetur enim quum eiusmodi excitat tempestates, demittere cælum in terram, vt illic appareant miracula eius.* Et caligo, &c. וערפל וגו' *ne scilicet agnosceretur.* 11 Et equitauit super Che. וירכב על כרוב Per *hæc celeritatem auxilij* Diuini *intelligit. q.d. velocissimè venit vt mihi ferret auxilium.* Cherub, *sing. pro plur.* S*unt qui* Cherub *volucrem exponant: vnde imagines illæ quas* Scriptura Cherubim *vocat, quæ erant super* Propitiatorium, *alas habebant.* Non *simpliciter* Deum *facit ventorum moderatorem, & qui sua virtute eos impellat: sed simul dicit equitare super* Cherub, *vt sciamus ipsos ventorum impetus eius mãdato per* Angelos *gubernari.* S*cimus enim, sub figura* Cherubim *repræsentatos fu-*

isse Angelos. Postea super ventos & turbines equitantem inducit, vt celeri cursu, vel pernici volatu potius totum orbem perlustret. Similis descriptio & Psal. 104. a. 3, vbi dicitur Deus vehi super alas ventorũ, & illos quaquauersum, vt celeres nuntios emittere.

12 *Et posuit tenebras latibulũ suũ, in circuitu eius tabernaculũ eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.*

Posuit tenebras latibulũ suũ: "*in* circuitibus eius tabernaculũ eius, tenebrositas aquarum, nubes cælorum.

13 *Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grãdo, & carbones ignis.*

"Præ fulgore *qui erat* corã eo, "nubes eius transierunt, grando, "& carbones ignis.

14 *Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocẽ suam: grando & carbones ignis.*

Et intonuit in cælis Iehouáh, & Altissimus dedit "vocem suã, grandinem & carbones ignis.

15 *Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura mul*

Et misit "sagittas suas, "& confregit eos: & fulgura iecit, &

12 *In* circuitibus eius, *&c.* סביבותיו וגו׳ circùm se tabernaculũ suum, tenebras aquarum, crassiores nubes. *sub. posuit. q. d. circũfundens vndique tabernaculo suo obscuras aquas, densas nubes. Alij,* in circuitu suo tabernaculum suum [*sub. constituit,*] tenebrositatem aquarum, *&* nubes cæli. *aut,* ætheris. Pro, nubes cæli, *vertere potes* densitates nubium. *Tabernaculum* Dei *dicit esse atras & densas nubes. In secundo Samuelis, pro,* tenebras, *siue tenebrositates aquarum, legitur,* colligationes. *colligatione enim nubium inter sese, ob illarum multitudinem, quia sunt plenæ aqua, tenebrescit terra.* Repetitio *autem est superioris sententiæ alijs verbis, quòd scilicet* Deus *tenebris aerem obducens, homines quodam modo prohibeat à sui conspectu, perinde acsi* Rex *quispiam populo infensus, in recessum & latebras sese abdat.*

13 Præ fulgore *qui erat* coram eo, מנגה נגדו A splendore corã eo. *i. à splendido conspectu eius profectæ sunt nubes contra inimicos.*

Nubes eius transierunt, gr. *&c.* עביו עברו וגו׳ Redit *ad fulgetra quæ discussis nubibus cælum aperiunt. ideo dicit nubes* Dei *transisse à fulgore, vel præ fulgore. nam subitæ istæ mutationes, vehementiore potentiæ* Dei *sensu nos afficiunt.* In *secundo* Samuelis *pro hoc legitur*, succensi sunt carbones ignis. Et carbones ignis. וגחלי אש *.i. & fulmina ignita. periphrasis fulminis.* Hæc *omnia pertinẽt ad descriptionem tempestatis: perinde acsi diceret,* A *splendore gloriæ (ita vertit* Chaldæus *paraph.). i. à splendido conspectu eius egrediuntur nubes in quibus generantur fulmina, quibus perduntur impij.*

14 Vocem suam, קולו strepitum. [fragorem] suum.

15 Sagittas suas, חציו *.i. grandinem & tela ignita, siue fulgetra.*

Et cõfregit eos. ויפיצם & dissipauit [dispersit] eos. *i. hostes suos.*

perdidit eos.
Et apparuerũt profũda aqua- 16
rum, & diſcooperta ſunt funda-
mẽta orbis propter increpatio-
nem tuã ô Iehoua, propter fla-
tum venti iræ tuæ.

Modus auxilij lati, quoniam Deus ipſum amabat.

Miſit de ſummo, apprehen- 17
dit me, *atque* extraxit me de a-
quis multis.
Eruit me ab inimico meo for 18
ti,&ab odio habẽtibus me: quo
niam robuſtiores erant me.
Præuenerant me in die con- 19
tritionis meæ, & fuit Iehouáh
baculus mihi.
Et eduxit me in latitudinem: 20
eruit me,quoniam complacuit
ſibi in me.

tiplicauit, & conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum, reuelata ſunt fundamẽta orbis terrarũ.
Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.
Miſit de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab iis qui oderunt me. quoniã cõfortati ſunt ſuper me.
Præuenerũt me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit quoniam voluit me.

16 Profũda אפיקי effuſiones.gurgites.vada.aluei.fundũ. Chald. paraph. profunditates. *i. increpante Iehoua, & inſufflante, aluei per quos fluuij rapidiſſimi decurrere ſolent, conſpicui facti ſunt. Hos alueos, atque voragines, gurgites, & abyſſos aquarum, vocat fundamenta orbis, propter profunditatem eorum.* Propter flatum venti iræ tuæ. מנשמת רוח אפך ab expiratione flatus naris tuæ Singu. *pro plur.* nariũ. *.i. quum præ ira ſpiritum quendam per nares emittis.*
17 Miſit de ſummo, ישלח ממרום Miſit de excelſo *vel*, è ſublimi. *.i. de cælo. ſub.* Angelos *miniſtros ſuos. hoc eſt, eripuit me à grauiſſimis periculis, quæ ſignificãt aquæ multæ, hoc eſt vehemẽtes.* Fut. Heb. *pro præt.*
18 Quoniam robuſtiores erãt me. כי אמצו ממני quum fortiores erant me. *vel*, quòd fortiores eſſent me.
19 Præuenerant me, &c. יקדמוני ביום אידי Præuerterant me die vaſtationis meæ. perditionis. calamitatis *i. irruerant in me incautũ, & nihil tale cogitantem, atque oppreſſerant impreſſione repentina tẽpore quo calamitate afficiebar, quum iam acciſæ eſſent res meæ.* Baculus למשען fulcrum. ſuſtentaculum. firmamentum. *Ad verbum*, in baculũ. 20 Et eduxit me ויוציאני *ſub. de anguſtiis in locũ ſpatioſum.* Hoc *eſt, depulſa omni triſtitia, perfudit me gaudio quod animum laxare ſolet.* Multis *verſibus prædicat ſui liberationem.* Complacuit ſibi in me. חפץ בי complacitum erat illi in me. *Alij*, dilexit me. *vel*, bene volebat mihi. *aut*, fauebat mihi.

Et retribuet mihi Dominus secũdum iustitiã meã, & secundum puritatẽ manuum mearum retribuet mihi:

21 Retribuit mihi Iehouáh secundum iustitiam meam, secũdum puritatem manuum mearum reddidit mihi:

Demõstrat vitam suam integram ex obseruantia mãdatorum Dei.

Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo.

22 Quia ˝custodiui vias Iehouæ, ˝& non impiè egi à Deo meo:

Quoniam omnia indicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me.

23 Quoniam omnia ˝iudicia eius coram me, & statuta eius ˝non submoui à me.

Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.

24 Et fui ˝perfectus cũ eo, & seruaui me ˝ab iniquitate mea.

Liberatus est: quia Dominus reperit eum iustum ac innocentẽ in eo quod Saul ei obijciebat.

Et retribuet mihi Dominus secũdum iustitiã meã, & secundũ puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

25 ˝Et reddidit Iehouáh mihi secundum iustitiam meam, secũdum puritatem manuum mearum ˝coram oculis suis.

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:

26 ˝Cum misericorde misericors eris, & cum viro perfecto perfectus eris:

Deus agit cum bonis secundum ipsorum bonitatem, cũ malis verò secundum eorum prauitatem: sentiũt illũ talem quales ipsi sunt.

22 Custodiui vias Iehouæ, שמרתי דרכי יהוה obseruaui [obseruaueră] vias Iehouæ. *Sic vocat præcepta. i. quia totus fui in operibus quæ Deo probantur.* Et non impiè egi à Deo meo: ולא רשעתי מאלהי *sub. discedendo.* nec vt impius recessi à Deo meo. *vel,* nec impiè defeceram. *aut,* improbè egeram. *i. neque per improbitatem defeci à Deo meo. vel, neque impiè sentiens de Deo meo, ab illo defeci.*

23 Iudicia eius משפטיו instituta eius. decreta eius. Nõ submoui à me. לא אסיר מני non reieci à me. *In secundo Samuelis legitur,* non recedã ab eo. 24 Perfectus תמים immaculatus. sincerus. integer. *i. præstiti me illi semper integrum.* Ab iniquitate mea. מעוני *. i. ad quã natura mea pronus sum. hoc est, caui nequid praui admitterem. aut, ne scelus admitterem quod antea admisissem.*

25 Et reddidit וישב Rependit itaque. Coram oculis suis. לנגד עיניו *Hebraismus, pro, quã vidit. vel, quã illo iudice præditus sum.*

26 Cum misericorde, &c. 'עם חסיד תתחסד וגו Cum benigno benignus esse soles: & cum homine sincero sincerè agere soles, *siue* agis. *vel,* cum liberali liberalem te præstas: & cum homine sincero probè agis. *Fut. Heb. pro præs. Alij,* Etenim bono te bonum exhibes: & viro sincero te sincerũ præstas. *i. promissiones exhibes, propter quas illi bene facis. Sensus huius loci est, Deum nunquam frustrari seruos suos quum benignè eos tractet, si modò eius auxilium cum mansuetudine & patientia expectent.*

27 ʼCum mundo mundus eris,
& cum peruerſo peruerſè ages:

Et cum electo electus eris, & cũ peruerſo peruerteris:

28 Quoniam tu populum ʼpauperem ſaluum facies, ʼ& oculos
excelſos humiliabis:

Quoniam tu populũ humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis.

29 Quoniam tu ʼilluminas lucernam meã: Iehouáh Deus meus
ʼilluminat tenebras meas:

Quoniam tu illuminas lucernam meam: Domine Deus meus illumina tenebras meas.

30 ʼQuoniam in te contriui exercitum, & in Deo meo tranſiliam murum.

Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.

31 ʼDei perfecta *eſt* via, eloquiũ

Deus meus impolluta via

Nihil reprehendi poteſt in operibus Dei, & ipſe ſolus Deus eſt.

27 Cũ mundo, *&c.* עם נבר ונו' Cũ candido cãdidè agere ſoles: at eum peruerſo peruertis. *i. præter morem tuũ, durum te vltorẽ exhibes qui te promiſeras benefactorem. Verſu ſequenti exponuntur duo iſti. Alij*, Cum puro purus es, & cum peruerſo peruerteris. *Similis loquendi modus legitur &* Leuit. 26. c. 21, *qui iſtum velut interpretatur, Si mecum ambulabitis peruerſè, vel temere, ego viciſſim contra vos peruerſè, vel fortuitò ambulabo. Ac ſi diceret, peruicaciam eorum in cauſa fore vt ſolitæ moderationis oblitus, quaquauerſum in eos irruat.*

28 Pauperem ſaluũ fac. עַם־עָנִי תּוֹשִׁיעַ afflictũ[infirmum. debilem] ſeruabis. *Fut. quod per præſ. verti poteſt.* ſaluum facis. *ſiue*, ſeruas.

Et oculos excelſos hum. ועינים רמות תשפיל *In ſecundo Samuelis legitur*, at oculos tuos *pones* ſuper excelſos, humiliabis *eos.*

29 Illuminas lucer. m. תָּאִיר נֵרִי illuſtras candelam meam. *vel*, ſplendere facis lucem meã. *i. facis vt proſpera mihi omnia contingãt. In 2. Samuelis legitur*, Quia tu *es* lucerna mea. *eodem ſenſu.* Illuminat teneb. m. יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי illuſtrabit tenebras meas. *Mutatio perſonæ à ſecunda ad tertiam, & fut. pro præſ. Per lucem, ſiue candelam Scriptura paſſim ſignificat res ſecũdas: vt per tenebras aduerſa. q. d. Siquid mihi ſecundi acciderit, tu in cauſa es, qui vertis tribulationes meas in proſperitatẽ. Id verum eſſe probat verſus ſequens, cui præpoſita eſt coniũctio rationalis* כִּי. 30 Quoniam in te cont. *&c.* כִּי בְךָ אָרֻץ גְּדוּד Perfregi enim in te aciem. *Alij à verbo* רוץ *currere, vertunt*, incurrã, [vel occurrã] *turmæ. ſub. hoſtium meorum. Hic oſtendit quomodo illuminatæ fuerint eius tenebræ. Fut. Heb. quæ vel per præterita perf. vt præcedentia, verti debent, aut per imperf. Niſi fortè futuro illo tempore oſtendere velit non modò id ſe feciſſe, ſed ſe quoque facturum quoties aliquid aduerſi acciderit.* Tranſilire murum, *pro vrbem expugnare poſuit.*

31 Dei perfecta *eſt* via, הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *i. omnia Dei opera ſunt perfecta. Quidã vertunt*, Deus *eſt* cuius perfecta *eſt* via. *Alij*, Deus integra via eius. Deus ſincerus via ſua. *i. præſtat quod pollicetur. Deus nun-*

quam frustratur seruos suos, neque in ipso articulo deserit, sicuti homines clientibus suis opem nõ ferunt nisi quatenus expedit: sed bona fide tuetur quos suscepit in fidem suam. Via *pro ratione agẽdi quam tenet erga suos.*

eius, eloquia Domini *igne examinata: protector est omnium sperantium in se.*		Iehouæ "purgatum: clypeus est omnibus sperantibus in ipso.
Quoniã quis Deus præter Dominũ? *aut quis* Deus *præter* Deum *nostrum?*	32	"Quoniam quis Deus præter Iehouam? & quis "fortis præter Deum nostrum?
Deus *qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam:*	33	Deus "qui accingit me fortitudine, "& ponit perfectam viã meam:
Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuens me.	34	Ponẽs pedes meos sicut ceruarum, & super excelsa mea "stare fecit me.
Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreũ brachia mea.	35	Qui docet manus meas ad bellum, "& conteritur arcus "æreus brachiis meis.

Copiosius exponit victoriam quam Deus ei dedit.

Purgatum: צרופה conflatum. *i. purum, velut igni examinatũ. Eloquium siue sermonem vocat promissiones. q. d. pollicitus est se fore salutis nostræ custodem: eius promissio certa est veritas: proculdubio protegit omnes qui sperant in ipso.*

32 Quoniam quis Deus כי מי אלוה Quis enim Deus. *i. Quis iure optimo dici possit Deus præter te? fictitios deos, & vanas spes prosternit.* Fortis צור petra. *i. defensor & propugnator. à firmitate & stabilitate petram vocat defensorem.*

33 Qui accingit m. for. המאזרני חיל *Metaphora vel à balteo sumpta, vel ab ipsis renibus in quibus* Scriptura *interdũ vigorẽ aut robur locat.* Perinde *igitur est acsi diceret, se virtute* Dei *fuisse fortem, qui alioqui futurus erat mollis & eneruis.* In 2. Samuelis *legitur*, Fortitudo mea in exercitu. Et ponit perf. ויתן תמים & expeditam reddit. *i. liberam reddit viam meam, ita vt reddatur perfecta & plana, sine vllo offendiculo. q. d. tollit omnia impedimẽta de via mea. hoc est, efficit vt ad finem optatum deueniã. Metaphora sumpta à vinctis.* In 2 Samuelis *legitur*, Et soluit perfectam, *&c. eodem sensu.* Via *pro cursu actionum ponitur, acsi diceret, Quicquid aggressus sum, Deus prosperè sua benedictione direxit.*

34 Stare fecit me. יעמידני Fut. Heb. *pro præs. collocat me, ne scilicet corruam. id est dum cogor fugere, dat pedibus meis celeritatem ceruorum, & efficit vt tandem recipiam me ad arcem in qua tutus sim.*

35 Et conteritur ונחתה Præt. Hebr. *pro præs.* & frangitur. *i. dat mihi vires, vt vel arcum fortissimum frangere possim. Fatetur pugnandi dexteritatem sibi propria industria non fuisse partã, vel exercitatione, sed obtigisse singulari* Dei *dono.*

'Et dediſti mihi ſcutum ſalu- 36
tis tuæ, & dextera tua fulciuit
me, '& manſuetudo tua multi-
plicauit me.
'Dilataſti greſſus meos ſubtus 37
me, '& non declinarunt crura
mea.
'Perſequutus ſum inimicos 38
meos, '& cõprehendi eos, nec re
uerſus ſum donec conſũpſi eos.
'Transfixi eos, nec potuerunt 39

Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me:
Et diſciplina tua correxit me in finẽ, & diſciplina tua ipſa me docebit.
Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata ueſtigia mea.
Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.
Confringam illos, nec po-

36 Et dediſti mihi ſcutum ſalutis tuæ, ויתן לי מגן ישעך Et dediſti mihi ſcutum ſalutem tuam. *Alii*, Et protendis mihi clypeum ſalutis tuæ. *Alij*, muniuiſti me clypeo tuo ſaluifico. *.i. Tu es mihi vice clypei quo defendor in bello. Tu me auxilio tuo defendis velut clypeo impenetrabili.* Et manſuetudo tua, *&c.* וענותך תרבני *Fut Heb. pro præt. vel præſ. i. gratia, vel benignitate multiplicas me. hoc eſt, conuertis animos militum ad me, & efficis vt multi me ſequantur. vel, vt pauci milites mei reſiſtant multitudini hoſtium. q. d. videris multiplicare milites meos. Alij exponunt, magis ac magis prouehis & auges. Augendi enim verbum continuos fauoris* Dei *progreſſus notare dicunt. Quidam vertunt*, magnificaſti me. 37 Dilataſti greſſus meos. ſubtus me, תרחיב צעדי תחתי *Sing. pro plur.* Dilataſti greſſus meos. *i. effeciſti vt quocunque irem, lato & amplo greſſu ingrederer: hoc eſt, liberè & ſine metu. aut, pateret mihi iter expeditum & inoffenſum.* Pro, ſub. me: *Chald. paraph. vertit*, in loco meo. *i. vbi eram. Alij ſic exponunt, eodem ferè ſenſu, Per dilatationem ingreſſus, intelligit viam ſibi æquabilem per inuia fuiſſe patefactã. Subeſt enim antitheſis inter latum ſpatium & anguſtias ex quibus pedem mouere non licet. Senſus eſt, Quum in extremam deſperationem coniectus eſſet, Diuinitus fuiſſe expeditum.* Et non declinarunt crura mea. ולא מעדו קרסלי & non nutarunt [vacillarunt] crura mea. *aut*, vertebræ meæ. *Præt. item pro præſ. i. das mihi greſſum liberum, vt poſſim diſcurſare huc illuc: & confirmas crura mea vt poſſim perſequi hoſtes meos.* 38 Perſequutus ſum ארדוף *Fut. Heb. pro præt. vel præſ. verti poſſet per imperf. q. d.* quando perſequebar, *&c.* Et cõprehendi eos, ואשיגם *In ſecundo Samuelis legitur*, & diſperdidi eos.

39 Transfixi eos, nec potuerunt ſurgere, אמחצם ולא יכלו קום *Futura Hebr. pro præt perf. quod etiam per imperfectum verti poteſt*, Cædebam [*vel*, Cecidi, Confregi, Vulneraui] eos, ita vt non potuerint ſurgere. *Alij*, Afflixi eos. *In ſecũdo Samuelis legitur*, Et cõſumpſi eos, & confodi eos, nec ſurgent. *In hoc totus eſt* David *vt ab effectu demõſtret*, Deo *ſibi propitio in omnibus victoriis vſum eſſe.*

terunt stare, cadent subtus pedes meos.

surgere, ʹceciderunt ſubtus pedes meos.

40 *Et præcinxisti me virtute ad bellum: supplantasti insurgētes in me subtus me:*

ʹEt accinxiſti me fortitudine ad bellum,ʹincuruaſti inimicos meos ſubtus me:

41 *Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odiētes me disperdidisti.*

ʹEt inimicorum meorū dediſti mihi ceruicem,ʹ& odio habentes me ſuccidi.

42 *Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos.*

ʹClamabant, & non erat ſeruator:ʹad Iehouam,ʹ& non exaudiuit eos.

43 *Et cōminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos.*

ʹEt contudi eos vt puluerem ʹcoram vento, ſicut lutum plateārumʹattenuaui eos.

44 *Eripies me de contradi-*

Eruiſti meʹà contentionibus

Liberatus tandem cōstitutus est Rex eorum ac finitimarum regionum: figura Christi.

Ceciderunt ſubtus, *&c.* יִפְּלוּ תַחַת רַגְלָי *.i. prostratos in terram postea calcaui, vel calco pedibus. Ostendit perfectam hostium deiectionem.*

40 Et accinxiſti, *&c.* וַתַּזְּרֵנִי וגו' *Idem dicit quod suprà versu 33.*

Incuruaſti תַּכְרִיעַ ſupplātaſti. depreſſiſti. proſtraſti. humiliaſti. deiecisti. *Fut. Heb. pro præs.* 41 Et inimicorū, *&c.* וְאֹיְבַי וגו' *Hebraismus, Vertis in fugam inimicos meos.* Et odio habētes, *&c.* וּמְשַׂנְאַי אַצְמִיתֵם *Adverbum*, & oſores mei, & perdidi eos. *Antecedens cum rel. pro solo antecedente. i. efficis vt terga mihi vertāt inimici mei, & osores meos perdam. Vertere potes subaudiendo verbum præcedens*, & oſorum meorum dediſti mihi ceruicem, & *tum* ſuccidi eos. *In 2. Samuelis legitur*, Et inimicorū meorum dediſti mihi ceruicē, odio habentiū me, & excidi eos. 42 Clamabant, יְשַׁוְּעוּ Vociferabantur. *Fut. Heb. pro præt. perf. vel imperf. i. quamuis ad Deum clamauerint, reiectæ fuerunt eorum preces. In secundo Samuelis legitur*, Aſpexerunt. Ad Iehouam, עַל יְהוָה *sub. clamauerunt inquam.*

43 Et contudi e. וְאֶשְׁחָקֵם *Fut. Heb. pro præt.* Et comminui eos. *vel*, contriui. Coram vento, עַל פְּנֵי רוּחַ *In 2. Samuelis legitur*, vt puluerē terræ. Attenuaui eos. אֲרִיקֵם comminui eos. *In 2. Samuelis legūtur duo verba*, cōminui eos. diſtēdi eos. *siue*, contriui eos. dilataui eos. *Hyperbole, reddidi eos similes luto quod omniū pedibus subigitur. vel, attenuaui eos vt lutū, &c.* 44 A cōtentionibus pop. מֵרִיבֵי עָם à cōtradictionibus. [vel, rixis populi]. *i. à populo reluctāte & repugnāte mihi. Cōmemorat David, quū tumultuaretur in eū populus, illos intestinos motus nōnisi à Deo fuisse cōpositos. Deinde eiusdē auspiciis & virtute, validis gentibus sub iugum redactis, propagatum fuisse imperium quod debile & semifractum fuerat sub Saule. hinc patet, nōminus*

intus & domi, quàm contra exteros hostes fuisse adiutum. Sub hoc autem typo Spiritus sanctus regnum Christi depingit.

populi, "posuisti me in caput
Gentium: populus quem nō cognoui, seruiuit mihi.
"Ad auditum auris" obtempe 45
rauerūt mihi, filii extranei" men
titi sunt mihi.
Filii extranei" defluxerunt:" & 46
contremuerunt è clausuris suis.
"Viuit Iehouáh, 47

ctionibus populi: constitues me in caput Gentium:

Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

Viuit *Dominus, & bene-*

Posuisti me in caput Gentiū. תשימני לראש גוים *.i. constituisti me principem Gentium. Hoc dicit quid adiecerit regno suo* Ammonitas, Moabitas, *Syros, Palæsthinos, & alias gentes vicinas.* In 2. *Samuelis legitur,* custodisti me, *&c. quod ad stabilem & diuturnam regni possessionem refertur. Difficilimè in officio retinentur qui iugo non sunt assuefacti. Ideo pronuntiat, Deum fuisse custodem dignitatis quam ipsius auspiciis adeptus erat vt Gentibus dominaretur.* 45 Ad audituū auris לשמע אזן *.i. ad solam famam nominis mei. simulatque de me audierunt.* Mentiti sunt mihi. יכחשו לי negauerunt mihi. *sub. se insurrexisse in me: aut fauisse inimicis meis. aut, se vnquam molitas esse aliquid contra me: vel,* alienigenæ fœdus quod cum aliis inierant, propter me ruperūt, & ad me desciuerūt. *Quidam putant Prophetā hîc gloriatū quòd inimici sui qui gloriabantur de virtute sua, & pollicebantur sibi victoriā contra Dauidē, deprehensi fuerint mendaces: quū subijcerentur eius imperio. Aut (quæ verior videtur esse expositio) ficta & coacta humilitate, seruiliter, non sponte parent mihi. quod in nouis dominationibus vt plurimum accidere solet. Atque id verbum* כחש *mentiri, Hebræis metaphoricè significat aliquando, nempe humiliari, vel subiectionis iugum suscipere, ficto tamen & illiberali animo.* Filios extraneos *vocat alienigenas.* 46 Defluxerunt: יבלו *Fut. Heb.* defluēt, *pro defluxerunt. Alij,* deciderunt. *i. vires alienigenarum emàrcuerunt. hoc est, perierunt alienigenæ, quemadmodum folia quæ decidunt, perire solent.*

Et contremuerunt è clauſ. suis. ויחרגו ממסגרותיהם *Doctus inter Hebræos duas affert huius loci interpretationes. Prior,* & claudicauerūt ob carceres suos. *i. coacti sunt claudicare ob pondus & grauitatē compedum suarum, quas induerunt me iubente, & quarum pondus vix ferre possunt. Altera,* & contabuerunt[defecerunt. expauerunt. formidarunt] è clausuris suis. *i. locis munitis, in quibus tanquam carceribus se continebant. q. d. trementes & expauefacti continuerunt se in arcibus suis: aut metu perculsi in lucē prodierunt.* 47 Viuit חי Viuēs est. *i. ostendit se summa virtute præditū quū exerit virtutē suam contra inimicos meos. q. d. Deus meus non est Deus mortuus, & vitæ expers, vt idola quæ suis opem ferre non possunt. Alij vertunt,* Viuat Iehouáh.

dictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis:

Et ab insurgētibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo psalmū dicam.

Magnificans salutes Regis eius, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum. XVIII.

In finem, Psalmus Dauid.

CAEli enarrāt gloriam

'& benedictus sit Fortis meus,
'& exaltetur Deus salutis meæ.
48 Deus est qui dat vltiones mihi,'& adduxit populos sub me.
49 'Erutor me'' ab inimicis meis:
'etiam ab insurgentibus in me
'exaltasti me, 'à viro iniquo eruisti me.
50 Propterea' confitebor tibi in Gentibus ô Iehoua, '& nomini tuo psallam:
51 'Magnificans salutes Regis sui, '& faciens misericordiā vncto suo Dauidi & semini eius vsque in seculum. XIX.
1 ¶ 'Victori Cāticū Dauidis.
2 CAEli enarrant gloriam Dei,

Pro liberatione laudat Deum, ac promittit se in omnibus nationibus eum laudaturum.

Ostendit gloriam Dei celebrari à cælis quos creauit, & vicissitudine dierū ac noctium, atque etiā à side.

Et benedictus sit Fortis meus וברוך צורי & laudetur rupes mea. *id est, omni laude dignus est propugnator meus, siue præsidium meū.* Significat Deum qui robur confert. Et exaltetur וירום & exaltandus est. *sub. ab omnibus.* 48 Et adduxit וידבר & subdidit. In 2. Samu. legitur, & deiicit. *eodem sensu, i. dedit vt vlciscerer me de hostibus meis, & subiecit populos mihi.* 49 Erutor meus מפלטי In secundo Samuelis legitur, Et educis me. Ab inimicis m. מאיבי *.i. de potestate inimicorum meorum.* Etiam ab insurg. in me, אף מן קמי etiam præ inimicis meis. *vel,* supra aduersarios meos. Exaltasti me, תרוממני *Fut. Heb. pro præt. vel præs. eleuas.* A viro iniquo מאיש חמס *Ad verbum,* à viro injuriæ. *id est violento.*

50 Confitebor tibi אודך laudabo [celebrabo] te. *i. gratias agam.* Et nomini tuo psal. ולשמך אזמרה & nomini tuo canam. *i. in honorem nominis tui laudes dicam.* 51 Magnificans salutes מגדיל ישועת *A secunda ad tertiam transiens, de se loquitur in tertia persona.* Qui magnā salutem affert Regi suo. *Vertitur & per præt.* Qui magnificauit salutes Regis sui. *i. magnificè me Regē suum iuuit: magnam opem tulit mihi quem Regem constituit.* In 2. Samuelis legitur, Arx salutum Regis sui. Et faciens ועשה *Quidam per futurum,* & facturus est. *q. d. beneficiis prosequutus est & prosequetur Dauidē quem vnxit in Regem, & posteros eius in seculum.*

IN PSALMVM XIX.

1 Victori למנצח Vide Psal. 4. a. 1.]

&opus manuum eius annuntiat
"firmamentum.
3 Dies"diei eloquitur sermonē,
&nox nocti indicat scientiam:
4 "Non *est* sermo,nec *sunt* verba,*ubi* nō audiatur vox eorum:
Rom.10.d.18 5 ‖In omnem terram"exiuit linea eorum,& in extremum or-

Dei, & opera manuū eius annuntiat firmamentum.
3 *Dies diei eructat verbū, & nox nocti indicat scientiam.*
4 *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.*
5 *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines or-*

2 Firmamentum. הרקיע expansum. *vel,* extensio.*i.ipse aer,& tota cæli exactissima structura testatur quàm eleganter & ad amussim operetur* Deus *manibus suis.* Vox H*ebræa* רקיע,*pro qua* expansum *siue* extensionē *vertimus.pro cælis & aere accipitur,qui sunt expansi velut pellis,iuxta illud* Psal.104.a.2,Q*ui extendis cælum sicut pellem.* O*stendit hic excellentiam* Dei *partim à cælo condito,& toto mundi opificio,partim à* Lege *quam absolutissimam prædicat.* 3 Diei eloquitur ליום יביע ad diem eructat. *i.dies vna abundè alteram docet quàm potens & magnus sit* Iehouah. *Alij volunt* ליום diei,*esse genit.casus,subaudientes participium,sic,*Dies *succedens* diei eructat [*siue* fundit] verbū. *nequis diē narrare diei existimet, sed nobis.q.d.singuli dies nobis loquuntur potentiam* Dei,*posterior dies semper auget scientiam.* Eructare verbum,*pro eloqui.Alij in eandem sententiam vertunt,*Dies de die eructat verbum.Dies de die,*id est dies subsequens præcedentem.* V*icissitudo illa dierum ac noctium, perpetuo suo cursu & ordine,*Dei *potentiam & sapientiam cōcelebrant.* N*am* Deus *per sapientiam suam cælo certū illum & constantem motū indidit.* 4 Non *est* sermo,nec *sunt,&c.* אין אומר ואין דברים וגו׳ *.i.nulli sunt populi, quantūuis differant linguis, quos non doceat cōmunis cælorum sermo, & præconium quod* Creat*ori suo reddunt,nec quicquam præter socordiā obstat quominus alienissimi quique quasi ex ore vnius doctoris proficiant.*Q*uidam non satis rectè vertūt,* Non *est illis* sermo, nec *sunt* verba,neque auditur vox eorum, At*tamen* in omnem terram,*&c.q.d.Muti sunt cæli,neque vt homines fari possunt vt potentiam* Dei *extollant:Attamen in ipsam terram,&c.*
5 Exiuit linea eorum, יצא קום dimanauit filum eorum. *vel,*directio,*aut* ædificium eorum. *Alij,* amussis eorum.*i.structura eorum ad amussim facta.* I*d est, in extremis quibusque terræ partibus conspicitur illa fabrica corporū cælestium quasi ad amussim facta, quæ est vice verborum.*Pro linea *& amussi quidam vertunt* Scripturā*: quòd in cælis tanquam in volumine omnibus conspicuo descripta sit* Dei *gloria, & simul indita illis sit sonora vox quæ ad omnium aures perueniat. Atque* I*esaiæ* 28.c.10,קו *pro versu, siue scriptura poni dicunt: vbi dicitur,* P*ræceptum ad præceptum,præceptum ad præceptum: versus ad versum,versus ad versum,&c.Sensum itaque talem esse,Gloriam* Dei *non obscuris literulis notatā,sed splēdido charactere expressam esse,cuius lectio omnibus*

exposita sit ac facilis. Quidam allegoricè Paulum ad Rom. 10. d. 18, locum istum adduxisse scribunt, dicentes sonum Euangelicæ prædicationis per Apostolos factæ peruenisse in omnes terras. Verùm si propius locum Pauli intueamur (vt doctus quidam admonet) Paulus à literali sensu huius loci non recessit. Nondum enim Apostolorum prædicatio exierat in regiones longinquas, Iudææ finibus adhuc inclusa. Sed quum Iudæi speciē sacrilegij non carere ducerent quòd Paulus salutis promissionē Gentibus vulgaret: quærit annon ipsæ quoque Gentes audissent. Ac respondet ex hoc loco, apertam illis fuisse scholam in qua pietatem & Dei cultū discerent, quia In omnem terram exiuit, &c. volens dicere, iam anteactis seculis Deum patefecisse Gentibus suam gloriā: atque hoc amplioris doctrinæ fuisse præludium. Nam etsi ad tempus separata fuit electi populi conditio à Gentibus: mirum tamen videri non debere, quòd vtrisque tandem Deus promiscuè se patefaceret, quos pridem communiter ad se inuitasset.

bis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tāquam sponsus procedens de thalamo suo,

Exultabit vt gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius,

Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Lex Domini immacula-

bis eloquia eorum: soli posuit
tabernaculum "in ipsis.
6 Et ipse tāquam sponsus egre-
diēs de thalamo suo, "gaudet vt
potens, ad currendam viam.
7 Ab extremo cælorum egres-
sio eius, "& reuolutio eius vsque
ad extrema eorum: "& nō *est qui*
abscondat se à calore eius.

8 Lex Iehouæ "perfecta, Legis Dei commendatio.

In ipsis: בהם *sub. cælis. Domicilium (inquit) circunscripsit in cęlis ipsi soli, vt illic, tanquam in sublimi theatro, melius conspiceretur.*

6 Gaudet vt potens, ישיש כגבור exultat vt gigas. *aut*, velut heros. *Fut. Heb. pro præs.* Vel, exultare solet vt potens. *aut*, athleta, vel cursor, ad currēdam viam. *i. ad decurrendum spatium suum. Vbi (inquit) ortus est sol, peragit cursum suum prompto, læto, & alacri animo: quemadmodū alacri & generoso animo tendit cursor ad metam sibi in stadio propositam. De ortu solis loquitur.* 7 Et reuolutio eius ותקופתו & recursus eius. circuitio. lustratio. Per extrema cæli, *intelligit quatuor cęli partes, Ortum, Occasum, Meridiem, & Septentrionem. q.d. Cursus solis quē tam celeriter peragit, est ab Oriente ad Occidentem: ab altero extremo cælorum est egressus eius, & recursus eius vsque ad alterum extremum.* Et non *est qui* abscondat se ואין נסתר & nihil *est quod* abscondatur. *id est nihil est ad quod non perueniat calor eius. Sol præterquam quòd totum cælum lustrat, emittit calorem, sine quo viuere non possumus. Sentiunt omnia calorem solis viuificum.*

8 Perfecta, תמימה immaculata. sincera. integra. Sub Legis *nomine non tantùm intelligit regulam iustè viuendi, vel decem præcepta: sed cōprehendit totum fœdus quo Deus populū illum à reliquo mundo di-*

stinxerat: ac totam Mosis doctrinam, cuius partes deinde enumerat sub vocibus Testimonij, Statutorum, & aliis. neque enim hæc Legis commendatio solis decem præceptis quadraret, nisi accederet adoptio gratuita, & quæ ex ea dependent promissiones.

"conuertens animam: "testimonium Iehouæ fidele, sapientē efficiens paruulum.

ta, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiā præstans paruulis.

"Præcepta Iehouæ recta, lætificantia cor: "præceptum Iehouæ purum, illuminans oculos.

9 *Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidū, illuminans oculos.*

Timor Iehouæ "mundus, permanēs in seculū: iudicia Iehouæ veritas, "iustificata *sunt* pariter.

10 *Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.*

Desiderabilia magis quàm aurum " & quàm aurū multum,

11 *Desiderabilia super aurū & lapidem pretiosum mul-*

"Conuertens משיבת restituens. recreans. *id est hilaritatem animo pariens. q.d. certissimum est cælos commendare virtutem* Dei *cùm ob motum regularem, tum ob singulare solis iubar: sed si illa commendatio cælorum comparetur cum commendatione quæ prouenit ex contemplatione* Legis Dei, *nihil est.* Cæli *quidem miro artificio creati sunt, & ob id* Diuinam *potentiam ostentant: at* Lex Dei *est omnibus numeris absoluta.*

Testimonium Iehouæ fidele, עדות יהוה נאמנה testimonium Iehouæ firmum. constans. verum. *acsi dicat, doctrina* Dei *(quæ alio nomine dicitur testimonium, quòd testetur nobis eius voluntatem) fallere non potest.* Repetitio *est proximæ sententiæ, vt* Legis *integritas & fides, atque veritas testimonij, idem valeant: nempe vbi nos* Dei *verbo regendos tradimus, non esse errandi periculum, quia certò hac via* Dominus *suos in salutem dirigit.* Paruulum. פתי imperitum. simplicem.

9 Præcepta פקודי mandata. iussa. Recta *vocat præcepta, quæ rectum ad vitam iter docent, non flexuosum, quale docet caro & cautio humana.* Præceptum מצות *Mutatio numeri à plurali ad singulare.*

10 Mundus, טהורה purus. sincerus. Quidā *vertunt,* Religio, *vel,* Reuerentia Iehouæ sincera est. Timorem *vocat doctrinam quæ nobis præscribit quomodo* Deum *timere oporteat.* Iudicia משפטי Iudicia Dei *vocat* Leges *quibus* Deus *ostendit quid iudicet agendum esse.* Leges *(inquit) à* Deo *latæ vt iuxta illas viuamus, sunt veræ, hoc est nihil habent imposturæ: sunt etiam per omnia iustæ.* Iustificata sunt pariter. צדקו יחדו iusta sunt simul. *vel,* simúlque iusta sunt. *q.d. Omnia ad vnum sine exceptione recta sunt, nihil in eis maculæ aut vitij deprehenditur: sed absoluta sunt omnibus numeris.*

11 Et quàm aurum multū, ומפז רב & quàm obrizum multum *Vox Hebræa* פז *significat aurū obrizum, id est defæcatius, fortius & re*

purgatius significat & gemmas excellentissimas. Chaldæus paraph. aurum defæcatissimum Ophir.

tum, & dulciora super mel & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

& dulciora melle "& stillatione
fauorum.
12 "Etiam seruus tuus illustratur in eis: in custodiēdo ea, merces multa est.
13 "Errores quis intelligat? "ab occultis munda me.
14 Etiā "à superbiis prohibe seruum tuum, ne dominentur mihi: tunc "perfectus ero, & mūdus ero à præuaricatione magna.
15 "Sit ad beneplacitū eloquia oris mei, & meditatio cordis mei coram te Iehoua, "petra mea, & redemptor mi.

Sui conscius infirmitatis ac corruptionis impedientis ne Lex impleatur, petit vt sua errata sibi condonentur.

Et stillatione fauorum. ונפת נופים & liquore fauorum. R*epetitio est: nam mel est liquor fauorum. Alij vertūt,* & stillatione, placentis melle confectis. *i. dulciora stillatione fauorum, aut aromatis, dulciora inquam placentis melle confectis.* 12 Etiam seruus tuus illustratur in eis: גם עבדך נזהר בהם Seruus quoque tuus admonetur per ea. *sub. quid illi agendum. Aut,* cautior redditur, *sub. in rebus agendis. Testatur* D*auid se proprio experimento probè tenere quicquid hactenus docuit: fatetur nanque quicquid habet prudentiæ ad regendam & formandam vitam, ex* L*ege* D*ei se adeptum.* 13 Errores quis intelligat? שגיאות מי יבין Errata quis intelligat? Ignorantias quis intelligere possit? H*ac exclamatione ostendit quomodo accipere conueniat promissiones* D*ei, quibus addita est conditio, nempe vt quisque vitā suam examinet: nec facta modò sua, sed cogitationes etiam exigat ad perfectam illam iustitiæ normam quæ in* L*ege traditur.* D*icit* D*auid pluribus* S*atanæ fallaciis nos implicari, quàm vt quisque centesimam malorum suorum partem intelligat.* 14 A superbiis prohibe מזדים חשך à flagitiis cohibe. ab *insolentiis* auerte [*vel,* retrahe] seruum tuum. P*er* superbias *intelligit apertas transgressiones quibus adiuncta est contumacia.* Perfectus איתם integer. sincerus.

Et mundus ero à præuaricatione magna. ונקיתי מפשע רב & innocens ero à trāsgressione graui. *Alij, &* mūdabor à scelere grādi.
15 Sint ad beneplacitū יהיו לרצון *Hebraismus, pro* C*ōplaceāt.* Sint accepta, *vel,* grata. *sub. tibi.* Petra mea, & redēp. mi. צורי וגואלי rupes mea, & liberator me'. *vel,* propugnator meus & vindex meus.

Oratio populi ad Deū vt velit exaudire preces Dauidis Regis sui, gratáque habere sacrificia ab eo antè oblata, quàm bellum contra Ammonitas susciperet: ac vt det ei victoriam.

XX.

¶ "Victori Canticū Dauidis. 1
EXaudiat te Iehouáh in die 2
angustiæ, "eleuet te nomen
Dei Iaᵞacób.
Mittat tibi auxilium "de san- 3
ctitate:& de ᵞSiión "fulciat te.
"Recordetur omnium sacrifi 4
ciorum tuorū, & holocaustum
tuum "incineret. ᴰSélah.
Det tibi secundū cor tuum: 5
&omne consiliū tuum impleat.
"Exultabimus in salute tua,& 6
in nomine Dei nostri "vexillum
eleuabimus: "impleat Iehouáh
omnes petitiones tuas.

XIX.

In finē, Psalmus Dauid.
Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: & de Siō tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustū tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundū cor tuum: & omne consiliū tuū confirmet.
Lætabitur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cogno-

IN PSALMVM XX.

1 Victori למנצח *vide Psal.4.a.1.* 2 Eleuet te ישגבך exaltet te.*i.in loco arduo,hoc est tuto,collocet.* Nomen *vocat potentiam siue maiestatem.* Deum *autem* Iacob *dicit, quem ipse* Iacob *summa religione coluit,quique ipsi* Iacob *varijs afflictionib⁹ exagitato & exercitato affuit.* *Aut,* Deus Iacob *dicitur,id est totius Israelitici populi.* Hic *Psalmus cōplectitur populi precationem pro salute* Dauidis. Aiunt *Psalmum hunc scriptum fuisse quum gestum est bellum cum* Ammonitis,*2.Samu.10.b.7. præterea populo formulam precandi præscribere pro* Rege *suo.*

3 De sanctitate: מקדש de sancto.*sub.loco. Id est è* Sanctuario *vbi erat arca ,signum præsentiæ* Dei *in terra Israel.* Fulciat te. יסעדך firmet te. 4 Recordetur omnium sacrificiorum tuorum, יזכור כל מנחותיך *Vtinam* olfaciat omnia munera tua.*Id est,grata habeat.* Olfaciàt *dicit, quòd thus in illis incenderetur in memoriam offerentis,* Leuit.*2.a.2.* Incineret. ידשנה in cinerem vertat.*sub.* Deus, *igni cælitus demisso,quo testetur sibi gratum esse sacrificium.* Leuit.*9.d.24,& 1.Samu.18.f.38. Alij,*pingue faciat. *vel,*sit.*aut,*æstimet. In *fine versus additur* ᴰSélah: *vt ostendatur quanto ardore pro* Rege *populus debeat orare.q.d.quàm magnum est offerre oblationem* Deo *gratam! quàm magni momenti est holocaustum à* Deo *probari, & preces ab eo exaudiri!*

6 Exultabim⁹ in sal.t. נרננה בישועתך *Vt* ouemus in salute tua.*i. de victoria qua incolumis potitus fueris.* Vexillum eleu. נדגל vexillum iactemus. *aut,*attollamus.*q. d.vt habeamus occasionem attollendi vexillum,more triumphantium.* *Alij,* trophæum erigamus. *Alij,* triumphabimus. Impleat ימלא vbi impleuerit.

ni quoniã saluum fecit Dominus christum suum:
Exaudiat illum de cælo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.

7 Nunc noui quòd seruauerit Iehouáh vnctũ suum: "exaudiet illum de cælis sanctitatis suæ, "in fortitudinib⁹ salus dexteræ eius.

Populus victoriã sperat, confidens planè Domino, nõ humanis viribus, sicut ipsorum inimici.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.

8 Hi in curru, & hi in equis *fidunt*: at nos "nomen Iehouæ Dei nostri memorabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

9 Hi "incuruati sunt, & ceciderunt: at nos surreximus, & erexi mus nos.

Domine saluum fac Regem: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

10 "Iehoua serua: "Rex ille exaudiat nos in die qua inuocauerimus.

Iterum precatur.

XX. XXI.

In finẽ, Psalmus Dauid.

1 "¶ Victori "Canticũ Dauidis.

7 Exaudiet illũ יענהו *quòd* exauditurus sit illum. *Vel*, exaudierit. *Gratulatio in qua recitãt fideles se expertos esse Dei bonitatem in intuenda Regis salute.* In fortitudinibus, *&c.* בגבורות ישע ימינו in potẽtiis salus dexteræ eius. *Ordo inuersus Hebræis, pro, in potentiis dexteræ eius est salus. Præterea Hebraismus est, pro, in forti dextera eius est salus, virtute sua omnes seruare potest.* 8 Nomen Iehouæ, *&c.* בשם יהוה אלהינו נזכיר nominis Iehouæ Dei nostri recordabimur. *Id est, inuocabimus Deum nostrum: vires illius & auxilium implorabimus, illi soli fidentes. Alij*, de nomine Iehouæ Dei nostri cõmentabimur. 9 Incuruati sunt, & cecid. *&c.* כרעו ונפלו ואנחנו קמנו ונתעודד curuabuntur & corruẽt: at nos surgemus, & erigemus nos. *Præt. Heb. pro fut. quòd de victoria certus esset. q. d. Illi qui omnia dicebant se facturos viribus humanis, corruent: nos verò erigemur, siue erigemus nos in pedes, rectique stabimus. Alij*, succumbent, & cadẽt: nos verò stabimus, & confirmabimur. 10 Iehoua serua: יהוה הושיעה *sub. nos, vel, Regem. i. Regem tuum benedicẽdo, totius populi seruator appareas.*

Rex ille exaudiat nos המלך יעננו *A secunda ad tertiã personam fit transitus, pro O Rex inclyte, exaudi, cuius vices in terra gerunt Reges, annue nobis quoties auxilium tuum implorauerimus. Verti potest,* Iehoua serua Regem, responde, *&c. vel*, serua *nos, &* Regẽ *rectius tamen vt vertit noster interpres: vt exprimatur salutis modus, nempe vt Rex, Dei virtute instructus sit ad liberandũ populum, quoties eius opem implorauerint: quia non aliter quàm eius manu & opera promiserat Deus suos fore saluos.*

IN PSALMVM XXI.

1 Victori למנצח *vide Psal. 4. a. 1.* Canticum Dauidis. מזמור לדוד Psalmus de Dauide. *siue*, pro Dauide. *i. pro successu Dauidis. Agit hîc Dauid de successu regni sui in sua aut populi persona. Quidam*

dicunt esse ἐπινίκιον quod cecinit David *victis* Ammonitis *&* Syris*:tunc vertendus esset per præteritum hic* Psalmus. N*onnulli aiunt ab alio quàm à* Davide Psalmum *hunc fuisse editum pro salute* Davidis.

Populus sibi gratulãs, gratias Deo *agit, cõmemorans salutẽ ac victoriã quã in maximis periculis* Davidi *dedit, omnia tribuens* Deo, *nihil humanis viribus.*

2 IEhoua, "in fortitudine tua "lætatur Rex, "& in salute tua exultat quamvehementissimé.

DOmine, *i virtute tua lætabitur* Rex, *& super salutare tuũ exultabit vehementer.*

3 Desiderium cordis eius ' dedisti ei: "& prolatione labiorum eius non prohibuisti. ᴅSélah.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

4 Quoniam 'prævenisti eũ benedictionibus boni: imposuisti capiti eius coronam 'auream.

Quoniã prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

5 Vitam petiit à te, & dedisti ei longitudinem dierum in seculum & seculum.

Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi

6 Magna est gloria eius 'in salute tua: "gloriam & decorem posuisti super eum:

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum.

Bonus Rex, *populi benedictio, sive exemplum benedictionis.*

7 Quoniam 'posuisti eum be-

Quoniam dabis eum in

2 In fortitudine tua בעזך de virtute tua.*i.de ope tua.* Lætatur ישמח gaudebit.lætabitur. *Ita per futurum vertunt quidã verba huius* Psalmi. Et in salute tua ובישועתך & de salute tua.& de ope tua. Salutem *vocat opem qua eripere solet.i.quia author victoriæ illi fuisti.* 3 Dedisti נתתה dabis. Præt.Heb.*pro fut. vt quidã volunt.* Et prolationẽ labiorum,*&c.* וארשת שפתיו בל מנעת & prolationem labiorum eius non denegasti. *Vel per futurum,* non denegabis. Prolationem, *sive* sermonem labiorum *vocat ea quæ precatus est.* ᴅSélah *additur.acsi dicat,*O *magnã & admirabilem* Dei *benevolentiam erga* Davidẽ! 4 Prævenisti eum bened.boni: תקדמנו ברכות טוב Hebraismus, *pro, omni genere bonorũ vltro affluere facies eum: quocunque se vertat, erit fœlicissimus: etiam nihil tale cogitantẽ afficies amplissimis beneficiis.* Auream. פז auri puri.*vel,*gemmeam. Vide Psal.19.c.11.Hebræi *dicunt per hoc intelligi favorẽ* Dei:*acsi dicat,* Stabilies *regnum eius perpetuó.* 6 In salute tua: בישועתך .*i.propter opem quam tulisti ei.* Gloriam & decorẽ הוד והדר honorem & splendorem.celebritatem & magnificentiam.*sive*,claritatem.

7 Posuisti eum benedictiones in sec. תשיתהו ברכות לעד Fut.Heb. *pro præt. & est* Hebraismus, *pro, in eum locum constituisti eum vt omni genere bonorum perpetuò affluat: adeò vt meritò beneficentiæ tuæ exẽplar esse possit.* N*am* ברכה *significat etiam beneficentiam, & bonorũ omnium affluentiam & multiplicationem. Vel, effecisti vt alij per eum benedi-*

ctionis formulam accipiant: nam dicturi sunt, Diligat te Deus perinde atque Danidem dilexit: siue, eodem te fauore quo seruum suum Danidem, prosequatur. tanto rerum successu polleas, quanto Danid.

benedictionem in seculũ seculi: Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

nedictiones in seculum, lætificasti eum in lætitia vultu tuo.

Quoniam Rex sperat in Domino & in misericordia Altißimi, non cõmouebitur.

8 Quoniam Rex sperat in Iehoua & in misericordia Altissimi non declinabit. *Quã vim habeat fiducia in Deo.*

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

9 Inueniet manus tua oẽs inimicos tuos, dextera tua inueniet odio habentes te. *Impiorũ exitus.*

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui.

10 Pones eos vt clibanum ignis in tempore iræ tuæ: Iehouáh in furore suo disperdet eos, & cõsumet eos ignis.

Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.

11 Fructum eorum è terra perdes, & semen eorum à filiis hominum:

Quoniã declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.

12 Quoniam declinauerunt super te malum, cogitauerunt cogitationem *quam* non poterunt *perficere.*

Vultu tuo. פניך *Id est, fauore tuo. quum benigno & fauente vultu fueris eum intuitus.* 8 Non declinabit. בל ימוט non nutabit. *i. non excidet fœlici rerum suarum successu.* 9 Inueniet, *&c.* תמצא ידך לכל איביך Assequetur *vel,* Apprehendet manus tua omnes inimicos tuos. *Acsi dicat,* N*on effugient omnes inimici tui manũ tuam, siue potentiam qua illos comprehendes ac perdes. Alij vertunt,* Satis erit *vel,* Sufficiet manus mea ad *perdẽdos* omnes inimicos tuos. Inueniet תמצא assequetur. apprehendet. *Idem verbum quod paulo antè.*

10 Vt clibanum ignis כתנור אש tanquam fornacem ignis. *aut,* velut accensam fornacem. *i. facies eos perire vt ligna quæ cõijciuntur in fornacem ardentẽ, idq; quãdo depromes iram tuã. Alludit ad conflagrationem Sodomorum. Vel, ardere facies eos instar clibani ardẽtis & incensi.* Disperdet eos, יבלעם deuorabit eos. absorbebit illos.

11 Et semen eorum, *&c.* וזרעם מב' *Repetitio est, acsi dicat, perdes, inquam posteros eorum, & expunges ex hominum numero.*

12 Declinauerunt נטו intenderunt. expanderunt. *Vel per præt. plusquamperf.* declinauerant. intenderant. Cogitationẽ מזמה scelus. dolum. fraudem.

13 Quoniam pones eos ʼ humerum, ʼin funibus tuis præparabis *ſagittas* contra faciem eorum.

Quoniam pones eos dorſum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Excitant Deũ ad declarandã ſuam potentiã, & quã-drem.

14 ʼExalta te Iehoua in fortitudine tua: cãtabimus, & pſallemus fortitudinem tuam. XXII.

Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & pſallemus virtutes tuas. XXI.

1 ¶ʼVictori ʼſuper Ceruam matutinam Canticum Dauidis.

In finem pro ſuſceptione matutina, Pſalmus David.

Chriſti in cruce angores propè vſque ad deſperationem, ſentientis ſe à Patre deſtitutum eſſe, licet ad tẽpus. Matth. 27. e, 46 Marc. 15. c. 34

2 DEus me⁹, Deus me⁹, vtquid ʼdereliquiſti me? ʼ elõgatus es à ſalute mea *& à* verbis rugitus mei?

DEus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? lõgè à ſalute mea verba delictorum meorum.

3 Deus meus clamo per diem, & non exaudis: & nocte, & non eſt ſilentium mihi.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiã mihi.

4 Tu autem ʼſanctus permanens laudes I[ʼ]ſra[ʼ]elis:

Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael.

13 Humerum, שכם Humerus *pro aggere, ſiue tumulo in quo figitur ſcopus. q. d. ſtatues eos inſtar tumuli in quem ſagittas tuas emittas.* Alij, ad partem, *vel,* ſeorſum. *i. ſepones eos.* In funibus t. præp. במיתריך תכונן in neruis tuis diriges, *ſub. ſagittas, vt eiaculeris in faciem eorum.*

14 Exalta te רומה Attolle te. Exaltare. *q. d. oſtende potentiã tuam, ferendo auxilium* Regi. *Quidam vertunt,* Exurge Iehoua per auxilium tuum.

IN PSALMVM XXII.

1 Victori למנצח *vide Pſal. 4. a. 1.* Super Ceruam matutinã על אילת השחר ſuper Ceruam auroræ. *i. matutinam. hoc eſt, ad modos cantilenæ vulgaris, cuius erat initium* אילת השחר, *id eſt,* Cerua *matutina.* Alij, ſuper ſtellam matutinam: *quòd totus Pſalmus ſit de Chriſto lucifero. Quidam,* ſuper Aiéleth haſſáphar: *vt ſit nomen inſtrumenti muſici.*

2 Dereliquiſti me? עזבתני *Verti poſſunt hæc præterita per præſ.* deſeris, *&c. David ſuſtinet hìc perſonam Chriſti. Cur me permittis libidini Iudæorũ? tu qui ſemper tuis opitulari ſoles, cur mihi nunc adiumẽto nõ es? David in magna aliqua calamitate poſitus edidit hũc pſalmũ: in quo dũ ſuã anguſtiã amplificat, prędicit obiter magnos illos cruciat⁹ & graues ignominias quibus olim afficiendus erat Chriſtus ſaluator ille noſter. Pertinet igitur hic pſalmus tam ad Davidem q̃ ad Chriſtũ, cuius typus erat David.* Elõgatus es, *&c.* רחוק מישועתי דברי שאגתי longè abes à ſalute mea, *atque à* verbis, *&c.* Alij, longè à ſalute mea verba rugitus mei. *i. diſtant plurimũ à ſalute mea verba rugitus mei: hoc eſt, preces meæ magnis clamoribus effuſæ nihil proficiunt. q. d. nihil proficio, præſidiũ tuum implorando.* 4 Sanctus permanens laudes Iſr. קדוש יושב תהלות ישראל ſanctus inhabitãs laudes Iſraelis.

id est, quia beneficiis erga electũ populum, laudis materiã cõtinuo gratiarũ tenore suppeditas. vel, sanctus habitator, [vel, sessor] laudum Israelis. *Id est, habitans in loco in quo te celebrat Israel, nempe in tabernaculo. vel, in loco de quo gloriatur Israel. Alij vertunt,* O sancte permanẽs, *&* laudes Israelis. *i. author vt multi laudẽt Israelem. Alij,* habitãs in laudibus Israelis, *id est qui semper laudaris ab Israele. Subaudiendum aliquid, cuiusmodi, exaudi me.*

In te sperauerunt Patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.

5 In te sperauerunt Patres nostri, sperauerunt, & eruisti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt cõfusi.

6 Ad te clamauerunt, & euaserunt: in te sperauerunt, & non fuerunt pudore affecti.

Ego autẽ sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

7 At ego *sum* vermis, & nõ vir: opprobrium hominum, & cõtemptus populi.

Ludibria facta ei à populo, eiusque gubernatoribus, Sacerdotibus, Scribis & Pharisaeis. mat. h. 27. e. 39

Omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labiis, & mouerunt caput.

8 Omnes videntes me, subsannant me; emittunt per labium, mouent caput:

Sperauit in Domino, eripiat eum: saluũ faciat eum, quoniam vult eum.

9 Deuoluit *res suas* ad Iehouã, eruat eũ, eripiat eum, quoniam complacuit sibi in eo.

Matth. 27. e. 43 sapient. 2. d. 18

Quoniã tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ, in

10 Quoniã tu es eductor meus ab vtero, confidere faciens me

Spem suam in Deo excitat, atque inuocat Patrem.

6 Et euaserunt: וימלטו & erepti sunt. *vel,* liberati sunt. Et nõ fuerunt pudore affecti. ולא בושו *q. d. consequuti sunt quod petebant.*
7 Et contemptus populi. ובזוי עם *Passiuum est,* cõtemptus [*vel,* despectus] à populo. *Quidam vertunt,* & reiectamẽtum populi. *q. d. Illi erãt in pretio apud te: ego autẽ sum in summa ignominia: nam habeor tanquã vermis. i. pro re nihili, & non homine: is sum quẽ homines probris & contumeliis afficiunt.* 8 Emittunt per labiũ, יפטירו בשפה *sub. subsannatoria verba. Alij,* effutiuerunt in labio, *sub. calumniam. Fut. Heb. pro præs. aut præt. Alij,* profuderũt per labium. *id est, ore suo probra iaciunt in me, siue ingerunt, aut obijciunt. Alij,* diducũt labium, *gestus est palàm & contumeliose illudentium.*
9 Deuoluit ad Iehouam, גל אל יהוה *Hebraismus, pro, cõmittit res suas omnes Iehouæ, pendet ab eo solo.* Complacuit sibi in eo כי חפץ בו *Hebraismus, pro deamat eum Deus, vt ipse ait. Vel, quum dicat se diligi ab eo. Quidam vertunt,* quia ei bene vult. 10 Quoniam tu es eductor meus. כי אתה גחי Quũ sis certè tu extractor meus.
Cõfidere faciẽs me super vb. מבטיחי על שדי sperare faciens me

super vbera. *pro, ab vberibus. hoc est, quū iam tum ab infantia omnem fiduciam meam in te haberem.*

super vbera matris meæ.

"Super te proiectus sum à vul 11
ua: de ventre matris meæ Deus
meus es tu.

Ne elonges te à me: quoniam 12
angustia est propinqua, "quia
non est auxiliator.

Circundederūt me vituli "mul 13
ti: tauri "Baſsán *instar coronæ* cir-
cundederunt me.

"Aperuerūt super me os suū, 14
ut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua "effusus sum, & se 15
parata sunt omnia ossa mea: fa-
ctúmque est cor meū sicut ce-
ra, "liquefecit se in medio visce-
rum meorum.

Aruit tanquam testa "fortitu 16
do mea, & lingua mea iungitur

te proiectus sum ex vtero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.

Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea:

Factum est cor meū tanquam cera liquescēs in medio ventris mei.

Aruit tanquā testa virtus mea, & lingua mea ad-

Queritur de multitudine ac vi inimicorum suorum, ostendens suā maximam debilitatem atque imbecillitatem.

11 Super te proiectus sum à vulua. עליך השלכתי מרחם Id est, *Statim atque in lucē editus sum, tuæ curæ sum cōcreditus & demādatus. Quidā vertūt,* Veluti expositititius tibi fui à matrice. 12 Quia nō כי אין Quia, *repetitū loco* ב ר: *pro, nec est qui præter te suppetias mihi ferat.*

13 Multi: רבים validi. *certum est Danidem ingentibus copiis fuisse oppugnatum: sed ex secundo membro patet, de fortitudine, non de numero hic agi.* Tauri Basán אבירי בשן *Regio Israelitica montosa, quæ opimis & pinguibus pascuis nobilis est. propterea vocat* tauros Basan, *quasi bene saginatos, ideóque proceros & fortes. Tauri (inquit) robusti & saginati, quales regio Basan pascuorum ditissima alit.*

14 Aperuerunt, &c. פצו עלי פיהם *q.d. Aperto ore in me irruerunt vt me deuorarent. Aperto rictu me inuaserunt hostes illi potentes, sicut leo aperire solet os suū quū prædæ inhiat.* 15 Effusus sum נשפכתי defluxi. *q.d caro mea ferè versa est in aquā. His hyperbolis declarat magnitudinem sui timoris.* Liquefecit se נמס liquefactum est. *Metus sudorē inuehit vehementissimū. vnde legimus Christū sudasse imminente supplicio velut guttas sanguinis, Luc. 22. v. 44. mēbris agendi vim adimit, & cor molle reddit.* 16 Fortitudo mea, כחי viror meus. succus meus. Virorem *vocat humidum radicale: quia per illud viuimus. Futura pro præt.*

vasit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me:

Quoniam circundederũt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderũt manus meas & pedes meos, dinumeraucrũt omnia ossa mea:

Ipsi verò considerauerũt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum, ad defensionem meam conspice.

Erue à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium hu

faucibus meis, '& in puluerem
mortis posuisti me:
17 Quoniã circundederunt me
canes, congregatio malignantiũ
circundederunt me: | 'foderunt
manus meas & pedes meos.
18 'Numerabo omnia ossa mea:
ipsi 'aspiciunt, & intuentur me.
19 | 'Diuiserunt vestimenta mea
sibiipsis, & super vestem meam
proiecerunt sortem.
20 Et tu Iehoua 'ne elonges te,
fortitudo mea ad auxiliũ meũ
festina.
21 Erue 'à gladio animã meam,
'è manu canis vnicam meam.
22 Serua me ab ore leonis, & à
cornibus vnicornium

Matth.27.d.35
marc.15.b.24
luc.23.d.33
iohan.19.d.23

Iohan.19.e.24

Continuat precationẽ suã vt liberetur, atque ita Patrem suum laudet in Ecclesia, atque excitet oẽs Christianos ad sperandũ in Deo in suis calamitatibus.

Et in pul.mor. ולעפר מות Puluis mortis *pro terra sepulchri, & ipso sepulchro. q.d. ex hac tribulatione nihil aliud expecto quàm mortem. ita me afflixisti, vt nihil aliud expectẽ quàm terram in quam recondar.*
17 Foderunt כארי *Varia est lectio Hebrais. scribitur enim* כארי & *legendũ* כרו *foderunt. Et in hunc sensum dicẽti Thomæ, Nisi videro in manib⁹ eius vestigiũ[siue figurã]clauorũ, &c. Christus respõdet, Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & admoue manũ tuã, & immitte in latus meũ. Ioh. 20. f. 25 & 27. Scribitur inquam* כארי sicut leo. *sub. cinxerunt, vel momorderũt me. Lectio* כרו *verior.*
18 Numerabo אספר Numerare licet. Numerarem. *aut*, Numerare possem. *Sic aliàs sæpe vertitur futurum.*
Aspiciunt, יביטו *Fut. Heb. pro præs.*
19 Diuiserũt יחלקו *Futura Heb. pro præs. aut præt.*
20 Ne elõges te, אל תרחק ne procul absis. *sub. a me.*
21 A gladio מחרב Per gladium *mortẽ violentã intelligit: & per* animam, *vitã q.d libera me à violẽta morte.*
E manu canis vnicã meam. מיד כלב יחידתי *Sing. pro plur.* canis *pro canũ, hoc est aduersariorum.* Manus *pro vi & potentia.* Vnicam suam *vocat animã, quòd (vt scribunt Hebræi) sola cælestis sit, habitans in domo lutea. Potius* vnicã *vocat solitariam, & quæ subsidiis omnibus destituitur. quod etiam ex Psal. 25. c. 16, clarè patet, vbi pauperẽ & vnicũ se vocans David, haud dubiè omnib⁹ amicis se orbatũ, & à toto mundo desertũ conqueritur. Est autẽ periphrasis animæ. Libera vitã meam à cæde, & à rabie canũ vnicã meam, vitã meã omni humano auxilio destitutã. Vides hîc tautologiã Hebræis familiarẽ.*

'exaudias me.

militatem meam.

Heb.2.c.12

|Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio cõgregationis laudabo te.

21 *Narrabo nomen tuũ fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.*

' *Dicam*, Timentes Iehouã, laudate eũ: vniuerſum ſemẽ Iaꝟacób 'glorificate eum, & timete ab eo omne ſemen Iꝟſraꝟelis:

24 *Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.*

Timeat eum omne ſemen Iſrael: quoniam nõ ſpreuit,

Quia non ſpreuit, nec abominatus eſt 'humilitatem pauperis, neque abſcondit faciẽ ſuam ab eo: & dum clamaret ad eũ, audiuit.

25 *neque deſpexit deprecationem pauperis.*

. *Nec auertit faciẽ ſuam à me: & quum clamarẽ ad eum, exaudiuit me.*

Vota Ieſu Chriſti erant ad laudandũ Patrem ſuum poſt liberationem.

' A te laus mea in congregatione multa: 'vota mea reddam coram 'timentibus eum.

26 *Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in cõſpectu timentium eum.*

Satietas afflictis.

Edẽt 'pauperes, & ſaturabuntur: laudabunt Iehouã quærentes eum: viuet 'cor veſtrum in ſeculum.

27 *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabũt Dominum qui requirent eum: viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.*

22 Exaudias me. עֲנִיתָנִי *Hebraiſmus, pro, exaudiendo eripe me, Propterea nonnulli ſenſum reddentes, verterunt,* eripe me. *Pr. et. Heb. pro futuro, & futurum pro imperatiuo.*

24 Glorificate eum, כַּבְּדוּהוּ magnificate eũ. 25 Humilitatẽ pauperis, עֱנוּת עָנִי afflictionẽ afflicti. 26 A te laus mea מֵאִתְּךָ תְהִלָּתִי De te laus mea. *ſub. proueniet. vel, profluet. Hebraiſmus, cauſa & fundamentum laudis meæ tu es.* Vota mea reddã נְדָרַי אֲשַׁלֵּם *Dicit ſe publicè editurum gratitudinis ſuæ ſigna, quibus alios ædificet: idque non abſque ſolenni pietatis exercitio quod* Lex *mandabat. nam in arduis negotiis, & vbi imminebat aliquod diſcrimen, vouere ſolebant ſacrificium pacificũ quod voto ſuo potiti ſoluebãt.* Leuit. 7. a. 1. *Hæc ſunt vota quæ ſe nuncupaſſe inter extremas anguſtias ſignificat, & ad quorum ſolutionem magno & alacri, fiduciæq; pleno animo ſe accingit.* Timentibus eum. יְרֵאָיו *Pronomen tertiæ perſonæ loco ſecundæ, timentibus te.* 27 Pauperes, עֲנָוִים humiles. afflicti. manſueti. *Erogaturum ſe promittit pauperibus & famelicis vnde ipſis paſcat. alia etiam de cauſa dicit epuli fore participes, vt ſcilicet oblata conſolationis materia, reuigeſcat eorum animis hilaritas. Reſpicit ad morem tunc receptum. ſolebant enim epulari in ſacrificiis.* Cor veſtrum לְבַבְכֶם *Pronomen ſecundæ perſonæ loco tertiæ, cor eorum.*

Reminiſcentur & cõuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ.
Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium:
Quoniam Domini eſt regnum: & ipſe dominabitur Gentium.
Manducauerũt & adorauerũt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: & ſemẽ meum ſeruiet ipſi.
Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt cæli iuſtitiam eius populo qui naſcetur,

28 ʹReminiſcentur & conuertē-
tur ad Iehouā omnes fines terræ:
ʺ& inclinabunt ſe coram te vni-
uerſæ familiæ Gentium:
29 Quoniam Iehouæ eſt regnū,ʹ
& dominatur Gentibus.
30 ʹComedent, & adorabunt o-
mnes pingues terræ: ante ipſū
ĩnclinabunt ſe omnesʹdeſcendē-
tes *in* puluerem, ʺ& *qui* animam
ſuam non viuificauit.
31 Semen *eorum* ſeruiet ei, ʹnarra
bitur Domino in generationē.
32 Venient, & annuntiabunt iu-
ſtitiam eius populo genito,

Prædicit amplificationem regni Ieſu Chriſti vſque ad Gentes.

Diuites etiam ac potentes orbis, mutuiq́ cognoſcent Ieſum Chriſtum, & omnes qui miſerè in ſuis conſcientiis affliguntur.

28 Reminiſcentur יזכרו *ſub. bonitatis Dei.* Et inclinabũt ſe וישתחוו & adorabunt. 30 Comedent, אכלו *ſub. de ſacrificiis pacificorum quæ obtulerint. acſi dicat, Sacrificabunt illi, & corã eo ſeſe incuruabũt, hoc eſt venient ad fidẽ Chriſti, quamuis multis affluant deliciis. Hoc dicit vt dilatationem regni Chriſti ſignificet. Etiã hic verſus ad conuerſionẽ Gentiũ pertinet. Præt. Heb. pro fut.* Deſcend. in pul. יורדי עפר *Ad verbum,* deſcenſores pulueris. *i. qui deſcendunt in ſepulchrum. Vide ſuprà verſu* 16. Vel, qui *in* puluerem rediguntur. Et *qui* animam, *&c.* ונפשו לא חיה *Mutatio numeri, pro,* non viuificauerunt. *i. quum nemo eorum vitam ſuam conſeruauerit, aut conſeruare potuerit. Quidam interpretantur de Chriſto,* Quum *tamen* animam ſuã non viuificauerit. *acſi dicat,* Licet *Chriſtus morte turpiſsima moriturus ſit, non propterea deterrebũtur* Gentes *à fide in ipſum. Rectius autem interpretãtur qui dicũt his verbis Prophetã ſignificare, eiuſdem gratiæ ſibi fore ſocios qui iam videntur in cinerẽ redacti, & in quibus nulla ſperatur à morte in vitã reſtitutio.* 31 Narrabitur, *&c.* יספר וגו׳ annumerabitur[ceſebitur] Domino in nationẽ. *Vel vt alij,* Semen *quod* ſeruiet ei annumerabitur Domino in perpetuum, *&c. i. poſteri qui coluerint eum, dicentur ſemen Dei in perpetuum.*

32 Populo genito לעם נולד *id eſt qui naſcetur ab eis. Alij,* populus natus. *ſiue,* genitus, *nẽpe à Deo, vt ait Iohan. 1. b. 13. q. d. populus ex Deo natus* Euangelio *prædicato, annuntiabit iuſtitiam Dei, qua illos iuſtificabit, vel qua iuſtum ſe oſtendet, præſtando quod promiſerat. nam ſequitur,* quia fecit. *ſiue,* quòd fecerit, *hoc eſt promiſſam per Chriſtum ſalutẽ (de qua toto hoc Pſalmo) præſtiterit. Alij vertũt,* populo illius geniti. *ſiue,* illi⁹ qui naſcitur. *aut,* natus eſt. *ſiue,* genitus. *nã* לעם *regit genitiuũ.*

David vt expertus, sub similitudine pastoris & ouium docet quàm magna, & certa sit prouidentia Dei erga suos. esa.40.c.11 ierem.23.a.5 ezech.34.f.23 iohan.10.b.11 1.pet.2.d.25

"quia fecit.

XXIII.

¶Canticum Dauidis.
1 IEhoua "pascit me:nõ "deficiã.
2 "In tuguriis germinis accubare facit me, "ad aquas requietum deducit me.
3 Animam meã "conuertit, ducit me per semitas "iustitiæ, propter nomen suum.
4 Etiãsi "ambulauero per vallẽ "vmbræ mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum es: virga tua "& baculus tuus ipsa cõsolantur me.

quem fecit Dominus.

XXII.

Psalmus David.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animã meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum.

Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es,

Virga tua & baculus tuus, ipsa me cõsolata sũt.

Quia fecit. כי עשה quòd fecerit. quòd exhibuerit, *sub. illam iustitiam promissam per Christum.*

IN PSAMVM XXIII.

1 Pascit me: רעי pastor meus. pascens me. Deficiã. אחסר egebo. *q.d. nullius rei indigere potero, quum pastor meus sis.*

2 In tuguriis g. בנאות דשא In caulis herbæ. In pascuis herbidis. *Curam probi pastoris ostendit hic versus. Perstat autem in metaphora: quod pastores soleant in locis herbidis & pascuis figere tentoria ad vitandum æstum meridianum.* Ad aquas requietum על מי מנוחות ad aquas quietum. *vel,* lenitatum. *id est placidas & leniter fluentes, quæ carent omni periculo.* 3 Conuertit, ישובב reducit. *siue,* redire facit. *sub. in viam bonã.* *Alij,* quiescere facit. tranquillam reddit. restituit.

Iustitiæ צדק *Quidam hìc rectas & complanatas semitas exponunt, siue æquatas, non montosas, in quibus non defatigetur ouis.*

4 Ambulauero לך *mihi* sit ambulandum. aut versandum. *i. etiãsi versarer in tenebris exitialibus & summo periculo. Vt non promittit cõtinuas delicias, ita etiam ad varios euentus fortiter subeundos Dei auxilio se munit.* Vmbræ mortis, בצלמות *Dictio composita ex* צל *vmbra &* מות *mors. Alludit David ad obscuros recessus, aut ferarum cauernas: quò siquis accesserit, primo statim ingressu occurret mortis terror. Nõ vulgaribus itaque & quotidianis malis opponit Dei præsidium, sed quæ mortis caligine mẽtes perturbent.* Et baculus tuus ומשענתך & pedum tuum. *Virga & pedum per intellectionem significant curam & studium pastoris. Coniungit autem virgam & pedum, quòd alij pastores virga vtuntur, alij pedo. acsi dicat, Studium tuum erga me (quod est simile studio vigilantissimi & diligentissimi pastoris) solatio mihi est, ac facit vt in mediis periculis non desperem.*

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meũ:& calix meus inebriãs quàm præclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum. XXIII.
Psalmus David prima sabbathi.
Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarũ, & vniuersi qui habitant in eo:
Quia ipse super maria fũ

5 ʼPræparas in conspectu meo
mensam,ʼcoram hostibus meis:
ʼimpinguasti in oleo caput meum,calix meus exhuberans.
6 ʼVeruntamẽ bonum & misericordia prosequentur me omnibus diebus vitæ meæ,& habitabo in domo Iehouæʼin longitudinem dierum. XXIIII.
1 ¶ Dauidis canticum.
IEhouæ est terraʼ& plenitudo eius:orbis,& habitãtes in eo.
2 Quia ipseʼsuper maria fundauit eam,& super flumina

Misericordia & vita æterna.

Quanuis vniuersa terra, omnesq́; populi sint Domini: tamẽ singulariter sibi elegit montem Sion & populum Israel: qui mons repræsentat quasi vmbra quadam montem cælestem, quò ascendẽt quales hîc describuntur.

5 Præparas תערך Instrues. *Fut. Heb. pro præs. Per mensam instructã epulis, per vnguentum, & plenum calicem, omnium rerum copiam significat, siue illæ necessariæ fuerint, siue voluptariæ.* Coram hostibus meis: נגד צררי *i. videntibus inimicis meis, & ringentibus. Hîc probat quod prius dixerat, Nullius rei egebo.* Impinguasti, *&c.* דשנת וגו' perungis vnguento caput meum. *Vel,* Vnguento caput meum delibutum reddis. *Præt. Heb. pro præs. Pertinet hoc ad morem tunc vsitatum, vbi lautioribus conuiuijs adhibebantur vnguenta: vt nemo suos hospites vel conuiuas splendidè excipere videretur, nisi vnguentis delibutos.*

6 Veruntamen bonũ, *&c.* אך טוב וגו' Certè bonitas[*vel,* fœlicitas]& misericordia affectabuntur me omnibus diebus vitæ meæ. vt requiescam[*siue,* & tandem requiescam]in domo Domini in lõgos[*vel,* multos]dies, *i. diebus nunquam finiendis. Vitam æternam intelligit quam assequetur in cælo.*

IN PSALMVM XXIIII.

1 Et plenitudo eius: ומלואה *Hebraismus, pro quicquid in ea continetur, siue quicquid ipsa continet. q.d. Quum terra & omnia quæ in ea sunt, Dei sint: quanta est hæc suæ maiestatis dignatio, vt populum Israeliticum sibi peculiari ratione delegerit?*

2 Super maria על ימים iuxta maria. ad maria. *Terræ elementum in ordine sphærico infimum locum occupat, & infra aquas subsidit. attamen continens, siue terra habitabilis est superior aquis, quæ Diuinitus instar fundamenti substratæ sunt ipsi terræ. nam dixit Deus, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida.* Genes. 1.b.9. *Sic paulò pòst,* Iuxta flumina, Exod. 20.a.4, *Neque eorum quæ in aquis subter terram.*

'firmauit eam.
3 Quis ascendet'in mõtem Ie-
houæ?& quis stabit 'in loco san-
ctitatis eius?
4 Mundus'manibus, & mundus
corde, qui'non accepit in vanũ
animam suam,nec iurat dolosè:
5 Accipiet 'benedictionẽ à Ie-
houa,& iustitiam à Deo 'salutis
suæ.
6 ' Hæc est generatio quærentiũ
eum, quærẽtium 'faciem tuam,
'Ia'yacób.ᴑSélah.

*dauit eum,& super flumi-
na præparauit eum.*
3 *Quis ascendet in mõtem*
Domini? *aut quis stabit in*
loco sancto eius?
4 *Innocẽs manibus & mũ-*
do corde:qui non accepit in
vano animã suã,nec iura-
uit in dolo proximo suo.
5 *Hic accipiet benedictionẽ*
à Domino, *& misericordiã*
à Deo *salutari suo.*
6 *Hæc est generatio quæ-*
rentium eum, quærentium
faciem Dei Iacob.

Firmauit eam. יכוננה disposuit eam.*vel*,stabiliuit.
3 In montem Iehouæ? בהר יהוה .*i.in montem Moria in quo ædifi-*
cabitur templum Domini? *Montem cælestem significat.* In loco san-
ctitatis eius? במקום קדשו .*i.quis domicilium habebit in loco verè augu-*
sto & sancto? 4 Manibus, כפים Manus pro operibus.*i.qui*
sancta facit opera & munda. Non accepit,&c. לא נשא 'נו .*i.*
non iurauit falsò:sed fidem in omni negotio atque integritatem seruauit.
Alij vertunt,qui animum suum ad vanitatem non extulit.*i.qui va-*
*nis rebus non inhiat,aut intentus est.*Hebraicè *legitur,*Non *assumit fru-*
stra animam eius,aut meam.Varia enim est hìc lectio.nam quædam ex-
emplaria habent נפשו,*alia* נפשי,*sed punctatum cum hiric, vt appareat* י
pro ו *positum esse.* Hinc *inter* Hebræos *doctores,in hac huius versus parti-*
cula, Deum *loqui intelligunt: & Assumere animam* Dei *idem esse aiunt*
atque Iurare per animam Dei:*vt sit idem Assumere animam* Domini *in*
vanum,sine frustra, & temere: atque Assumere nomen Domini *in vanũ,*
Exod. 20.*b.*7.Id *est,nihil falsi,per nomen* Domini *assumit.*Eiusmodi *loqu-*
tio legitur & Ierem. 51.*b.*14.*&* Amos 6.*b.*8,Et *iurauit* Iehoua *per animã*
suam. 5 Benedictionẽ ברכה .*i.omnimodam fœlicitatem.q.d.*
purus mente & operibus non modò ascendet in montem Dei , *sed & dotes*
multas & beneficia ab illo accipiet. Salutis suæ. ישעו Sic Hebrai-
cè,pro,saluatore suo. 6 Faciem tuam, פניך M*utatio personæ,*
pro,faciem eius. Iayacób. יעקב Aut *subaudiendum* IN,*acsi di-*
*cat,*Talis *est generatio eorum qui in* Iacob *quærunt faciem* Dei. *aut ver-*
bum substantiuum,hoc modo, Iacob *sunt, & veri* Israelitæ *qui quærunt*
faciem Dei. Iohan. 1.*g.*47,Hìc *est verus* Israelita *in quo dolus non est.* Ad
finem huius versus adiicitur ᴑSélah *in* Hebræo: *vt ostendatur quanto-*
pere hæc sententia sit consideranda,quinam sint veri Israelitæ:*vtq́; soli-*
citè perpendamus solos fidei & religionis Iacob *imitatores , montem* Do-
mini conscensuros.

7 *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.*

7 Eleuate ô portæ, capita vestra, & eleuate vos portæ perpetuæ: & introibit Rex gloriæ.

8 *Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.*

8 Quis est iste Rex gloriæ? Iehouáh fortis & potēs, Iehouáh potens in prælio.

9 *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.*

9 Eleuate ô portæ, capita vestra, & eleuate vos portæ perpetuæ: & introibit Rex gloriæ.

10 *Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.*

10 Quis est iste Rex gloriæ? Iehouáh exercituum ipse *est* Rex gloriæ. Selah.

Exoptat templum ædificari in quo constitueretur arca quam vocat Regē gloriæ, quòd super eam populo suo appareret Deus.

XXIIII. XXV.

In finē Psalmus Dauid. ¶ Dauidis.

1 *Ad te Domine leuaui animā meam: Deus meus in te confido, nō erubescam.*

א 1 Ad te Iehoua animā meā leuo.

2 *Neque irrideant me ini-*

א 2 Deus meus ב in te spero, ne pudore afficiar, ne exultent ini-

Confidens Deo afflictus ab inimicis, peccata agnoscens sua præcipuè iuuentutis, orat vt à Deo doceatur, eiusq; misericordia sibi ignoscatur.

7 Eleuate שׂאו Attollite. *q.d. Reddite vos vobisipsis maiores, vt ingredi possit arca fœderis: date aditum* Deo *ingressuro in ecclesiam ipsam. Apostrophe est ad templū cum prosopopœia, Portæ tollite limina vestra superiora. ea enim limina superiora, sunt velut capita portarum, quòd summam earum partē occupent.* Abrupit David *sermonem, optátque templi* Ierosolymitani *extructionem, vt arcam (quam* Iehouæ *nomine significat) inferat.* 2. Samu. 7. a. 1. Perpetuæ: עולם æternæ. sempiternæ, *sic dictæ quòd illic arca esset perpetuò habitatura, hoc est vsq; ad destructionem templi. aut quòd diuturna illarum stabilitas in verbo* Dei *fundata erat: quòd eius ædificio insculpta erat promissio* Dei, *nempe,* H*æc requies mea in seculum seculi.* Psal. 132. d. 14.

8 Et potens וגבור & robustus. validus. heros.

IN PSALMVM XXV.

1 Dauidis. לדוד *sub.* Psalmus. *Hic primus* Psalmus *est eorum quorū versus à literis iuxta ordinem alphabeti* Hebraici *incipiunt. Desunt tamen* ב *&* ו *atque* ק, *& incipiunt duo versus ab* ה, *totidemq; in* ר. *quanquā à* ו *incipiat statim altera dictio versus secūdi, vt tertia quinti à* ו. A פ *initium habet versus vltimus.* Causam *huius instituti certā ne* Hebræi *quidem reddere possunt.* Apparet *vulgatam rationē carminis fuisse: etsi perpauci psalmi, nempe quatuor præter hunc, vt* 34. 111. 112, *&* 119, *hoc carminis genere constent, iidemq; non pari ratione.* Leuo אשׂא attollo. Fut. *Heb. pro præs.* 2 In te spero בך בטחתי in te cōfido. in te fiduciam habeo. *vel,* te nitor. Præt. *Heb. pro præs.* Ne pudore afficiar, אל אבושה *q.d. quum à te totus pendeam, fac vt pudore non suffundar, patiendo repulsam.*

mici mei de me.

ג Etiã õnes qui expectãt te,nõ afficientur pudore: pudore afficiantur præuaricãtes ſine cauſa.

ד Vias tuas Iehoua ſcire fac me,ſemitas tuas doce me.

ה Ambulare fac me per veritatem tuam,ו & doce me:quia tu es Deus ſalutis meæ, te expecto omni die.

ז Reminiſcere miſerationum tuarũ Iehoua,& miſericordiarũ tuarum,quia à ſeculo ſunt.

ח Peccatorum adoleſcentiæ meæ,& præuaricationum mearum ne memineris,*ſed* ſecundũ miſericordiã tuã memento mei tu, propter bonitatẽ tuã Iehoua.

mici mei: etenim vniuerſi
3 *qui ſuſtinent te, non confundentur.*
Confundãtur omnes iniqua agentes ſuperuacuè.
4 *Vias tuas Domine demõſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.*
5 *Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die.*
6 *Reminiſcere miſerationũ tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum quæ à ſeculo ſunt.*
7 *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.*
Secũdum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.

De me. לִי propter me.*quòd ſcilicet non exaudiar. q.d. ſi dederis inimicis meis vt me vincant, de me exultabunt: quod ne facias obſecro.* 3 Etiam omnes,&c. גם כל וגו׳ Certè omnes ſperantes in te non pudefient,&c. *Alij*, Etiam ne pudefiant qui expectant in te.*Hic verſus præcedẽti ita iũgitur; vt ſi dicat*, *Precor non tantùm pro me, ſed etiã pro omnibus qui te nitũtur, qui omnia à te expectant, ne fruſtrentur ſpe ſua.* Præuaricatores *hîc Hebræi intelligunt eos qui regno Dauidis repugnabãt, nulla recta de cauſa.* 4 Vias tuas דרכיך *Quibus ſcilicet itur ad te. i. Rationem viuendi quã tu præſcribis.* Scire fac me, הודיעני oſtende mihi. demonſtra mihi. notas mihi fac. 5 Ambulare fac me,&c. הדריכני וגו׳ Duc (*vel* Deduc) me in veritate tua. *Alij*, Deduc me per fidelitatem tuam. *aut*, per fidem tuam.*i. da vt credam te eſſe promiſſorũ ſeruantem. meq́ illam fidem doce: hoc eſt, fac vt omnibus ſim fidelis quemadmodum tu es.* Salutis meæ, ישעי ſeruator (vel ſaluator) meus.*i. cuius opem in omnibus rebus ſentio.* Te expecto קויתי *Præt. Heb. pro præſ. i. opem tuam expecto omni tempore.* 6 A ſeculo ſunt. מעולם המה *Id eſt, quibus nunquam vti deſiiſti. vel, quia ſemper fuiſti miſericors.*

7 Adoleſcentiæ meæ, נעורי iuuentutis meæ. Secundum miſericordiam,&c. כחסדך וגו׳ *ſed* pro tua ad ignoſcendum facilitate memor eſto mei,&c. *Peccata adoleſcentiæ vocat quæ adoleſcens admiſit: quòd illa ætas prauis cupiditatibus ſit admodum obnoxia. Scelera autem, quæ iam grandior & in ætate virili conſtitutus commiſerat.*

Dulcis & rectus Dominus: propter hoc Legē dabit delinquentibus in via.

8 ט Bonus & rectus Iehouáh: ideo docebit peccatores 'viam.

Laudat Domini bonitatem, qui humiles doceat.

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.

9 י 'Ambulare faciet humiles 'in iudicio, & docebit 'humiles viam suam.

Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius.

10 כ 'Omnes semitæ Iehouæ, misericordia & veritas, custodiētibus pactū ei⁹ & testimonia ei⁹.

Quæ sunt viæ Domini.

Propter nomen tuum Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim.

11 ל Propter nomen tuum 'Iehoua, 'parce iniquitati meæ: quoniam multa est.

Iterum veniam petit.

Quis est homo qui timet Dominum? legem statuet ei in via quam elegit.

12 מ 'Quis est vir timēs Iehouā? docebit eum 'viam quā eligat.

Fœlicitates eorum qui timent Deum.

Anima eius in bonis demorabitur, & semē eius hæ

13 נ Anima eius in bono 'commorabitur, & semē eius hæredi-

8 Viam. בדרך *sub. illam quam approbat.* Alij, in via. *q.d. Bonus & integer est Dominus: quia autem talis est, non dedignatur docere vel ipsos peccatores quo pacto illos viuere oporteat.*

9 Ambulare fa.h. ידרך ענוים Diriget mansuetos. In iudicio, במשפט per iudicium. *Id est, efficiet vt rectè & ex ordine vitā instituant. Metaphora ab iis qui aliis monstrant viam.* Humiles ענוים *Antecedens pro relatiuo, more Hebraico, pro, docebit illos viā suam. .i. rationibus vitæ quas probat, assuefaciet mansuetos.*

10 Omnes semitæ, *&c.* כל ארחות וגו' *.i. Quæcunque facit Dominus, misericordiæ & veritatis plenissima sunt erga eos qui, &c. Deus est benignus, siue misericors & fidelis erga eos qui obseruant fœdus eius. Veritatem vocat fidelitatem, quum Deus præstat quod promisit. Fœdus significat leges Dei: quòd ea ratione percutiat fœdus nobiscum Deus, vt leges eius obseruemus. Vel dicendum est, fœdus significare conditiones fœderis. Fœdus inter nos & Deum est, quod Deus noster sit, & nos populus eius simus. Testimonia autem, leges: quæ ita dicuntur, quòd nobis voluntatem Dei testentur.* 11 Iehoua, יהוה *Sub. pepercisti mihi. nā nō potest hæc pars versus iungi sequenti à coniunctione incipienti, nisi redundet* ו.

Parce iniq.m. וסלחת לעוני & remisisti peccatū meū, *Coniūctio* *ET vacabit, nisi per reticentiam subaudias pepercisti, in principio versus, vt legas, Propter nomen tuum Iehoua remisisti. Potest verti præteritum per imperatiuum. Quidam vertunt,* & remisisti peccatū meū, quia graue est. *vel,* quanuis graue esset. *Redit ad memoriā grauissimi peccati quod admisit quando rapuit vxorem Vriæ.*

12 Quis est vir, *&c.* מי זה האיש וגו' *q.d. O quāta est fœlicitas viri timentis Dominum! certè Dominus, &c.* Viā quā el.. בדרך יבחר viam quam elegit. *vel,* elegerit. *i. quam ipse Iehoua probauerit.*

13 Commorabitur, תלין permanebit. conquiescet. *i. summa le-*

titia perfruetur. Hebræi *hunc locum intelligunt de quiete futuri seculi: potest tamen tam ad præsentē quàm ad futuram rerū fœlicitatē referri.*

tate accipiet terram. — *reditabit terram.*

Adhuc sicut initio, orat à suis afflictionibus liberari, petens veniā peccatorum suorū propter quæ huiusmodi sunt afflictiones. demōstrāt tamen institiam suam in eo in quo aduersarij eum persequebantur.

ס Secretum Iehouæ timenti-
bus eum"& pactum eius vt scire
faciat eos.

14 *Firmamentum est* Domi*nus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis.*

ע Oculi mei semper ad Ieho-
uam: quoniam *spero quòd* ipse e-
ducet è reti pedes meos.

15 *Oculi mei semper ad* Do*minum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.*

פ Respice super me, & mise-
rere mei, quia"vnicus"& pauper
sum.

16 *Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.*

צ Angustiæ cordis mei"dilata-
tæ sūt: ab āgustiis meis educ me.

17 *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.*

ר Vide afflictionem meam,
"& laborem meum, & parce om
nibus peccatis meis.

18 *Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.*

ר"Vide inimicos meos, quo-
niam multiplicati sunt, & odio
iniquo oderunt me.

19 *Respice inimicos meos, quonia multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.*

ש Custodi animam meam, &
erue me: "ne confundar, quoniā
speraui in te.

20 *Custodi animam meam, & erue me: non erubescam, quoniam speraui in te.*

14 Secretum סוד Consilium. *sub. reuelatur, siue reuelari solet.* Et pactum, *&c.* ובריתו וגו' *Ordo inuersus, pro,* vt notū faciat eis pactum, [*siue,* fœdus] suū. *Bis idem repetit in eodem versu: neq; enim aliud est fœdus, siue pactum* Dei *quàm secretum vel consilium* Dei. *sed nomine* Secreti, *doctrinæ excellentiam commēdat quæ nobis proposita est in* Lege Dei. 16 Vnicus יחיד *Ita vocat ab omnibus desertum, & omni ope destitutum.* Et pauper ועני & afflictus.

17 Dilatatæ sunt: הרחיבו dilatauerunt sese. *vel locum suum, siue cor meum. i. repleuerunt cor meum, & ita distenderunt illud. q. d. cor meum vix fuit capax mearum tribulationum.* Hac *loquutione significat tantam esse cūrarum congeriem, vt omnes cordis sui partes occupet: quemadmodum si violētæ aquæ longè lateq; grassando, regionem aliquam obruerent.* 18 Et laborem meum, ועמלי & molestiam mei.

19 Vide ראה Considera. Iniquo חמס violento. tyrānico, vel, iniusto & implacabili. 20 Ne confundar, אל אבושה *q. d. vide ne patiar repulsam, quoniam in te præsidium meum posui.*

Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.

21 ת "Perfectio & rectitudo custodiant me: quoniā "te expecto.

Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

22 פ Redime Deus Iשׂraאelem ex omnibus angustiis eius.

XXV.

In finē, Psalmus David.

¶Dauidis. XXVI.

David nullius iniuriæ Sauli factæ sibi conscius, propter quam eum ille deberet persequi, petit à Deo vt in hac causa iudex sit.

IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.

1 I "Vdica me Iehoua: quoniam ego "in perfectione mea ambulaui, "& Iehouæ fisus sum, "nō nutabo.

Proba me Domine, & tēta me: vre renes meos & cor meum.

2 Proba me Iehoua, "& tēta me, "funde renes meos & cor meū:

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.

Declarat integritatem vitæ suæ:

3 Quoniā misericordia tua coram oculis meis est, "& ambulaui in veritate tua:

Non sedi cum concilio

4 "Non sedi cum viris

21 Perfectio & rectitudo תֹּם וָיֹשֶׁר Integritas & æquitas. Sinceritas & rectum. *Ab omni noxa immunē serua me, quemadmodū innoxiè me gessi, & abstinui tam ab omnī fraude, quàm iniuria. Deum optat innocentiæ suæ vindicem. Alij exponunt tanquam petat donari sibi purum & integrum cordis affectum, ne scilicet ad vindictum, vel alia tuēdæ vitæ suæ illicita remedia prosiliat.* Te expecto. קִוִּיתִיךָ *q.d. à te omnia expecto, & totus à te pendeo.* IN PSALMVM XXVI.

1 Iudica me שָׁפְטֵנִי Ius dicito pro me. *sub. aduersus eos qui tot scelerum me insimulant. David enim optat sibi Deum vindicem & defensorem aduersus hostium suorum calumnias.* In perfectione m. בְּתֻמִּי in sinceritate mea. in integritate mea. in innocentia mea. *i. innocēter. acsi dicat, Domine nō refugio iudicium tuum, quia in sinceritate me digna ambulaui: summa cum innocentia in hunc vsq; diem vixi.*

Non nutabo. לֹא אֶמְעָד *Vel est fut. pro præs.* nō nuto. nō labor. vacillo. *i. spe mea non excido.* 2 Et tenta me, וְנַסֵּנִי periculū facito de me. Funde צָרְפָה examina. excoque. explora. *Metaphora à repurgatoribus auri & argenti. Notandum est semper in huiusmodi loquutionibus, hostium improbitate fuisse coactum vt se tam magnificè efferret: nisi enim iniuste dānatus fuisset ab omnibus, suppliciter deprecatus fuisset tale examē. sciebat enim, rectè agendi studiū quo flagrabat, procul adhuc à summa perfectione abesse.* Renū *nomine Hebræi significant quicquid est in hominibus maximè reconditum.*

3 Et ambulaui, &c. וְהִתְהַלַּכְתִּי וגו' & ambulo [& ambulare soleo] in veritate tua. *Præt Heb. pro præs. Veritatem Dei vocat quā Deus exigit: cui opponit sequenti versu fallaciam & vanitatem.*

4 Non sedi לֹא יָשַׁבְתִּי Non mansi. Non habitaui.

Meminit sacrificiorum quæ in simplicitate obtulit: cupitq; vehemēter in cœtu fidelium esse, ex quo à Saule eiectus erat: neq; comprehendi, atq; implicari in pœna hominum impiorum, protestans semper de integritate sua.

'mendacibus,& cum 'occultantibus se non introiui:

5 Odi 'cœtum malignantium, & cum impiis non sedeo:

6 'Laui in innocentia manus meas, '& circūdedi altare tuum Iehoua:

7 'Vt audire facerē vocem cōfessionis,'& enarrarē omnia mirabilia tua.

8 Iehoua dilexi habitaculū domus tuæ, & locum tabernaculi 'gloriæ tuæ.

9 'Ne congreges cum peccatoribus animam meam,& cum viris sanguinolentis vitam meam:

vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

5 *Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.*

6 *Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum Domine:*

7 *Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua.*

8 *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.*

9 *Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitā meam:*

Mēdacibus, שוא *Ad verbū*, mēdacii.i.vanis.fallacibus. Occultātibus se נעלמים occultis.absconditis.latētibus.dissimulatoribus.quærentibus latebras.*q.d.cum fucatis non habui commercium.*

5 Cœtum malig. קְהַל מרעים ecclesiam noxiorum.sceleratorū.

6 Laui in innoc. ארחץ בנקיון *Fut Heb.pro præt.aut præs.*Lauo,*siue*,lauare soleo in munditia. *De oblatione victimarum loquitur, quas obtulit mundis manibus, non aqua mundis, sed innocentia: alludens ad ablutiones quæ fiebāt à Sacerdotibus ante Sacrificium. Hîc se in communi Sacrorum vsu à sceleratis separat qui eundem profitebātur Dei cultū, seq; magna pompa primos ingerebant, acsi penes eos esset templum Domini.* Et circundedi ואסובבה & circundabo. *vel*,circundo. *sub.offerendo sacrificia.q.d.Vitæ & operum puritati studui: & copiosis hostiis meam erga te fiduciam testatus sum.*

7 Vt audire f.*&c.* לשמע וגו' vt audire faciam [*vel*,auditam faciam] vocem laudis.*Hebraismus,pro,palàm te celebrem.* Et enarrarem ולספר & exponam.recenseam.

8 Gloriæ tuæ. כבודך *Hebraismus,pro gloriosi.vel significat tabernaculum vbi erat arca fœderis quam vocat gloriam Dei. Huiusmodi loquutiones, Habitaculum domus Dei, Locus tabernaculi gloriæ Dei sæpius in Scripturis occurrunt ad testandam Dei præsentiam: non quòd Deus in tabernaculo habitaret, vel animos suorū terrenis symbolis affixos tenere vellet: sed quia necesse fuit fideles de præsenti Dei virtute cōmonefieri, ne se putarent frustrà eum quærere.* 9 Ne cōgreges אל תאסף Ne colligas.*vel*,reponas. seponas.*q.d.Quum ergo hæc ita se habeant, ne perdas me cum improbis quum de ipsis sumes pœnas.*

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorũ repleta est muneribus.

10 In quorum manibus *est* prævaricatio,& dextera eorum plena est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me,& miserere mei.

11 At ego in perfectione mea ambulo: propterea redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicã te Domine. XXVII.

12 Pes meus stetit in rectitudine: in cœtibus benedicam Iehouæ. XXVII.

Psalmus David priusquam liniretur.

¶ Davidis.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

1 IEhouah lux mea & sal⁹ mea, à quo timebo? Iehoua fortitudo vitæ meæ,à quo pauebo?

David Domino cecinit hũc Psalmũ maximo quodam periculo liberatus: ostendens singularem animi magnitudinem, ac firmitudinem in Domino in summis periculis.

Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas:

Qui tribulãt me inimici mei,ipsi infirmati sunt,& ceciderunt.

2 Quum appropinquarẽt aduersum me maligni,vt ederent carnem meam, hostes mei & inimici mei, ipsi impegerunt,& ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me

3 Si castrametati fuerint aduersum me castra, non timebit cor meũ:si consurgat aduersum me

10 Prævaricatio זמה consilium prauum.dolus.*i.opus à scelesta cogitatione profectum.* 11 In perfectione mea בתמי in sinceritate mea.*vel*,innocentia.*aut*,integritate.*q.d. inter tot tentationes,& duras angustias quibus constrictus teneor,constãter in via pergo.*

12 In rectitudine: במישור in recto. *hoc est in loco recto & plano.i. tuto. Quidam existimant,Davidem his verbis asserere quam inter homines æquitatem coluerat. Aliis magis placet celebrari Dei gratiã, & metaphoricè dicere se fuisse seruatum incolumem.*

IN PSALMVM XXVII.

1 Lux mea אורי *.i. à quo tota fœlicitas mea pendet. Cecinit hunc Psalmum David liberatus graui aliquo periculo, in quo fiduciã in Deũ retinuerat. Per lucem, successum rerum omnium intelligũt doctißimi inter Hebræos:vt per tenebras, afflictionem. q.d.Deus est qui efficit vt omnia mihi prosperè succedant. vel, Deus est qui velut prælucet mihi in tenebris,hoc est in periculis.* 2 Quum appropinquarent בקרב *.i.Quum aciem instruerent vt pugnarent, bellum pararẽt, dum impressionem facerent in me noxij vt me interficerent: dum inquam irruerent in me qui mihi erant infesti:ipsi omnes viribus destituti sunt, & corã me perierunt.*

prælium, huic ego fido.

Ex omnibus rebus vnam petit, vt reuerti poßit in templum cum cæteris fidelibus, & quare.

Vnum petii à Iehoua, hoc re- 4
quirã, Vt inhabitem in domo
Iehouæ omnibus diebus vitæ
meæ, vt videam pulchritudi-
nem Iehouæ, & inquiram in
templo eius:

Quia abscõdet me in taber- 5
naculo *suo* in die mala, abscõdet
me in abscondito *loco* taberna-
culi sui, in petrã exaltabit me.

Confirmat se innitens Domino.

Et nunc exaltabitur caput 6
meum super inimicos meos *in*
circuitibus meis, & sacrificabo
in tabernaculo eius sacrificia

prælium, in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,

Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius:

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscõdito tabernaculi sui:

In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos:

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam

3 Huic ego fido. בזאת אני בוטח hac re nitar. *quòd scilicet sis, lux mea, salus mea.* in hac re fiduciam habebo.

4 Vt videam pulch. לחזות בנעם vt contempler amœnitatem. aut, voluptatem. *i. quantum sit voluptatis apud ipsum. Vel elegantiam eorum quæ à Domino facta sunt. Chaldæus paraph. vertit,* vt contempler dulcedinem Domini. *Verti etiam potuit,* voluptatem. *Acsi dicat, Vnum quidem petiui à Domino, quod ab eo petere non desinam, nempe vt coràm videre poßim quantum sit voluptatis & amœnitatis apud ipsum.* Et inquiram ולבקר & vt inuestigem. & vt scruter. *sub promißiones eius, & similia. i. Vt inuestigem promißiones eius impletas vnà cum sacerdotibus eius. hoc ad futurum referri debet.* Domus & templum *pro eadem re.* Alij, & lustrem templum eius.

5 Abscondet ויצפנני absconderet. In die mala, ביום רעה in die aduersitatis. In petram exaltabit me. בצור ירוממני in rupem extolleret me. *i. in locum editum, tutum, & hostibus meis inaccessum statueret me.* 6 Et nunc exaltabitur caput meum ועתה ירום ראשי Et mox extollet caput meum. *vel,* exaltabit. *i. dignitate superior ero hostibus meis qui obuallant me vndique. Extollere caput alicuius, more* Hebræo *dictum, pro dignitati pristinæ restituere, vt* Genes. 40. b. 13: *aut superiorem reddere.* Loquutio *trita in* Scripturis, *qui mœrore oppreßi sunt, curuos incedere ac demisso vultu: contrà autem, redita lætitia caput attollere. sic* Psal. 3. a. 4, *loquutus est* David, *Tu Domine exaltas caput meum. Sed quia hîc obsidio ab altera parte ponitur, exprimere voluit, se in illo* Dei *receptu sublimẽ fore, vt securè tela hostiũ despiciat, quibus alioqui fuisset confossus.* In circuitibus meis, סביבותי qui circum me sunt.

vociferationis: cantabo,& psalmum dicam Domino.

'vociferationis:cantabo,& canã Iehouæ.

Exaudi Domine *vocem meam qua clamaui: miserere mei,& exaudi me.*

7 Audi Iehoua vocem meam 'qua clamo, & miserere mei, '& exaudi me.

Orat summo animi ardore, quarẽs Dominum iuxta ipsius mãdatum, postulans ne abijciatur, omni ope parẽtum suorum destitutus.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit facies mea: faciẽ tuam Domine *requiram.*

8 'Tibi dixit cor meum, 'Quærite faciem meam: 'faciẽ tuam Iehoua quæram.

Ne auertas faciem tuã à me, ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus *salutaris meus:*

9 Ne abscondas *igitur* faciem tuam à me, 'neque declinare sinas in iram seruum tuum: auxilium meũ fuisti, ne derelinquas me *igitur*, neq; deseras me, Deus salutis meæ:

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus *autem assumpsit me.*

10 'Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, '& Iehouáh collegit me.

Vociferationis תרועה iubilationis.*i.quæ cum clangore tubarũ & summa iubilatione fiunt.Scimus fideles solenni ritu, vbi aliquod memorabile* Dei *beneficium experti erant, vota gratiarum actionis soluisse sub* Lege.*Hîc ergo* Dauid *in suo exilio, vbi prohibebatur à templi accessu, se iterum ad altare venturum gloriatur vt* Deo *laudem sacrificet.*

7 *Qua* clamo, אקרא *quum* clamauero.

8 Tibi dixit cor meum. לך אמר לבי Pro te dicit *mihi* cor meũ. *.i.tuo nomine, vice tui.q.d.dicis mihi in corde.* *Alij*, De te dixit cor meum.*i.iugiter versaui in corde meo hæc verba quæ tu dixisti*, Exquirite.*ideo confidenter accedo.* Quærite בקשו Exquirite.*i.Implorate auxilium meum.Quidam existimant per faciem hîc* Dauidem *ad* Sanctuarium *alludere, & manifestationis modum intelligere quo se* Deus *aliquatenus visibilem reddebat. & quia arcam fœderis præsentiæ suæ signũ esse voluit, non absurdè paßim vocari eius faciẽ.Vide* Psal.42.b.6.

Faciẽ t. את פניך *Subaudiendum, & propterea, hoc modo*, Et *propterea* exquirã, &c. 9 Neque declinare, &c. אל תט באף עבדך Ne declinare facias [*aut*, prolabi sinas] in iram.*ob repulsam scilicet.* *Alij*, Ne auerseris [*vel*, abiicias] in ira seruum tuum.

10 Quoniam pater, &c. כי אבי עז׳ Quando pater meus & mater mea derelinquũt me, Iehouáh colligit me. *Alij*, Quanuis, &c. dereliquerint me, Iehouáh tamẽ recollegit me. *Hac comparatione amplificat* Dei *gratiam quam semper sibi paratam esse promittit, quãuis omni hominũ auxilio destituatur.* *Alij*, Certè pater, &c. at Ieh. &c.

Petit doceri & dirigi, ne inimicis suis permittatur.

Doce me Iehoua viam tuam, 11
& deduc me per semitā rectitu-
dinis propter hostes meos.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradas me voluntati hostiū 12
meorum: quoniam surrexerunt
in me testes mēdaces, & loquēs
iniquitatem.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi.

Suo exemplo hortatur ad fidem & spem in Domino.

Defecissem nisi credidissem 13
me visurum bonitatem Iehouæ
in terra viuentium.

Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Expecta Iehouā, corrobora 14
te, & roborabit *Deus* cor tuū: &
expecta Iehouam. XXVIII.

Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. XXVII.

David pulsus patria sua, vehementerq; afflictus, versus arcā quæ erat in templo, conuertens faciem suam, petit opem, & vt exaudiatur, neq; cum impiis opprimatur.

¶ Dauidis. 1

AD te Iehoua clamo, petra
mea, ne taceas à me: ne for-
tè sileas à me, & assimiler descē-

Huic David.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimila-

11 Rectitudinis מישור rectā. *Cupit manū sibi Diuinitus porrigi, tuteq; deduci ad fœlicē suarū rerū statū.* 12 Volūtati בנפש in animā. *vel*, animæ. *i. voluntati & desiderio.* Iniquitatē. חמס violētiam. iniustitiam. iniuriā. *Sing. pro plur. loquentes iniusta, sub. insurrexerunt:* 13 *Defecissem. Istud additum est, quòd reticētia fit in hoc versu. nam Hebraicè tantum legitur*, לולא האמנתי Nisi credidissem, *&c. q. d. planè despondissem animū inter tot calamitates*, nisi credidissem, *&c.* Visurum bonitatem לראות בטוב *.i. me fruiturū bonis Iehouæ, in hoc mundo.* Non enim hîc terra viuētium *significat cælestem hæreditatem, vt neque in* Ezechiæ *cantico, apud Iesaiam, cap.* 38. *c.* 11: *nam illic mox sequitur*, Non *aspiciam hominem vltrà cum habitatoribus orbis.* 14 Expecta Ieh. *&c.* קוה אל יהוה וגו' Expecta ad Iehouam, fortis esto, & corroborabit, *&c. Seipsum hortatur David. acsi dicat*, Pendeas à Domino, *& esto forti & infracto animo, & animos sufficiet tibi, totus inquam pende ab eo.*

IN PSALMVM XXVIII.

1 Ad te Ieh. c. אליך יהוה אקרא *Fut. Heb. pro præs.* Te Iehoua inuoco. *Hoc est, O Deus qui mihi es vice rupis inaccessæ hostibus meis, ne obthures aures precibus meis. Hic Psalmus continet precationē qua vsus est David aduersus Sebā & socios eius: & gratiarū actionē quā habuit superato Seba. 2. Sam. 20. a. 1.* Ne taceas à me אל תחרש ממני ne obsurdescas [*vel*, ne sileas] à me. *Oratio concisa, pro ne sileas ita vt non respondeas mihi, siue orationi meæ.* Sileas à me, תחשה ממני *Hebraismus, pro, ne si fortè votis meis non responderis, peream.*

bor descendentibus in lacū.
Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctū tuum.
Ne simul trahas me cum peccatoribus, & cū operantibus iniquitatem ne perdas me:
Qui loquūtur pacem cū proximo suo, mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionū ipsorū:
Secundum opera manuū eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis:
Quoniā non intellexerūt opera Domini, & in opera manuum eius: destrues illos, & non ædificabit eos.
Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ:
Dominus adiutor meus & protector meus: & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

dentibus in ˈsepulchrum.
2 Audi vocem deprecationum
mearum dum clamo ad te, dum
eleuo manus meas ˈad adytum
Sanctitatis tuæ.
3 ˈNe trahas me cū impiis, & cū
operātibus iniquitatē: loquentibus pacem cum proximis suis,
& malum in corde eorum *est*.
4 Da eis secundū opus eorū, ˈ&
secundū malū operū ipsorū: secūdum opus manuū suarū da eis,
redde ˈretributionē eorū ipsis:
5 Quoniam non ˈaduertunt animum ad opera Iehouæ, & ad opus manuum eius: ˈdestruet eos,
& non ædificabit eos.
6 ˈBenedictus Iehouáh, quoniā
audiuit vocem deprecationum
mearum.
7 Iehouáh fortitudo mea, & scutum meum, in ipso sperauit cor
meum, & adiutus sum: ˈ& exultauit cor meum, & cantico meo
confitebor ei.

Ierem. 9. c. 8.

Petit vindictam contra inimicos Dei, & quare.

Gratias agit Deo qui eum exaudiuit ac liberauit, laudatq́; agnoscens eius potentiam.

Sepulchrum. בור foueam. lacum. *pro sepulchro positum est.*
2 Ad adytū San. t. אל דביר קדשך ad oraculū Sanctuarii tui. *vel*, sāctum tuū. *in quo scilicet erat arca, vnde opem se laturum implorantibus promiserat.* 3 Ne trahas me אל תמשכני *sub. ad mortem. i. ne rapias me transuersum tempore vindictæ cum improbis.*
4 Et secundū malū וכרע & iuxta malitiā. Retributionē eorum גמולם talionem ipsorum. 5 Aduertunt an. יבינו *Fut. Heb. pro præs.* intelligūt: *i. applicant animū.* Destruet, *&c.* יהרסם ולא יבנם destruat eos, & non ædificet eos. *vel*, nec postea ædificet. *id est perdat eos in æternum, sine vlla spe futuræ instaurationis.*
6 Benedictus ברוך Laude dignus est. Laudetur. *Aut*, Gratias ago Iehouæ, quod, *&c.* 7 Et exultauit ויעלז *Vel per futurum*, ideo exultabit. *aut*, gestiet.

Iehouáh fortitudo illis, & fortitudo salutum vncti sui est.

Serua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ: & pasce eos, & extolle eos vsq; in seculũ.

XXIX.

Hortatur principes ac potentes huius mundi ad dãdam gloriam Domino, agnoscentes eum præpotentem, idq; in eius Sanctuario.

¶Canticum Dauidis.

DAte Iehouæ filii fortium, afferte Iehouæ gloriam & fortitudinem:

Date Iehouæ gloriam nominis eius, incuruate vos Iehouæ in gloria Sanctitatis.

8 *Dominus fortitudo plebis suæ, & protector salutarium christi sui est.*

9 *Saluum fac populũ tuũ Domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.* XXVIII.

1 *Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.*

AFferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum:

2 *Afferte Domino gloriã & honorẽ, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominũ ĩ atrio Sãcto eius.*

8 Fortitudo illis, עז למו fortitudo illorũ. *Relatiuum sine antecedente: illorum scilicet hominum qui mecum ierunt ad bellum. aut, qui sine me Régé suo profecti sunt ad prælium.* Et fortitudo sal. &c. מעוז ישועות מש' & corroboratio auxiliorum vncti sui ipse. *vel,* & robur quo seruatus est vnctus eius. *Quidam* ET *pro* Quemadmodũ *accipiunt, vertúntque,* Quemadmodum fuit robur salutum, &c. *i. vt ipse vnctum suum robustissimè seruauit. Plurali numero* Salutum *posuit, quia non semel, nec vno modo seruatus fuerat. q.d. Ex quo Deus per manum Samuelis Dauidem vnxerat, nunquam ab eo iuuando cessasse, sed innumeris modis fuisse eius liberatorem, donec opus in eo gratiæ suæ compleret.* 9 Et benedic hæreditati tuæ: וברך את נחלתך & benefac hæreditati tuæ. *aut,* beneficiis cumula hæreditatem tuam. *.i. populum quem tibi velut hæreditatem vendicas.* Et pasce eos, ורעם & pastorem age erga illos.

IN PSALMVM XXIX.

1 Date Iehouæ filii fortium, הבו ליהוה בני אלים Afferte Iehouæ filii potẽtum. *vel,* insignium. *Abrahæ nempe, Isaac, & Iacob. Alij,* Vos insignes[*vel,* potẽtes.] afferte, *sub. laudes, vt habet Chaldæus paraph. .i. laudate. Aut repetitio sequenti verbo iungitur. q.d. Alloquor vos fideles, non homines huius mundi: vos inquam filij fortium. i. fidelium, Abrahæ nempe, Isaac, & Iacob, qui fidelissimi fuerunt: quorum fidem imitamini. Hic nobis proponitur Dei potentia per ea quæ fecit, quæ ignorantes philosophi, naturæ tribuunt.* 2 Gloriã no. e. כבוד שמו *.i. dignam nomine eius, hoc est ipso dignam.* Repetitio est. Quidam vertunt, Tribuite nomini Iehouæ gloriam. Incuruate vos Ieh. &c. השתחוו ליהוה בה' adorate Iehouam in decore Sanctitatis. *vel,* in decore sancto. *Aut,* in magnificentia Sanctitatis. *hoc est in Sanctuario magnifico, & decoro, in tabernaculo fœderis, in quo Deus peculiarem magnificentiam & splendorem sui nominis exhibebat.*

Quæ sit potentia Dei in tonitru ac tempestatibus.

Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.
3 Vox Iehouæ' super aquas, Deus'gloriæ tonare facit, Iehouáh super aquas multas.

Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
4 Vox Iehouæ'in potẽtia, vox Iehouæ'in gloria.

Vox Domini cõfringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani:
5 Vox Iehouæ'confringens cedros, confringit inquam Iehouáh cedros'Lebanón:

Et cõminuet eas tanquã vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
6 'Et saltare facit eas quasi vitulum:'Lebanón & ʋSirión, quasi filium'vnicornium.

Vox Domini intercidẽtis flammã ignis, vox Domini concutientis desertum, &
7 Vox Iehouæ'excidens flammas ignis.

8 Vox Iehouæ' trepidare facit

3 Super aquas, על המים *sub. auditur. Ratio quare laudandus sit Deus: quia (inquit) author est omniũ quæ fiunt in nubibus. Vocẽ Domini vocãt Hebræi tonitru, quòd à solo Deo fiat. De aquis autem pendulis loquitur. q.d. Tonitru Domini auditur in medio nubium quæ sunt in aere.* Vox Iehouæ, *pro tonitru.* Gloriæ ton. fa. הכבוד הרעים maiestatis tonat. *vel,* gloriosus [*aut,* maiestate venerandus] tonat.

4 In potentia, בכוח cum potentia. *q.d. validum est & vehemens tonitru.* In gloria. בהדר *est* cum magnificentia. cum decore. cum splẽdore. *id est, magnificum est tonitru* Domini, *hoc est inimitabile. vel,* Tonitru *ostendit quàm potens & laudabilis sit* Dominus. *Aut,* Vox *Domini est potentissima & splendidissima. quia fulmen & fulgur solent comitari tonitru.* Hìc *per* vocẽ Domini *intelligit* David *fulmẽ & fulgur.* 5 Confringens cedros, שבר ארזים *Declarat quantæ sit virtutis tonitru: cui tribuit quod est tribuendum fulmini quod* Dominus *emittit nube fracta.* Lebanón. הלבנון *.i altissimas. nam procerissimas & excellentissimas cedros habent* Palæsthini.

6 Et saltare facit eas sicut vit. וירקידם כמו עגל Et exilire facit eas more vituli. *Vel,* subsilire facit eas instar vitulorum. Hyperbole *Scripturis sacris frequens.* Hunc *locũ intelligunt* Hebræi *de terræmotu.*
Lebanón לבנון *sub. subsilire inquam facit.* Vnicorniũ. בין רמים *.i. pulli vnius ex vnicornibus: qui pulli solent saltitare, quòd sint corpore agili & leui.* Per Libanum *montẽ plenum cedris, &* ʋSirion, *qui aliter dicitur* Hermon, *cedros intelligit.* Subsilire *hìc vsurpatur pro disiicere & extirpare.* 7 Excidens חוצב dissectas eiaculãs. *Vel,* solet elicere, *id est eijcere. q.d. vnà cum tonitru emicat fulgetrum.*

8 Trepidare facit desertum, trepidare facit יחיל מדבר יחיל parturire facit desertum, parturire facit, &c. Desertum *pro feris deserti. Mox exponit quodnam desertum intelligat, nempe desertum illud* Cades

vaſtum & horrendũ, in quo XL *annos errauerunt filij Iſrael antequam in terram promiſsionis venirent.*

deſertum, trepidare facit Iehouáh deſertum Cadeſ.

commouebit Dominus deſertum Cades.

9 Vox Iehouæ ʹparturire facit ceruas, ʹ& detegit ſyluas: & in templo eius totus eius *populus* ʹdicit gloriam.

9 *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa: & in templo eius oẽs dicent gloriam.*

Potẽtia Dei ex vi & impetu aquarum de cœlo.
2.Samu.5.b.13

10 Iehouáh in diluuio ſedit, ʹ& ſedebit Iehouáh Rex in ſeculũ.

10 *Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit Dominus Rex in æternum.*

11 Iehouáh ʹfortitudinem populo ſuo dabit: Iehouáh ʹbenedicet populo ſuo in pace.

11 *Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.*

XXX.

XXIX.

1 ¶ ʹPſalmus Cantici dedicationis domus Dauidis.

1 *Pſalmus Canticũ in dedicatione domus Dauid.*

9 Parturire facit ceruas, יחולל אילות pârere facit ceruas. *Tonitru perterrefacit ceruas, & pariunt: quum tamen illæ ſua natura difficulter pariant. i. abortire facit ceruas præ metu. Futurũ eſt apud Hebræos pro præſ.* Et detegit ויחשף & denudat. *Præt. Heb. pro præſ. i. efficit vt quæ latitant in ſyluis, exeant. Quidam intelligunt hunc locum de arborũ proſtratione & extirpatione, vt per* ſyluas denudatas *intelligat per metonymiam locum denudatum, qui prius arboribus erat conſitus, & illis obtectus. Præteritum eſt apud Hebræos per præſens redditum.*

Dicit gloriam. אמר כבוד dicit laudem. *i. ſancti omnia Deo tribuunt & eum laudant.* 10 Et ſedebit וישב & præſidebit. *Quidam volunt* ו *hoc loco eſſe ſimilitudinis particulam, ſic vertentes,* Vt Iehouáh præfuit in ipſo diluuio, ita ſedebit Rex in æternum. *q. d. vt Iehoua fuit author diluuij tanquam Rex, ita ſemper penes eum erit ſumma poteſtas, vt hodie quoque tam copioſe & vehementer pluere poſsit quàm olim pluit dum diluuio homines euertit.*

11 Fortitudinem populo ſuo dabit: עז לעמו יתן robur populo ſuo dabit. Roboris *nomen, totum ſtatum vitæ humanæ continet: itaque quicquid ad tuendam vitam fidelium pertinet, à ſola* Dei *gratia pẽdere ſignificat.* Benedicet populo ſuo in pace. יברך את עמו בשלום *Deus benedicere illis in pace dicitur quos tam liberaliter ac benignè tractat, vt nihil ad proſperum vitæ curſum plenámque fœlicitatem deſit.*

IN PSALMVM XXX.

1 Pſalmus Cantici מזמור שיר *Quidam dicunt, Pſalmũ eſſe ſonum organi ceſſante voce humana: Canticum verò, quum hac fit modulatio ſine concinente organo: Canticum Pſalmi, quum vox humana concentum ſequitur organi: Pſalmum Cantici, vbi contrà. Hebræorum doctores diffe-*

ventiæ huius ratione se ignorare ingenuè agnoscũt Quidã vertunt, Psalmus Canticũ Dauidis ædificationis insignis illius domus. *i. Oda carminis quã cecinit David in dedicatione domus quã magnificè sibi Ierosolymis extruxit cõfirmato regno. Scribit ex doctioribus Hebræorũ alter, hunc Psalmum editum fuisse quũ David dedicaret domum cedrinã. Affert aliam opinionem de ædificatione primi templi, quam probat doctus inter eos. Magis tamen probatur prima opinio, quæ est de domo cedrina. Nam pij homines dedicabant domos suas, consecrabant, & commendabãt custodiæ & tuitioni Dei, cum solenni gratiarum actione, priusquam illis vterentur. Lege Deuteron. 20. b. 5 & 28.*

Exaltabo te Domine, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

2 Exaltabo te Iehoua, quoniam ʼexaltasti me, ʼnec lætificasti inimicos meos de me.

David ab inimicis suis liberatus, atque aliquantũ quietis adeptus, laudat Dominũ, quòd se à morte per eos intentata liberarit.

Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

3 Iehoua Deus meus ʼclamaui ad te, & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.

4 Iehoua ʼascendere fecisti ab inferno ʼanimam meam, ʼviuificasti me à descendentibus in sepulchrum.

Psallite Domino sancti eius, & cõfitemini memoriæ

5 Canite Iehouæ ʼmisericordes eius, ʼ& confitemini memoriæ

Prouocat alios ad similes laudes, cõmemorans bonitatem Dei non diu suam iram retinentis.

2 Exaltasti me, דליתני extulisti me. *sub. è profundo periculorum. Metaphora à fouea. Alij, attriuisti me.* Nec lætif. &c. ולא שמחת איבי לי nec exhilarasti inimicos meos de me. *aut,* propter me. *id est, nec fecisti vt de me gauderent hostes mei.* 3 Clamaui שועתי vociferatus sum. *Genus dicendi, quod perinde valet acsi dicat, Protinus vt implorani opem tuam tanquam moriturus, liberasti me.* Hîc Sanare *pro liberare à quocunque periculo, accipiendũ est. Neque enim tantùm in morbis periclitatur hominis vita, sed etiam alijs pluribus modis. Hæc loquendi forma passim in Psalmis legitur, quòd Dauidi reddita fuerit vita, quoties eum Dominus è graui summóque aliquo discrimine eripuit.*

4 Ascẽdere fecisti העלית eduxisti. ſ reuocasti. exaltasti me. *Sepulchro & foueæ confert sui temporis caliginem, quo se in fugam trepidè conijcere coactus est, vt latebris vitã suam protegeret, donec sedata est tumultus flamma.* Animam meam, נפשי *Hebraismus frequens, Anima mea, loco pronominis* Ego, *aut* Me. Viuificasti me, &c. חייתני מיורדי בור *Ad verbũ,* Viuificasti me à descendẽdo me in foueam. *Hebraismus est, pro, vitam mihi restituisti ne descenderem in foueam, siue sepulchrum. hoc est, ne morerer, victus tot ac tantis agitationibus.*

5 Misericordes eius חסידיו *Id est, qui experti estis misericordiam eius, siue bonitatem.* Et confitemini memoriæ, &c. והודו לזכר קדשו & celebrate memoriã sanctitatis eius. *id est, celebre reddite nomen sanctum eius.*

Sanctitatis eius:
Quoniam momentum *est* 6
in furore eius,"vita in volunta
te eius:"vesperi pernoctabit
fletus,& mane lætitia *erit*.
Et ego" dixi in quiete mea, 7
Non vacillabo in seculum.
(*Nam* Iehoua, beneplacito 8
tuo "stare feceras in mōte meo
fortitudinem:)"abscondisti fa
ciem tuam,*&* fui"territus.
Tunc ad te Iehoua"clamaui, 9
"& ad Dominum oraui, *dicēdo*,

sanctitatis eius.
Quoniam ira in indigna tione eius:& vita in volun tate eius.
Ad vesperum demorabi tur fletus:& ad matutinū lætitia:
Ego autem dixi in abundantia mea, Non *mouebor in æternum:*
Domine,in volūtate tua præstitisti decori meo virtutem:
Auertisti faciē tuā à me, & factus sum cōturbatus.
Ad te Domine clamabo, & ad Deū meū depcabor.

Fruens ita rebus secundis,occupata ciuitate Ierusalē, & in monte pala tio ædificato, quū existimaret huius modi fœlicitatē fo re perpetuam,Dominus immisit aliam rerū cōmutatiōnē,à qua cla mans ad Deū,liberatus est.itaque eū etiam laudat.

6 Vita in voluntate eius:חיים ברצונו *Sub.*In,*sic,in* vita in beneuolentia sua.*vel*, in beneplacito suo. *Hebraismus, pro, tempore vitæ longissimæ est in beneplacito suo.q.d momentanea est illius ira,hoc est breuissimo tempore affligit·amor verò quo nos prosequitur, per omnē vitam sine,longissimo tēpore durat.* Paulus *dicit,Momentanea leuitas afflictionis nostræ.2.Corinth.4.d.17.* Vesperi pernoctabit,*&c.* בערב ילין בכי ולבקר רנה in ipsa vespera manebit *aliquis* in fletu:at in ipso mane exultatio.*sub.aderit.* *Alij*,ad vesperā aderit fletus, mane autem ouatio. *Vel*,ad vesperam accedat fletus *licet*,sub auroram tamē lætitia.*sub.redit.Figuratè eandem sententiam repetit. non intelligit simpliciter vnius noctis fore afflictionem: verùm siqua tanquam vespere,aut in solis occasu caligo incubuerit, lucem paulo pòst exorituram quæ tristes animos recreet.q d.si fortè sub vesperum accedat flebile quiddam, illud in ipsa aurora in gaudium commutabitur.* 7 Dixi in quiete mea, *&c.* אמרתי בשלוי בל אמוט לעולם dicebā in tranquillitate mea, Nō mouebor in sempiternum. *Vel*, Cogitabam dum prosperè me habebam, Non nutabo vnquam. *i.quum confirmatum esset regnum meum,quum omnia mihi succederent ex animi sententia.* Quietis *nomine tranquillum & fœlicem regni statum intelligit.*

8 Stare feceras in mōte meo fort. העמדתה להררי עז stabilieras monti meo virtutem. *Vel*,stare feceras montem meum in fortitudine.*i.dignitatem meam regiam in robore stabilineras. Per parenthesim legendum,& subaudiendū* ENIM,*sic*, Nō nutabo(Tu *enim* Iehoua in beneuolentia tua collocaueras robur mōti meo) *protinus vt* abscōdisti,&c. *Alij montem Sion exponunt: & reuera ad montē illum videtur alludere,vbi erat arx,siue aula regia.* Abscondisti הסתרת *subaudiendum* STATIM,*sic,statim vt* abscondisti, *vel*, auertisti. Territus. נבהל conturbatus.consternatus.perculsus.

9 Clamaui אקרא *Fut. Heb.pro præt.* Et ad Dominum ואל אדני *Mutatio personæ,pro, ad te. Alij*, & Dominum meum depreca-

tus sum. *Doctus inter Hebræos scribit* י *in* יְדִי *esse constitutiuum nominis* Toar *quod vocant: alij verò interpretantur*, Dominus meus.

Quæ vtilitas in sanguine meo, dũ descendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?

10 Quæ vtilitas in sanguine meo, quum descendero in foueam? nunquid confitebitur tibi puluis? nunquid annuntiabit veritatem tuam?

Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.

11 Audi Iehoua, & miserere mei, Iehoua esto adiutor mihi.

Conuertisti planctũ meũ in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia:

12 Cõuertisti planctum meum in chorũ mihi: soluisti saccum meum, & accinxisti me lætitia:

Vt cãtet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

13 Propterea canet tibi gloria mea, & nõ tacebit: Iehoua Deus mi in seculum confitębor tibi.

10 In sanguine meo, בְּדָמִי Sanguinem *pro vita posuit. q. d. quid mihi profuerit vixisse si nunc moriar? sub. antequam veram religionem instaurauero in Israele, debellatis hostibus meis? Alij melius, qui* Sanguinem *pro morte accipiunt, quum mox conqueratur, cadauer suũ fore inutile ad annuntiandas* Dei *laudes.* Nunquid cõfitebitur tibi puluis? היודך עפר num celebrabit te puluis? *id est, homo in puluerẽ redactus? Chaldæus paraph.* nunquid possunt te laudare habitãtes in puluere. *Vt longiorem vitam obtineat, argumentum ducit à* Dei *laudibus, ad quas celebrandas nati sumus ac conditi. Vide Psal. 6. b. 6.* Veritatem tuam? אמתך *Significat exhibitionẽ promissionis quam de futuro hærede illi* Deus *promiserat. Gloriæ enim* Dei *intererat superstitem eũ manere, donec voti sui compos, fidei præstitæ ac completæ testimoniũ* Deo *redderet.* 11 Audi Iehoua, שמע יהוה *Hebræi subaudiunt, Propterea dixi, sic, Idcirco dixi, Audi Iehoua, restitue mihi quietem & fælicitatem illam, fac vt incolumis euadam.*

12 In chorũ mihi: לְמָחוֹל לִי in tripudiũ mihi. *Quod sequitur* MIHI, *vacat hoc loco. Subaudiendum aliquid, cuiusmodi, Statim vt oraui: vt postea sequatur,* Conuertisti, *&c. i. restituisti mihi fælicitatẽ* & *quietem.* Soluisti saccum meum, פתחת שקי dissoluisti saccum meum. *vel,* discinxisti saccũ. *aut,* exuisti me sacco. *Sacci dissolutione, remotionem luctus significat. Phrasis est Hebraica, qua significat* David, *se deposita lugubri veste, à squalore & sordibus ad lætitiam fuisse reuersum.*

13 Canet tibi gloria *mea,* יזמרך כבוד Gloriam *vocat animam, siue potius linguam: vt Psal. 16. c. 9. Alij vertunt,* canet tibi *quisque* gloriam. *Alij,* psallet tibi decus. *Chaldæus paraph.* laudabunt te honorabiles mundi. *Obseruandum,* canere, & non tacere, *ad amplificationem posita esse.*

David conclusus in deserto Maon à Saule & iis qui eum sequebantur, clamat ardenter ad Deum. eique se cõmendans, in eo totam fiduciam collocat. 1. samu. 23, d2. 4

XXXI.

¶'Vincenti Psalmus Dauidis. 1
IN te Iehoua "speraui, "ne pu- 2
dore afficiar in seculum, "in
iustitia tua eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, 3
celeriter erue me, esto mihi "in
petram fortem, & in domũ mu-
nitam, vt serues me:
"Quoniam petra mea, & mu 4
nitio mea es: "& propter nomen
tuum "duc me, & deduc me.
Educ me è reti isto quod abs- 5
conderunt mihi: quoniam tu es
fortitudo mea.
Luc. 23. f. 46 act. 7. g. 59
¶In manum tuam "commẽdo 6

XXX.

In finẽ Psalmus Dauid pro ecstasi.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurẽ tuã, accelera vt eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meũ es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniã tu es protector me9.

In manus tuas commen-

IN PSALMVM XXXI.

1 Vincenti לַמְנַצֵּחַ *Vide Psal. 4. a. 1.* 2 Speraui, חָסִיתִי *Vel per præsens,* spero. Ne pudore afficiar in seculum, אַל אֵבוֹשָׁה לְעוֹלָם *.i. ne vnquã, vel perpetuò sinas me pudefieri. si scilicet non exaudieris me. q. d. ne patiar repulsam.* In iustitia tua בְּצִדְקָתְךָ Iustitiã Dei *accipit pro fide Dei qua suos omnes tuetur qui se eius præsidio tutelæq; cõmittunt. q. d. libera me vt iustum te probes, fidem tuam præstando seruis tuis datam quòd eos liberares. Alij exponunt, pro tua bonitate & benignitate. siue, quia bonus, iustus & æquus es. aut, per tuam æquitatẽ obsecro.* 3 In petram fortem, לְצוּר מָעוֹז *Ad verbum,* in petram fortitudinis. *Sic mox,* in domum munitionum. *pro, in rupem fortem, & domum munitam. Substantiua ponere loco adiectiuorum, siue epithetorum Hebræis est familiare. Vide Psal. 119. 164. Quidam vertunt,* vt rupes fortis. *Alij,* pro rupe forti. *Alij rectius,* esto mihi rupes fortis, *omisso* לְ. Rupem fortem *pro azylo & refugio ponit, quorum alia sunt munita natura, alia arte.* Domus *pro quouis loco vsurpatur Hebræis. q. d. esto mihi vice loci natura muniti, aut arte.*

4 Quoniam petra mea, *&c.* כִּי סַלְעִי וּמְ׳ Nam rupes mea, *&c. Debet istud legi cum præcedenti. acsi dicat, quoniam in te vno, & nõ alio spes meas omnes posui.* Et propter וּלְמַעַן *Hoc loco* ו *ponitur pro* Ideo, *siue* Idcirco, *sic,* Ideo propter gloriã nominis tui, *hoc est, vt nomen tuum celebretur, & ei soli gloria ascribatur. Metaphora esse videtur à ducibus & imperatoribus, qui summa arte & industria exercitum solent ductare.* Duc me תַּנְחֵנִי *Fut. Heb. pro imperatiuo.*

6 Commendo אַפְקִיד *Fut. Heb. pro præsenti. Hæc verba dixit*

Christus in cruce. Luc. 23. f. 46. Stephanus autem, Domine Iesu suscipe spiritum meum, Act. 7. g. 59.

do spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

spiritum meum: "redemisti *enim* me Iehouah Deus "veritatis.

Odisti obseruantes vanitates superuacuè.

7 Odi obseruantes "vanitates frustra: at ego in Iehoua spero.

Ego autem in Domino speraui: exultabo & lætabor in misericordia tua.

8 "Exultabo & lætabor in misericordia tua: quia aspexisti afflictionem meam, "*&* agnouisti in angustiis animam meam; *Lætatur de liberatione.*

Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam:

9 Nec coclusisti me in manum inimici: *sed* "stare fecisti in latitudine pedes meos.

Nec conclusisti me in manibus inimici mei: statuisti in loco spatioso pedes meos.

10 Miserere mei Iehoua, quoniam angustia est mihi: "computruit præ ira oculus meus, anima mea, & venter meus: *Describit querelas, dolores, anxietates quas sentiebat ira conclusus atque constrictus.*

Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus me⁹, anima mea & venter meus:

11 Quoniam "defecit præ dolore vita mea, & anni mei præ

Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei

Redemisti פדית *sub. aliàs. quum ad te clamaui.* Veritatis. אמת *Substantiuum per genitiuum versum pro adiectiuo, verax & fidelis.*

7 Vanitates frustra: הבלי שוא vanitates mendacii. *aut,* vanitatis. *id est, vanitates fallaces & vanissimas. Alij,* funes vanitatis: *sed malè: nã* הבלי *per* ה *he scribitur hic, nõ per* ח *heth. hallucinati enim sunt literarũ similitudine. Chald. paraph.* Odi obseruãtes opera quæ præ se ferũt vanitatẽ & mendaciũ, *id est eos qui superstitioni studẽt, & ea obseruant quæ à vero Dei cultu animos piorum auocant. Quidam,* astrologiam. 8 Exultabo, *&c.* אגילה וגו' *Nunc futuris, mox præteritis vtitur, de victoria valde certus. q. d. certus sum fore vt me eripias: & eam liberationẽ tibi tribuam, nõ meis viribus: aliàs enim in huiusce modi discrimine versanti mihi adfuisti, & me tanquã valde notũ agnouisti.* Et agnouisti in, *&c.* ידעת בצרות נפשי *&* animum aduertisti ad tribulationem animæ meæ. *q. d. quia liberasti me. Bis idem dicit:*

9 Stare fecisti העמדת statuisti. *id est, fecisti vt latè, intrepidè & liberè egrederer & ingrederer, liberans me à tam graui obsidione.*

10 Computruit præ ira עששה בכעס contabuit præ ira. corrosus est præ indignatione. *id est, similis factus est vesti à tineis corrosæ præ angore, curis & solicitudinibus oculus meus & vis illa animæ quæ appetit cibum, (quam vocat* animam*) & ventriculi vis quæ cibũ concoquit. quam appellat* ventrem. *Idem verbum quod Psal. 6. b. 8.*

11 Defecit כלו consumpta est.

gemitu: 'cōcidit propter iniquitatem meam fortitudo mea, & ossa mea 'computruerunt.

'Omnibus hostibus meis fui opprobriū, & vicinis meis valde, "& pauor notis meis: videntes me foris, fugiebant à me.

Obliuioni datus sum sicut 'mortuus, "à corde: 'factus sum sicut vas perditum:

Quoniam audiui 'vituperationem multorum, pauor 'circunquaque, dum cōsultant pariter aduersum me: *nam* vt tollant animam meam, cogitant.

Redit ad preces vt liberetur, postulans fauorem Domini.

At ego in te "ˌsperaui Iehoua: dixi, Deus meus tu.

in gemitibus:
Infirmata est in paupertate virt⁹ mea, & ossa mea conturbata sunt.
12 *Super oēs inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis meis.*
Qui videbant me, foras fugerūt à me: obliuioni da-
13 *tus sum tanquam mortuus à corde.*
Factus sum tanquā vas perditum: quoniam audiui
14 *vituperationem multorum commorātium in circuitu.*
In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.
15 *Ego autem in te speraui Domine: dixi, Deus meus es*

Concidit propter iniquitatem meam כשל בעוני debilis reddita est [corruit] in iniquitate mea *i. dum luo pœnas iniquitatis à me admissæ. Causam sibi tribuit tantę afflictionis. Quidā vertūt*, concidit in ærumna. *vel*, afflictione. *Vtrunque enim significat* עון: *& quum hîc suas miserias tantùm recitet, causam subticēs, probabilius est (inquiunt) rem vnam pluribus modis suo more exprimere.* Computruerunt עששו *Idem verbum quod præcedenti versu.* 12 Omnibus hostibus meis fui opp. מכל צררי הייתי חרפה ולשכני מאד Propter omnes hostes meos fui probro etiā [ו *enim amplificat causam*] vicinis meis quamplurimū. *i. propter afflictiones & calamitates quas accepi ab hostibus meis qui me coegerunt fugere.* Vel, *quia hostes me exosum omnibus reddiderunt.* Alij, Præ cunctis hostibus meis fui, *&c. q. d. amici & familiares mei, me supra omnes hostes meos probrosum duxerunt.* Et pauor ופחד & terror. horror. *i. incussi metū iis quibus vtebar antea familiariter.* 13 A corde: מלב *Iungitur principio versus*, excidi corde, *siue* memoria, *vel* animo *amicorū meorum: nō magis curauerūt res meas quàm si mortuus fuissem.* Factus sum, *&c.* הייתי ככלי אובד similis fui fictili confracto. *vel*, quod perit. *i. habitus sum ab hominibus vt vas confractum.* 14 Vituperationem mul. דבת רבים conuitium [contumeliam] magnorum. *Inde augetur indignitas, quū primores nos traducunt & infamant.* Circunquaque, מסביב *sub. fuit mihi.* Vel, timor circunstetit me. Cogitant זממו *Præt. Heb. pro præs.* 15 Speraui בטחתי *Vel sunt præterita pro præs.* spero Iehoua. dico.

tu, in manibus tuis sortes meæ.

16 In manu tua ſunt ' tempora mea:erue me è manu inimicorũ meorũ,& à perſequẽtibus me.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.

17 'Lucere fac faciẽ tuam ſuper ſeruum tuum,ſerua me propter miſericordiam tuam.

Illustra faciem tuam super seruũ tuum, saluum me fac in misericordia tua:

18 Iehoua, ne pudore afficiar, quoniam ' inuocaui te : pudore afficiantur impii , 'excidãtur in ſepulchro. *Optat impiis ac mendacibus confusionem.*

Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa,

19 Obmuteſcant labia mendacia quæ loquuntur aduerſus iuſtum 'dura cũ ſuperbia & contemptu.

Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione.

20 Quàm multum eſt bonum tuũ quod 'ſepoſuiſti timentibus te,quod 'operatus es ſperantibus in te coram filiis hominum. *Declaratio bonorũ Domini, quæ sunt parata iis qui eũ timent, in eóque confidunt.*

Quàm magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quã abscondisti timentibus te,

Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.

21 'Abſcõdis eos in abſcondito

Abscondes eos in abscon-

16 Tempora mea עתותי *.i. tempus, siue anni vitæ meæ.*

17 Lucere fac, &c. האירה וגו׳ Lucidam faciem oſtende ſeruo tuo.Illuſtra ſeruum tuũ. *Hanc loquendi formam quidam existimant ductam esse à cõmuni hominum sensu qui se à* Deo *non respici existimant, nisi reipsa & effectu ostendat se gerere eorum curam.* Lumen vultus & faciei *significat fauorem.q.d. præsenti auxilio palàm mihi fias, sis mihi propitius ac fauens.*Id *in afflictionum caligine cernere, nõ ita facile erat.*

18 Inuocaui te: קראתיך *Vel per præsens,* inuoco te. *Alij,* ne pudeat me quòd inuocauerim te. *dum scilicet non exaudieris me.* Excidantur ידמו *id est, postquam perierint, deferantur ad sepulchrum. Alij,* ſileant in ſepulchro,*id est, silentes efferãtur ad sepulchrum. vel potius, morte compescantur ne amplius noceãt. Ideo mox additur,* Obmuteſcãt, *&c. Chaldæus paraph.* taceant,& deſcendant in infernum.

19 Dura עתק durum, *sub. verbum. sing. pro plur. i. verba atrocia. nã dicebant* Danidem *parare insidias, & regnũ affectare. Alij,* rẽ ſuperbã.*siue,* ſuperba.

20 Sepoſuiſti צפנת *Ad verbũ,* abſcõdiſti,*pro, sepostuisti, recõdisti. Alij,* Quàm copioſa eſt bonitas tua quã repoſuiſti, *&c.* Operatus es פעלת *Hebraismus est, p, exhibuisti, vel præparasti.*

21 Abſcondis eos, *&c.* תסתירם וגו׳ *Futurum Heb. pro præsenti. id est, statuis eos ante faciem tuam, vbi sunt tanquam in abdito & lati-*

g.i.

bulo tutissimo. Aptissimè exprimit hoc vno tutos & saluos esse fideles si Dominus eos respicit.

faciei tuæ ab elationibus viri: abscondis eos *tanquam* in tabernaculo à contentione linguarũ.

Gratias agit Deo pro ipsius bonitate erga se.

Benedictus Iehouáh, quòd mirabilẽ reddidit misericordiã suã erga me *tãquã* in ciuitate munita.

Quanuis diffideret, orat tamẽ, & exauditur.

Et ego dicebã dum festinarẽ, Excisus sum ab oculis tuis: verùm exaudisti vocem deprecationum mearũ dum clamarem ad te.

Exhortatio ad amãdum Deum.

Pœnæ superborũ.

Diligite Iehouam omnes misericordes eius: fideles custodit Iehouáh, & reddit propter superbiam facienti superbè.

Roboramini, & roborabit Deus cor vestrum, omnes sperantes in Iehoua.

dito faciei tuæ à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo à cõtradictione linguarũ.

22 *Benedictus Domin^9, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.*

23 *Ego autem dixi in excessu mentis meæ, Proiectus sum à facie oculorum tuorum.*

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.

24 *Diligite Dominũ omnes sancti eius: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.*

25 *Viriliter agite, & cõfortetur cor vestrũ, omnes qui speratis in Domino.*

Ab elationibus viri: מרוכסי איש ab arrogantiis virorũ. *vel*, cuiuscunque. *i. ne lædantur ab hominibus superbis & arrogantibus: quos nisi cõpescat Deus, furiosè insurgunt in bonos.* A contentione מריב à rixa. *i. calumniis. i. vt tuti sint à linguarũ virulentia. q. d. facis vt verbis lædi non possint.* 22 Benedictus Iehouáh, *&c.* ברוך יהוה כי הפליא Laudabilis est Iehouáh, quia mirabilem fecit bonitatem suam, *&c. Hebraismus, pro, Omni laude dignus est Iehoua qui miro quodam modo ostendit misericordiã suam in me, tutando me perinde acsi fuissem in vrbe munitissima.* 23 Dum festinarem, בחפזי in præcipitatione mea. *id est, dum præceps fugerem Saulem. Alij,* in trepidatione mea, *ad animi perturbationẽ referẽtes: fatetur enim se diffidẽtia sua promeritũ vt desertus & abiectus à Deo periret. Eandẽ ferè confessionẽ repetit Psal. 106. b. 11.* Excisus sum, *&c.* נגרזתי מנגד עיניך proiectus [*siue*, reiectus] sum à cõspectu oculorũ tuorum. *i. depulsus sum à conspectu tuo.* Verùm לכן propterea. *vel potius*, at verò. *aut*, at certé. *Alij*, vtique tamen. 24 Misericordes e. חסידיו *id est quotquot sensistis misericordiam eius & bonitatẽ.* Propter superbiã על יתר pro superbia. *vel*, residuo. *sub. hominũ. i. vsque ad filios & nepotes, qui residui manebunt ex illorum semine. Alij*, abundanter.

25 Roboramini & rob. חזקו ויאמץ Viriliter agite [Fortes estote] nam corroborabit.

XXXI.

Ipsi David intellectus.

1 *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.*

2 *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatū, nec est in spiritu eius dolus.*

3 *Quoniam tacui, inveterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.*

4 *Quoniā die ac nocte grauata est super me manus tua: cōuersus sum in ærūna mea dū configitur spina.*

XXXII.

¶Dauidis intelligentia.

1 BEatus cui ᵃremissa est præuaricatio, cui tectū est peccatum.

2 Beatus homo cui nonᵇimputat Iehouáh iniquitatē, nec est in spiritu eiusᶜdolus.

3 ᵈQuoniā tacui, inueterauerūt ossa mea,ᵉī rugitū meo tota die.

4 Quoniam die ac nocteᶠaggrauatur super me manus tua, versus estᵍviror meus in siccitates æstatis. Sélah.

David graui morbo affectus, pro suis peccatis quæ sentiebat, ac cordis sui hypocrisi exclamat, & demonstrat quisnā sit iustus. rom. 4.a.7

Sive taceret cogitans peccata sua, sive clamaret, dolore excitabatur.

IN PSALMVM XXXII.

1. Intelligentia. משכיל erudiens. eruditio. *i. psalmus eruditione plenus. nam David post longos & horribiles cruciatus, tandē gratiam adeptus, documentū hoc ad suum & totius* Ecclesiæ *vsum accommodat, vt se & alios erudiat in præcipuo salutis capite. Aut vox* Hebræa Maschil, *nomen est carminis & harmoniæ, ad cuius modulos decātatus fuit hic psalmus. Alij volunt nomen fuisse instrumenti musici.* Beatus אשרי *Vide primū Psalmum.* Remissa est præuaricatio נשוי פשע cōdonatum est scelus. *Hic* י *est loco* ה, *& ad verbum legitur*, remissus præuaricationē. *i. cuius præuaricatio est remissa.* 2 Imputat יחשב *Fut. Heb. pro præs. aut præt.* Dolus. רמיה simulatio. fucus. *i. qui sincero corde conuertitur ad Deū, verè, sincerè, sine vlla hypocrisi agnoscēs peccatum.* 3 Quoniam tacui, inuet. כי החרשתי בלו Dum tacui, contabuerunt. *aut*, putruerunt. *Vel*, Dum tacerem, contabescebant. *i. dum tacitus apud me reputaui multitudinē & grauitatē peccatorum meorū, debilitatum & infirmatū est corporis mei robur. Inueterata enim sunt ossa mea. Quidā vertūt*, Quū silui, putruerūt ossa mea, in fremitu meo tota die. *i. Quum vellē reticere peccatū meum, nec vellem confiteri me nihil aliud esse quàm peccatum, non habebat cōscientia mea vllā requiē, vsqueadeo vt cogerer fateri peccatū meū, & fidere in bonitate Dei. Paulo pòst sequitur*, Delictum meum cognitum tibi feci.
In rugitu meo בשאגתי & quū rugii. *quòd scilicet tantū peccatum admisissem.* 4 Aggrauatur תכבד *Fut. Heb. pro præs. vel præt.* grauior est. ingrauescit, inualescit. *q. d. premit me dolor meus.* Per manum *grauitatem iudicij* Dei *intelligit.* Viror meus לשדי succus meus. *humidū radicale vocant. q. d. præ metu tui, succus meus exaruit, vt vehemēti æstate humor desiccatur. Quidā intelligūt hūc locū de peccato quod admisit in vxore* Vriæ. *Ad finem huius versus adiicitur apud* Hebræos

ɒSélah, *de quo dictũ est Psalmo tertio. q. d. O quantũ tormentum, sentire peccati sui grauitatẽ quæ ex grauitate pœnæ quã Deus irrogat, agnoscitur. Vel, quã aridus, & succi mei expers redditus sum! O aridũ & exhaustum me præ mœstitia contracta ex peccati mei agnitione!*

Confessione peccatorum suorum veniam cõsequitur. iesa. 65. d. 24

Peccatũ *igitur* meum "notum 5
feci tibi, & iniquitatem meam
non operui: |"dixi, Cõfitebor su
per præuaricationibus meis Iehouæ: & tu remisisti "iniquitatẽ
peccati mei. ɒSélah.

Delictũ meum cognitum tibi feci: & iniustitiã meã non abscondi.

Dixi, Cõfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Hæc eius venia, cæteri hanc misericordiam cognoscentes, accedant ad Deum liberé.

"Propter hoc orabit ad te oĩs 6
misericors, "tempore inuenien-
di: profectò "in inundatione a-
quarum multarum, ad eum non
pertingent.

Pro hac orabit ad te oĩs sanctus in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarũ multarũ, ad eum non approximabunt.

Deus ex tribulationibus liberat.

Tu "absconsio es mihi "ab an- 7

Tu es refugium meum à

5 Notum feci tibi אודיעך *Futurum Heb. quod nonnulli vertũt per præt. quòd sequentia verba Hebraicè sint præterita, quæ nonnulli per futura vertúnt*, Peccatum meum notum faciam tibi, & prauitatem meam non celabo tibi. *Posterius istud ad amplificandum additur.*

Dixi, אמרתי *Istud* Dicere, *pro, secum deliberare ponitur.* Super præuaricationibus meis, עלי פשעי *Omnes Hebræorum interpretes legerunt* עלי *per seri, vt* י *redundet, non* עלי *per pathah, vt* LXX *legerunt*, Confitebor de peccatis meis, *siue*, peccata mea. Iniquitatem עון prauitatem. *Alij*, noxam. *vel*, pœnam. *Aut* Iniquitatem peccati sui *vocat peccatum suum iniquũ.* ɒSelah *in fine huius versus ponitur, vt ostendat sententiam hanc esse notandam, qua docemur quomodo peccatum possit remitti, nempe credendo in Deũ qui solus remittere potest peccatum. O singularem (inquit) Dei erga homines peccata sua agnoscentes gratiam & beneuolentiam! Hic locus ostendit Deum præditum esse veniæ facilitate: quæ sanctis non est peccandi illecebra, sed occasio admirãdi bonitatẽ Dei.* 6 Propter hoc על זאת Propter hanc rem. *q. d. Exemplo meo alij ad te conuertentur, ob hoc quòd tam facilè mihi peccatum in te admissum remiseris.* Tempore inueniendi לעת מצוא tẽpore inuentionis. *i. quod à te inuentum fuerit ad eam rem idoneũ, tempore quo inueniri soles. Iesa. 55. b. 6, Quærite Iehouam dum inueniri potest. Est autem tempus gratiæ, tempus acceptum, de quo Paulus 2. Cor. 6. a. 2.*

In inundatione aquarũ m. לשטף מים רבים in diluuio aquarum multarum. *Magnam vim tribulationum significat. In maximis ærumnis & calamitatibus seruabitur pius ne lædatur ab illis.*

7 Absconsio סתר latibulum. profugium. *i. in quo delitescere possim tempore aduersitatum.* Ab angustia custodies me: מצר תצרני à tribulatione custodies me. *Alij*, ab hoste custodies me.

tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me.

guſtia cuſtodis me:ʳclamoribus liberationis circundas me. ᴅSélah.

8 *Intellectum tibi dabo, & instruã te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.*

8 ʳIntelligere faciam te, & docebo te viam per quã ambules, ʳconſulam tibi oculo meo.

Doctrina atque institutio ad bene viuendum.

9 *Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus.*

In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui nõ approximant ad te.

9 ʳNe ſitis ſicut equus, ſicut mulus, quibus non eſt ʳintellectus: ʳin camo & fræno os eius *eſt* ad coercendum ne appropinquet tibi.

10 *Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circundabit.*

10 Multi dolores *erunt* impio: at ſperantem in Iehoua miſericordia circundabit.

Piorum ac impiorum conditio.

11 *Lætamini in Domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.*

11 Lætamini in Iehoua, & exultate iuſti, ʳ& laudate omnes recti corde.

Exhortatio ad Lætitiam.

Clamoribus liberationis, *&c.* רני פלט תסובבני canticisſ *vel*, ouationibus⁊liberationis circũdabis me. *Fut. Heb. pro præſ. Phraſis Heb. pro, lætitia qua gaudere ſolent qui ab hoſtibus liberati ſunt, perfundes me. vel, canticis lætis quibus vti ſolent qui è periculis liberati ſunt, omnino cinges me. Verbo* Circũdandi, *multiplices ac varias ſalutis ſpecies deſignat.* ᴅSélah *addit, quia ſol⁹ Deus eſt qui eripere ſolet pios ab aduerſitatibus quibuſcunque.* 8 Intelligere faciã te, אשכילך Erudiam te. *Quo plus energiæ habeat exhortatio, ſermonẽ ad ſingulos dirigit. Quidam exiſtimant eſſe Dei verba.* Conſulã tibi oculo meo. איעצה עליך עיני annuam ſuper te oculo meo. *Vel,* conſulam tibi proſpectione mea. *id eſt, ipſe videbo quid tibi ſit vtile. vel, nutu conſilium tibi dabo.* 9 Ne ſitis אל תהיו *Mutatio numeri Hebræis frequens, pro,* Ne *ſis.* Intellectus: הבין *Infinit. Heb. pro nomine verbali.* In camo & fræno, *&c.* במתג ורסן עדיו לבלום בל קרוב אליך *Hebraicè ad verbum legitur,* In lupato & fræno os eius ad conſtringendumſ *vel,* conſtringere⁊non appropinquare ad te. *Infinit. pro futuro aut præſ. Latinè ſic,* quorum os *niſi* lupato & fræno conſtringas, nõ appropinquabuntſ *vel,* appropinquãt⁊ ad te. *Vel,* quorum os lupato & fræno coercere oportet ne accedant ad te. *i. ne mordeãt. Vterque ſenſus poteſt ex verbis* Hebraicis *elici.* 11 Et laudate oẽs, *&c.* והרנינו כל ישרי לב & incitate ad ouationem rectos corde. Rectos corde *vocat qui ex animo reſipiſcunt, & qui reuera ac ſine hypocriſi peccatum agnoſcunt. Secundo verſu eoſdem vocat,* in quorũ ſpiritu non eſt dolus.

Exhortatio ad rectos corde vt laudent Deum, quod oĩa quæ dicit & promittit, sint vera, eáque præstet, bene ac rectè ordinans omnia.

XXXIII.

1 ᵃExultate iusti in Iehoua: re-
ctis ᵇpulchra est laus.
2 ᶜConfitemini Iehouæ in ci-
thara: in nebel & decachordo ca-
nite ei.
3 Cantate ei canticũ nouum,
ᵈdoctè pulsate in clamore:
4 Quia rectum est verbũ Ieho
uæ, & omne opus eius ᵉin fide.
5 ᶠDiligit iustitiã & iudicium,
misericordia Iehouæ plena est
terra.

Laudat Dei potentiã ex creatione rerum, ex qua formidabilem esse illum ostendit.

6 ᵍVerbo Iehouæ cæli facti sũt,
ʰ& spiritu oris eius omnis exer

XXXII.

In finẽ, Psalmus David.
Exultate iusti in Domino: rectos decet laudatio.
Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.
Cantate ei canticũ nouũ: bene psallite ei in vociferatione:
Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra.
Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris e-

IN PSALMVM XXXIII.

1 Exultate רננו Ouate. Pulchra est נאוה decora est. *acsi dicat, hoc præcipuum esse studium in quo iustos occupari deceat, vt iustitiam, bonitatẽ, & virtutem* Dei, *quarum notitiam animis infixã gerunt, prædicent apud homines.* Alij, conuenit. congruit. *nam si idem tentent impij, vel hypocritæ, id in probrum* Dei *magis quàm in laudem vergit.* Alij, desiderabilis est. 2 Confitemini Iehouæ הודו ליהוה Celebrate Iehouam. 3 Doctè pulsate in clamore: היטיבו נגן בתרועה *Ad verbum,* Benefacite pulsando cum iubilatione. *Vel,* bene modulamini in clangore. *Hebraismus, pro, pulsate siue sonate doctè & ex arte, ac suauiter vnà cum voce læta.* Eadem loquutio & Iesa. 23. d. 16. *Quidam vertunt,* strenuè canite, &c.

4 In fide. באמונה in veritate. *i. sunt fidelia & vera. q. d.* Dominus *semper verax est & fidelis, seruánsque promissi, quicquid agat, & quãuis nos affligat. Quidam intelligunt* verbum *&* opera *idem esse. Alij autem aliam expositionem afferentes, distinguunt: vt* verbum *tantundem valeat ac consilium* Dei, *vel mãdatum:* opus *verò sit effectus & exequutio. Geminatur quidem (inquiunt) eadẽ sententia diuersis verbis, vt alibi passim: sed rara non est in repetitionibus modica deflexio, vt idem variè & pluribus modis dicatur. q. d. quicquid statuit* Deus *ac mandat, rectũ est: quicquid opere ipso perficit, fidele est ac verax.* Interea *notãdum,* verbum *non accipi pro doctrina, sed pro mundi gubernandi ratione.*

6 Verbo Iehouæ, &c. בדבר יהוה וגו' *Vt melius ad reputanda* Dei *opera expergefaciat, ipsam mundi creationem nobis proponit: simúlque agnoscamus eum curare res humanas, mundique statũ, eius consilio & magni gubernari.* Cælos *pro vniuersa mundi machina posuit.* Et spi-

ritu oris eius וברוח פיו *Figuratè spiritum oris pro ipsa pronuntiatione sumit: acsi dictum esset, Simulac halitum vocis suæ emisit* Deus, *vel protulit verbo quid vellet fieri, cælos repentè extitisse, & quidem incredibili stellarum copia & varietate extructos.* Verum *quidem est, similitudinem hanc ab hominibus sumptam esse: sed alibi docet* Scriptura, *æterno illo* Ser*mone qui vnigenitus* Dei Filius *in carne apparuit, mundum fuisse creatum.* Quòd *in exercitu soleant esse homines qui nullo numero comprehendi posse videntur, propterea* exercitũ stellarũ *vocat tanquã innumerabilẽ.*

ius omnis virtus eorum.

citus eorum:

Congregans sicut in vtrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos.

7 Congregans velut in aceruũ aquas maris, ponens 'in thesauris voragines.

Timeat Dominũ *omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem:*

8 Timeat à Iehoua omnis terra, ab eo paueant omnes habitatores orbis:

Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

9 Quoniam ipse dixit, & fuit: ipse præcepit, & extitit.

Prouidẽtia & cõsiliũ Dei *æternũ, dißipans consiliũ hominum. iudith* 16.c.18

Dominus dißipat cõsilia Gentium, *reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principũ:*

10 Iehouáh irritum facit consilium Gentium, irritas facit cogitationes populorum:

Cõsilium autem Domini *in æternum manet, cogitationes cordis eius in generatione & generationem.*

11 Consilium *autem* Iehouæ in seculum stat, cogitationes cordis eius 'in generationem & generationem.

Beata gens cuius est Dominus, Deus *eius, populus quẽ elegit in hæreditatem sibi.*

12 Beata gens cui Iehouáh est Deus: populus quem elegit in hæreditatem sibi.

Quis est populus beatus.

De cælo respexit Dominus: *vidit oẽs filios hominũ.*

13 E cælis 'respicit Iehouáh, videt omnes filios hominum:

Deus *videt ac cognoscit omnia: omnium curã prouidentiámque habet, omnia habet in potestate sua.*

7 In thesauris באוצרות *q.d. conclusit certo loco seruandas abyssos, non aliter quàm thesauri concludi solent.* Commendat *insigne in mundi superficie, & dignum notatu miraculum, quòd* Deus *elementũ aquæ fluidum & instabile, instar solidi acerui collectum suo arbitrio teneat: & in ipsis quoque terræ visceribus mira & incomprehensibili virtute recondat tanquã thesauros. Quidã vertunt,* velut thesauros reposuit abyssos.

11 In generationem & generationem לדר ודר Sub. permanebunt. *aut,* perdurabunt. *Alÿ,* in seculum & in seculum.

13 Respicit הביט *Præt. Heb. pro præs.*

'Ex habitaculo ſeſſionis ſuæ 14
proſpicit ſuper omnes habitato-
res terræ.

De præparato habitacu-
lo ſuo reſpexit ſuper omnes
qui habitant terram.

Qui 'formauit ſimul cor eo- 15
rum, 'qui cõſiderat omnia ope-
ra eorum.

Qui finxit ſigillatim cor-
da eorum, qui intelligit o-
mnia opera eorum.

Non ſaluatur Rex in multitu 16
dine exercitus, 'potens non eua-
det in multitudine roboris.

Non ſaluatur Rex per
multam virtutem: & gigas
non ſaluabitur in multitu-
dine virtutis ſuæ.

Vitam hominum, vnius Dei gratia ſtare incolumem.

Mendacium eſt equus ad ſa- 17
lutẽ, & in multitudine roboris
ſui non eripit:

Fallax equus ad ſalutẽ.
in abundantia autem vir-
tutis ſuæ non ſaluabitur.

Ecce oculus Iehouæ ſuper ti 18
mentes eum, in ſperantes in mi
ſericordia eius:

Ecce oculi Domini ſuper
metuẽtes eum, & in eis qui
ſperant ſuper miſericordia
eius:

'Vt eruat à morte animas eo- 19
rum, '& viuificet eos in fame.

Vt eruat à morte animas
eorum, & alat eos in fame.

Ideo anima noſtra' expectat 20
Iehouã: *nam* auxilium noſtrum
& clypeus noſter eſt.

Anima noſtra ſuſtinet Do-
minum, quoniam adiutor
& protector noſter eſt.

Dominus eſt auxilium & ſcutũ noſtrum, lætitia iis qui in eo fidunt.

'Certè in eo lætabitur cor no- 21

Quia in eo lætabitur cor

14 Ex habitaculo מִמְּכוֹן De baſi. *i.* De *firmo domicilio. è ſeſſione ſua firma & ſtabili.* Idem *dicit quod verſu præcedenti, mutatis paululũ verbis.* 15 Simul יַחַד Non *intelligit vno temporis momento formata fuiſſe hominũ corda, ſed omnia ad vnum & ſine exceptione formata eſſe, vt fruſtra notitiã fictoris ſui latere vel ſubterfugere conentur.* Qui conſiderat הַמֵּבִין animum aduertens. intelligens. 16 Potens גִּבּוֹר fortis. heros. gigas. 17 Mendacium שֶׁקֶר Vanitas. fallacia. N*omen pro verbo, vel adiectiuo. q. d. fallit equus, aut fallax eſt equus, ſi illi fidamus.* 19 Vt eruat לְהַצִּיל vt liberet. eripiat. Et viuificet eos. וּלְחַיּוֹתָם Hebraiſmus, *pro, ſeruet eos in vita. Quidam vertunt,* nutriat. *Alij,* vt alat eos. I*dem bis dicit aliis verbis.* 20 Expectat חִכְּתָה Præt. Heb. *pro præſ. verti poteſt,* expectet. 21 Certè in eo, &c. כִּי בוֹ וְגוֹ' Q*uoniam particula* כִּי *quæ in hoc verſu bis repetitur, variè ſumitur ab* Hebræis, *duplex poteſt eſſe ſenſus. Si affirmatiuè exponas in vtroque membro, vt vertit noſter interpres, tam de ſua lætitia quàm de ſpe gloriabuntur fideles.* Certè *(inquiunt)* Deus *ſemper noſtra lætitia erit, certè ſacrum eius nomen inſtar arcis inuictæ nobis erit ad refugium. Si verò cauſaliter accipias* כִּי

secundo loco positum, sic vertes, Certè in eo lætabitur cor nostrũ: quia in nomine sanctitatis eius sperauimus.*q.d.Quia spes nostra in Deo defixa fuit, non deerit ipse suis partibus quin perennem gaudij materiam suppeditet.*Vel, Quia in eo lætabitur cor nostrum, certè in nomine sanctitatis eius sperabimus.

nostrum: & in nomine sancto eius sperauimus.

strum, certè in nomine sanctitatis eius sperabimus.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

22 Sit misericordia tua ô Iehoua super nos, quemadmodum sperauimus in te.

XXXIII.

XXXIIII.

Dauidis quum immutauit vultum suũ coram Abimélech: & dimisit eum, & abiit.

1 ¶Dauidis, dum ipse mutauit vultum suum corã Abimélech: qui expulit eum, & abiit.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

2 א Benedicam Iehouæ in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Excitat & se & alios ad laudãdũ Deum liberatus ab Achis rege Geth.

In Domino laudabitur anima mea: audiant mãsueti, & lætentur.

3 ב In Iehoua laudabit se anima mea: audient humiles, & lætabuntur.

Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

4 ג Magnificate Iehouã mecũ, & exaltemus nomen eius simul.

Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

5 ד Quæsiui Iehouam, & exaudiuit me, & ex omnibus timoribus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & il-

6 ה Aspicient ad eum, & illu-

IN PSALMVM XXXIIII.

1 Dum ipse mutauit, &c. בשנותו את טעמו quum ipse mutasset sensum suum. rationem suam. sermonem suum. *i. dum fingeret sensum suum esse immutatum, hoc est, quum insaniam simularet.*

2 Benedicam Ieh. אברכה את יהוה Laudabo Iehouam. *vel,* Prædicabo. *Omnes versiculi huius Psalmi ordine alphabeti Hebraici scribuntur, ac singulæ literæ suo ordine in capitibus versuum ponũtur, præterquam ו quod in medio versus ponitur. Quod obseruasse videtur vt suæ lætitiæ ex parta victoria, signa vera etiam ipso stylo ostenderet.*

3 Laudabit se תתהלל gloriabitur. iactabit se. Humiles ענוים mansueti. afflicti. 5 Quæsiui דרשתי Studiosè quæsiui. Requisiui. Exquisiui. Timoribus meis מגורותי pauoribus. [*vel,* terroribus] meis. 6 Aspiciẽt ad eũ, & ill. הביטו אליו ונהרו *Præt. Heb. pro fut.* Aspicient ad illum, & splendebunt. *vel,* illustrabuntur.

ita Chaldæus paraph. à radice נהר*.i. qui in tenebris antè torpebāt, quasi exorta luce, oculos ad Deum erigent: & qui pudore oppreßi iacebant, nouā vultus alacritatem induent. Alij à* נהר *vertunt,* Aſpicient ad eum, & accurrent. *vel,* concurſabunt. *Alij,* Aſpiciant ad illum, & properēt. *Quidam ſic reſoluunt hanc ſententiam, vbi ad eum aſpexerint, & confluxerint, non pudefient eorum facies.*

minabuntur, ו & facies eorum non afficientur pudore. — *luminamini: & facies veſtræ non confundentur.*

Eripit Deus de afflictione.

ז Iſte pauper clamauit, & Iehouáh audiuit: & ex omnibus anguſtiis ſeruauit eum. 7 *Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.*

ח Caſtrametatur Angelus Iehouæ circū timentes ipſum, & eripit eos. 8 *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.*

Exhortatio ad guſtandam bonitatē Dei, eumq́; timendum, & nihil deerit.

ט Guſtate, & videte quòd bonus Iehouáh: beatus vir qui ſperat in eo. 9 *Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo.*

י Timete Iehouam ſancti eius: quoniam non eſt penuria timentibus eum. 10 *Timete Dominum omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia timentibus eum.*

Diuites inopes. Quærētes Deum.

כ Leūculi indigebūt, & famē patientur: ſed quærentes Iehouam non deficient vllo bono. 11 *Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirētes autem Dominum non minuentur omni bono.*

7 Pauper עני afflictus. *Pios omnes Dauid de ſe loquentes inducit, quo magis emphaticè exprimat quantum momenti ad eos animādos habeat ſuum exemplum.* 8 Et eripit eos. ויחלצם *Fut. Heb. pro præſ.* & tuetur eos. *vel,* liberat. *aut,* liberare ſolet. *nam per futurum dicunt Hebræi quod Latini exprimunt per infinitiuum & verbum Soleo. Quod de vno Angelo pronuntiat numero ſingulari, ad omnes extendere cōuenit. nam Scriptura docet, plures ſingulis deſtinari Angelos, prout Domino viſum eſt, & nobis vtile eſſe nouit.*

9 Quòd bonus כי טוב vt bonus. quàm bonus.

11 Indigebunt, רשו *Præterita Hebr. quæ nonnulli vertunt per præſens, egent, indigere ſolēt, eſuriunt. Aſſerit Dauid qui ſibi ab omni iniuſtitia temperent, plus hoc modo profecturos, quàm rapiendo ac prædando: quia ipſi quoq; leones feræq; beſtiæ ad prædam natæ, ſæpe eſuriant quū Dominus ſuos paſcit. Vel potius leones inedia & fame dicit perituros, quàm vt neceſſario victu fraudet Deus rectos & ſimplices. qui ſola eius benedictione contenti, non aliunde quàm ex eius manu alimēta quærūt.*

Nō deficient vllo b. לא יחסרו כל טוב nullo bono deſtituuntur.

Venite filii, audite me: timorē Domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.
Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.
Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxtà est Dominus iis qui tribulato sūt corde: & humiles spiritu saluabit.
Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus iis liberabit eos Dominus.

12 ל ʼVenite filii, auscultate mihi: timorē Iehouæ docebo vos.
13 מ Quis vir ille ʼqui vult vitā, ʼdiligit dies ʼvt videat bonum?
14 נ Custodi linguā tuā à malo, & labia tua à loquendo dolum.
15 ס Declina à malo, & fac bonū: inquire pacē, & persequere eā.
16 ע Oculi Iehouæ super iustos, & aures eius ad clamorem eorum.
17 פ ʼVultus *autem* Iehouæ contra facientes malum, vt succidat è terra memoriam eorum.
18 צ ʼClamāt *iusti*, & Iehouáh exaudit, & ex omnibus angustiis eorum eripit eos.
19 ק Propinquus est Iehouáh ʼcontritis corde, & attritos spiritu ʼseruat.
20 ר Multa sunt mala iusti: & à cūctis ipsis ʼeruit eum Iehouáh:

Opera quærentiū vitam.

Bona iustorum, & mala impiorum.

12 Venite לכו *Hebræi verbo imperatiuo vti solent pro aduerbio hortantis: vt Latini verbo Agite. Filios vocat discipulos. Salomon quemlibet Diuinæ doctrinæ capacem vocat filium. Etiam filiorum nomine ostendit Dauid quàm chari sint qui se in doctrinæ Diuinæ disciplinam tradunt.* Timorem Iehouæ *pro ipsa piè viuendi regula posuit.*

13 Qui vult vitā, החפץ חיים qui cupiat vitā, *sub. longæuā. Hebræi sæpe omittunt adiectiua quæ facilè subaudiuntur.* Diligit dies אהב ימים optat dies. *Subaudienda quædam, sic, quis inquam optat sibi dies multos?* Vt videat bonum? לראות טוב Videre bonū, *phrasi Hebraica dicitur, pro, frui bonis Dei quæ vitam istam beatā ac fœlicem reddere videntur. Quidam ista coniungunt præcedentibus, hoc modo,* amans dies quibus videat bonum; 17 Vultus פני Iræ.

18 Clamant צעקו *Præt. Heb. pro præs. q. d. quum clamāt iusti, &c.*

19 Contritis לנשברי confractis. *Incredibile est, vbi cordis langore confecti fideles ferè tabescunt, Deum illis esse propinquum. Dura præterea est probatio, gratiam Dei vsque differri, & subduci à sensu nostro dum spiritus nos deficiat.* Seruat. יושיע *Fut. Heb. pro præs.* seruare solet.

20 Eruit eum יצילנו *Fut. Heb. pro præs.* liberat. eripit.

ש Custodiēs omnia oſſa eius, 21
vnum ex eis non eſt contritum.
ת "Interimet impiū malitia: 22
& odio habentes iuſtum deua-
ſtabuntur.

Liberator Deus.

פ Redimit Iehouáh animā ſer 23
uorum ſuorum,& non deuaſta-

Spes in Deo.

buntur omnes ſperantes in eo.

Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnum ex iis nō conteretur.

Mors peccatorum peſſima: & qui oderūt iuſtum, delinquent.

Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum: & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

XXXV.

Implorat opē Dei vt iudicis, qui cauſam ſuam agat, & eū liberet. De Chriſto prophetia.

¶Dauidis. 1
L 'Itiga Iehoua cum litigan-
tibus mecum, "pugna cum
iis qui pugnant mecum.
"Apprehēde clypeum & ſcu- 2
tū,& ſurge in adiutoriū meum.
"Et educ lāceam,"& interclu- 3
de *uiam* in occurſum perſequē-

XXXIIII.

Huic Dauid.

Iudica Domine nocētes me: expugna impugnā-tes me.

Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & cōclude aduerſus eos qui per-

22 Interimet תמותת Vel per præſens, interficit. *ſiue*, deuaſtat. *q.d. Malum iugulat authorem mali.* *Quidam* malitiā *pro miſeria accipiunt, vt ſit ſenſus, impios miſerè perituros, quia tandem malis ſuccumbent. Sed altera interpretatio plenior eſt, quòd eorum improbitas quæ ſe munitos putant, in eorum capita recidet.*

IN PSALMVM XXXV.

1 Litiga Ieh. &c. 'ריבה יהוה וגו Diſcepta cum diſceptantibus mecum. *Vel*, Contende cum contendentibus mecum. *aut*, cum litigatoribus meis. *Alij*, Iudica iudicantes me. *Deum aduocans ſuæ cauſæ patronum, ſignificat cum improbis & maledicis negotium ſibi eſſe.*

Pugna, &c. 'לחם וגו expugna impugnantes me. *Vel*, deuora deuorantes me. *Ad arma ſuſcipienda incitans Deum, ſe violenter opprimi oſtendit.* 2 Apprehēde clypeum החזק מגן Celeriter apprehende clypeū. *Alij*, Robora, *vel*, corrobora clypeum. *ſub. meum. i. da robur clypeo meo, vt poſſim te duce tueri me. Huiuſmodi figuras primo intuitu aſperas Spiritus ſanctus vſurpat, quo certius pro ſenſus noſtri ruditate præſentiam auxilij Domini infigat cordibus noſtris.*

3 Et educ והרק *Ad verbum*, Et euacua. *vel*, denuda. *pro, deprome & expedi, aut exere. á* ריק. Et interclude, &c. 'וסגור וגו & prodi obuiā perſequutoribus meis. *Vel*, præoccupa ex aduerſo perſequētes me. *Aut*, conclude *viam* aduerſus perſequentes me. *Alij*, & obſiſte ad occurſum perſequutoribus meis. *Hi, quū velit Dauid quaſi interpoſito muro vel aggere, Dei obiectu prohiberi hoſtes ab acceſſu, ſenſum fideliter reddidiſſe videntur. nam* סגר *Hebræis Claudere ſignificat.*

sequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

tium me: 'dic animæ meæ, Salus tua sum.

Confundantur & reuereantur quærentes animã meam.

4 Pudore afficiantur, & erubescant 'quærẽtes animam meam:

Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

conuertantur retrorsum, & pudore afficiantur cogitantes malum meum.

Fiãt tanquã puluis ante faciem vẽti, & Angelus Domini coarctans eos.

5 Sint 'vt gluma ante ventum, '& Angel' Iehouæ impellat *eos*.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.

6 Sit via eorum 'tenebræ & lubricitates, & Angelus Iehouæ persequens eos:

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacuè exprobrauerunt animam meã.

7 Quoniam sine causa absconderunt mihi foueam retis sui, sine causa 'foderunt *foueam* animæ meæ.

Veniat illi laqueus quẽ

8 Veniat ei 'cõtritio *quã* nõ co-

Dic animæ meæ, אמר לנפשי *Hoc genere dicendi David penitus animo suo infixum esse ac persuasum significat, quod ex præsenti rerum intuitu statui non poterat, salutis suæ authorem esse Deum.*

4 Quærentes animam meam: מבקשי נפשי *Hebraismus, qui insidiantur vitæ meæ, aut student me perdere. Istos optat pudefieri, dum scilicet spe sua, votoq; deiecti fuerint.* 5 Vt gluma כמוץ vt puluis. palea tenuis. quisquiliæ. *Sic Psal. 1. b. 4.* Et Angelus Ieh. ומלאך יהוה *Non minus de diabolis quàm de Angelis cælestibus ad Dei obsequiũ promptis locus exponi potest. Pluribus verbis, quicquid tentent, & quocũque se vertant, cupit illis omnia consilia & conatus infæliciter cedere.*

6 Tenebræ & lubricitates, חשך וחלקלקות *Substantiua pro adiectiuis, tenebrosa, siue caliginosa, & lubrica. Optat vt per caliginem & loca lubrica Angelus instabiles eos rapiat, vt neque consilium suppetat, neque ratio, ac ne respirandi quidem detur tempus.*

7 Foderunt חפרו Additum est *Foueam. nam apud Hebræos omne verbum includit nomen quod ab ipso deducitur, vt à fodio fouea.*

8 Contritio *quam* non cog. שואה לא ידע tumultus *quem* non nouit. *De eo tumultu loquitur quo subita infertur ruina. q. d. Vbi pacẽ fallacibus illecebris sibi promiserit, percellat eum horror insolitus, & cum tumultuoso pauore sentiat se laqueis suis deprehensum. Alij vertunt,* calamitas *quam* nõ præuidit. *aut, quam* ignorat. *Nonnulli,* interitus, [*aut,* excidiũ] *quẽ* nesciat. *i. improuisum & inexpectatum. Mutatio numeri: nam ad omnes in genere hæc pertinent. Nisi fortè magis placeat, Saulem vel aliumquempiam ex proceribus notari.*

gnoscit, & rete ipsius quod abscondit, capiat eum, 'in desolationem ipsam cadat:

Anima autem mea 'exultet in Iehoua, gaudeat in salute eius. 9

Omnia 'ossa mea dicēt, Iehoua quis similis tibi, eripiēs afflictum à fortiori se, pauperē item & egenum à diripiente eum? 10

Queritur de improbitate inimicorum, innocentiam suam cōmemorās.

'Insurrexerunt testes 'mendaces: 'quæ non noueram, interrogauerunt me. 11

Rependerunt mihi malū pro bono, 'sterilitatē animæ meæ. 12

At ego 'quū ægrotarent ipsi, 'vestimentum meū *erat* saccus: affligebam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinum meum 'reuertebâtur. 13

ignorat, & captio quā abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit ī Domino: *& delectabitur super salutari suo.*

Omnia ossa mea dicent, Domine *quis similis tibi?*

Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me:

Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.

Ego autem quū mihi molesti essent, induebar cilicio:

Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.

In desolationem ipsam cadat: בשואה יפל בה cū tumultu cadat in illud. *Vel*, cum fragore corruat in illud. *Alij*, cum calamitate incidat in ipsum. 9 Exultet תגיל *Fut. Heb. exultabit de* Iehoua, *lætabitur de ope eius.* Videtur David *non tā vota continuare, quàm se* Deo *gratum fore promittere.*

10 Ossa mea עצמותי *Pars pro toto, totum corpus meum.*

11 Insurrexerunt יקומון *Fut. Heb. pro pr. et.* Mendaces, חמס iniquitatis. violentiæ. *pro, violenti.* Quæ non noueram אשר לא ידעתי *de eo* quod nō agnoscebam. *vel, de eo* cuius conscius non erā.

12 Sterilitatem שכול orbitatem. *sub. rependerunt. i. priuarunt me vita.* 13 Quum ægrotarent ipsi בחלותם AEgrotatio *metaphoricè accipitur pro quouis incommodo vel tristitia.* Significat *enim* David, *quoties illis malè esset, socium se doloris fuisse.* Vestimentum meum *erat* saccus: לבושי שק *sic Hebraicè, pro induebar sacco.* Reuertebatur. תשוב *Sic quidam vertunt, propterea quòd veteres ferè orabant incurui, quum essent in luctu, atque ita precatio quasi in sinum reuertebatur.* Si *ita accipias, non tam precationem quàm habitum precādi* Psaltes *hac oratione expressit.* Hinc *nonnulli,* In precationibus curuabar. *Alij,* reuertatur: *acsi dicat, Adeò bene precabar vt orationē meā redire velim in memetipsum: siqua mala illis imprecatus fuero, in me recidāt.* Alij, & precatio mea super sinū meū versa est. *& scribūt eadē*

ratione istud dici, atque Latinis Gaudere in sinu dicitur qui arcano & interiore sensu contẽtus est: ita etiam in sinu flere & precari aptè dicetur qui suas lachrymas & vota in aërem non spargit ad captandam hominum gratiam, sed contentus vno Deo teste, affectus suos apud se continet. q.d. tacitè mecum & remotis arbitris precãdo testatus sum quàm sincerè & ex animo dolerem de illorum incommodis & aduersitatibus.

Quasi proximum, quasi fratrem nostrum, sic cõplacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

14 "Tanquam amicus, tanquam frater meus *esset*, *sic* ambulabã: tanquam lugens matrem, pullatus "humiliabam me.

Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoraui.

15 "Sed *ipsi* in claudicatione mea lætati sunt, & cõgregauerunt se, congregauerunt se *inquã* aduersum me "claudi, nec sciebã: "prosciderunt *me*, & non "siluerunt:

Dißipati sunt, nec compuncti: tentauerũt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerũt super me dentibus suis.

16 *Congregauerunt se inquam* "cum hypocritis & subsannatoribus qui indulgent ventri, frendendo aduersum me dentibus suis.

14 Tanquam amicus כרע Quasi socius. Humiliabam me. שחותי incuruabar. *i. tristis deiecto capite incedebam, vt qui mœsti sunt.*

15 Sed *ipsi* in claudicatione mea ובצלעי *Claudicatio pro infirmitate & morbo: vel potius hac claudicatione notantur casus aduersi. acsi dixisset, Simulac labascere me viderunt, & ruinæ propinquum, quasi facto concursu, simul conati sunt me prorsus euertere.* Claudi, נכים percussi. *vel*, flagellati. *Alii*, dolore affecti. *vel*, afficientes. *Accipiuntur pro hominibus probrosis vel cõtemptis. vt significet Dauid se à sordida plebis fæce contumeliosè fuisse tractatum.* Prosciderunt קרעו aperuerunt. *sub. os suum præ vehementi risu. q.d. labiis distentis petulanter sua conuitia iactauerunt in me. Alij*, obloquuti sunt. *Alij*, sciderunt. *sub cor meum.* Siluerunt. דמו cessauerũt. *Repetitio Hebræis frequens, ad vehementiam exprimendam vel excessum: acsi dicat, maledictis nullum fuisse finem.* 16 Cum hypocritis, *&c.* בחנפי לעגי Cum impiis subsannatoribus subcineritii panis. *i. indulgentibus vẽtri, & parasitis. Alij*, Cum adulatoribus & subsannatoribus subsannatione. *vel*, verbo otioso. *Alij*, cum simulatoribus derisionum vanitatis. *i. cum hypocritis qui sannis dediti sunt, sannis inquam futilibus & vanis. Alij*, Inter perfidos subsannatores subcineritii panis, frendendo aduersũ, *&c. & iungitur præcedenti versui. Simpliciter Dauid narrat hostium suorum conspirationem, dicens, inter homines dolosos, & ad fallendum natos, atque præcisi pudoris, vnum hoc aßiduè agitari quomodo miserum hominem perdãt. Redit autem ad aulicos pro-*

ceres Saulis, aliosq; non absimiles : quos primùm vocat perfidos, hypocritas, vel sceleratos: deinde subsannatores, perfricta fronte & omni verecundia excussa, proiectos ad quiduis audendum. Vox מעוג *propriè significat panem sub cineribus coctum. Quidam tamen quia sensum appositum elicere non poterant, sumi putarũt pro garrula dicacitate, vel sermone otioso. Alij dixerunt illis subsannationem esse loco panis, quia scilicet pascant se, & oblectent sannis & ludibriis. Certè propria nominis significãtia retinenda videtur. Quanquam potest adhuc duplex esse sensus. quidam enim* מעוג *sumentes pro placenta, putant hîc perstringi liguritores qui lautas & opiparas mensas aucupabãtur. quales semper multi in aulis principum circunuolitant. Aliis verò magis placet, seruiles & sordidos homines perstringi, qui minimo linguas suas ad maledicendum addicerent: sicuti omnibus seculis reperti sunt qui frusto panis (vt loquuntur) linguas venales prostituerent. At si alios locos expendas vbi David ingenia, moresq; hostium suorum describit, facilè conijcias, mensarios scurras notari, qui inter pocula de eius cæde disputabant.*

17 Domine quousque "videbis? "eripe animam meam "à desolationibus eorum, à leonibus "vnicam meam.

Domine quãdo respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam:

18 Celebrabo te in cœtu magno, in populo "forti laudabo te.

Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te.

Iterum describit inimicos suos. Iohan. 15. d. 25

19 Ne lætentur *qui* inimici mei *sunt* im meritò: "*neq;* odio habẽtes me sine causa, "innuãt oculo.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè: qui oderũt me gratis, & annuunt oculis.

20 Quia non "loquuntur pacem, "& contra humiles terræ verba

Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquẽ-

17 Videbis? תראה *sub. istud, & conniuebis. Potest etiam esse sensus, Quando tãdem post longam dissimulationem videre incipies?* Eripe השיבה retrahe. reuoca. reduc. A desolationibus eorũ, משאיהם à tumultibus eorum. à calamitatibus eorum. Vnicam meam. יחידתי *Vnicam vocat solitariam, & quæ subsidiis omnibus destituitur. Vide Psal. 22. c. 21.* 18 Forti עצום robusto. valido. *id est multo. Suo more bis idem repetit. Significat David frequentiam & multitudinem populi quæ ad Sacros conuentus agendos in Sanctuarium ascendere solebat.* 19 Neq; odio habẽtes me g. שנאי חנם *More Hebræorum negatio præcedens, secundo loco subaudienda est. Alij,* qui oderunt me sine causa, & innuunt oculis. Innuant oculo, יקרצו עין colliment oculo. *Alij,* nictent oculo. *siue,* limis oculis. *i. subinde oculum claudant aduersum me per ludibrium.*

20 Loquuntur ידברו *Fut. Heb. pro præs.* Et contra humiles terræ ועל רגעי ארץ & contra mansuetos terræ. *Vel,* tranquillos. *aut,*

quietos.*i. pingues & saturos qui placido otio fruuntur.* Mansuetos *terræ vocat qui pacato animo viuunt, & quieto.* Nonnulli, & cum quietis terræ.*i. cū pinguibus & diuitibus. Aliis magis placet*; & super fissuras terræ.*i. homines calamitosos, qui velut fracti sunt ac mutili.*

tes, dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Euge euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti Domine, *ne sileas:* Domine *ne discedas à me.*

Exurge, & intende iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuā Domine *Deus meus, & non supergaudeāt mihi.*

Non dicant in cordibus suis, Euge euge animæ nostræ: nec dicant, Deuorauimus eum.

Erubescant & reuereātur simul qui gratulantur malis meis.

Induātur confusione &

fraudulenta cogitant.
21 Et dilatauerūt aduersum me
os suum: dixerunt, Euge euge,
vidit oculus noster.
22 Vidisti Iehoua, ne taceas: Do
mine ne elonges te à me.
23 Excita te, & euigila ad iudi-
cium meum, Deus mi, & Domi
ne mi ad causam meam.
24 Iudica me secundum iusti-
tiam tuam Iehoua Deus mi, &
ne lætentur de me.
25 Ne dicant in corde suo, Eu-
ge animæ nostræ: neque dicant,
Disperdidimus eum.
26 Pudore afficiantur, & erube-
scant pariter, læti malo meo: in
duātur pudore & erubescentia,

Magno dolore orat, excitans Deū *in auxilium.*

21 Et dilatauerunt וירחיבו Et distendunt. dilatant.*i. aperto ore aduersum me loquuntur.* Vidit ראתה *sub. quæ optauimus videre. Sibi cum plausu gratulantur quòd* Dauidem *viderint prostratum iacere: atq; ita læto spectaculo potiti sint.* 22 Vidisti ראיתה *Aut per præsens,* Vides.*sub. iniurias quibus me afficiunt. Hæc verba & sequentia rite emittere potest* Dauid *qui iam persuasus erat, pauperes & afflictos à* Deo *respici, & obseruari omnes iniurias.*

23 Excita te, העירה Exurge. Expergiscere. Ad iudicium meum, למשפטי vt ius mihi dicas.*i. vt ius meum vindices.*

24 Iudica me שפטני Ius mihi redde.*i.* Pronuntia *de iure meo. Cōfirmat proximam sentētiam, vt* Deus *iuris sui patronus sit atq; assertor.*

25 Euge animæ nostræ: האח נפשנו Vah anima nostra. *Vel,* Vah votum [*siue,* desiderium] nostrum.*q. d. pro voto successit.* נפש *enim significat etiam votum, desiderium, & cupiditatem.* Disperdidimus eum. בלענוהו Vorauimus eum.

26 Pariter, יחדו simul.*q. d. omnes ad vnum vno ictu prosternātur.*
Et erubescentia, וכלמה & ignominia.

h.i.

'magnificātes sese aduersus me.

Exhortatio ad lætitiam.

'Laudent,& exultent'qui vo 27
lunt iustitiam meam : & dicant
semper, Magnificetur Iehouáh
'qui vult pacem serui sui.

Iustitia Dei.

Et lingua mea'loquetur iusti- 28
tiam tua, omni die laudem tuā.

reuerentia qui magna loquuntur super me.
Exultent & lætētur qui volūt iustitiam meam & dicant semper, Magnificetur Dominus, *qui volunt pacem serui eius.*
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

XXXVI.

¶ Victori, serui Iehouæ Da- 1
uidis.

XXXV.

In finem, seruo Domini *Dauid.*

Impiis nullus Dei timor.

D'Icit præuaricatio impio,in 2
medio cordis mei, Non *est*
pauor Dei ante oculos eius.
Quoniam'blanditur ei in o- 3
culis eius, vt inueniat iniquita-
tem suam ad odium.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, Nō est timor Dei ante oculos eius.
Quoniam dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odiū.

Magnificantes sese המגדילים attollentes sese. *Vt* Deo *exosos reddat* David,*contumelia & fastu plenos esse dicit.*

27 Laudent ירנו Ouent.Iubilent. Qui volunt iust.meā: חפצי צדקי delectantur iustitia mea.fauēt iustitiæ meæ.quibus placet iustitia mea. *Fidelibus hunc affectum tribuit, quòd ius hominis innoxij saluum esse cupiunt.* Qui vult החפץ qui amat.*i.cui placet, siue cordi est vt seruus suus rerum successu fruatur.*

28 Loquetur תהגה meditabitur.resonabit. *Hac clausula repetit. se* Dei *iustitiam laudibus celebraturum qua seruatus fuerit.*

IN PSALMVM XXXVI.

1 Victori למנצח *vide Psal. 4.a.1.* 2 Dicit præuaricatio impio, נאם פשע לרשע בקרב לבי *Ad verbum,*Dictum præuaricationis *est* ipsi impio in medio cordis mei. *i. sic cogito apud me & in animo meo, improbitatem suggerere impio,* N*on est quod timeas.idcirco* nō *est* timor Dei,*&c. Alij,*Dicit scelus de improbo[Loquitur iniquitas impii]in medio cordis mei,*quòd* non *est* timor,*&c.q.d.Testantur mihi in animo meo scelera impij,nullum illi esse* Dei *timorem. siue, ex sceleribus quæ perpetrant impij, penitus sentio, nullo ipsos tangi* Dei *timore. Aut(eodem tamen sensu)Propheta dicit malitiam impij hominis quæ videtur latere incognita,clarè in corde suo loqui,seq; certum esse testem quid ipsa suggerat.* 3 Blanditur ei החליק אליו *Id est,præuaricatio lenibus verbis suadet impio vt suam peccandi voluntatem expleat,designet iniquitatem quam cupit,ad odiendum illam: hoc est ad odium vsq; & fastidium. Alij vertunt,*Blanditur sibi in oculis suis ad inueniendum iniquitatem eius ad odiendum. *vel,*odium.*i.donec digna inue-*

ueniatur iniquitas eius quæ odio habeatur: siue, donec summo odio digna iniquitas eius euadat. Dicit eos blanditiis sua vitia alere, ne sibi peccando displiceant. atque eousque blanditiis suis progrediuntur, vt eorũ iniquitas sit omnibus execrabilis. Alij posteriorem partem vertunt, Vt inueniat iniquitatem suam ad odium. *i. eousque persuadet illi transgressio vt malè agat, vt ipse tandem fastidio teneatur illius, & lassetur peccandi assiduitate. nemo enim adeò nequam est quin sibi interdum displiceat.* Inuenire *hîc pro deprehendere, palámq; cognoscere accipitur.*

Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.

4 Verba oris eius *sunt* iniquitas & dolus: "desiit intelligere vt bene agat.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.

5 Iniquitatem cogitat in cubili suo, "stat secus viam non bonam, malum non "abiicit.

Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes,

6 O Iehoua, "vsque ad cælos misericordia tua: "veritas tua vsq; ad nubes.

Misericordia Dei abundantissima, quæ etiam bestiis omnibus prouidet.

Iustitia tua sicut montes Dei. iudicia tua abyssus multa.

7 Iustitia tua sicut montes "Dei: "iudicia tua, vorago multa: ho-

4 Desiit intelligere, &c. חדל להשכיל להיטיב desiit instituere *cor suum* vt emendet *viam suam. Alij vertunt*, renuit erudiri vt bene faceret. *vel*, detrectat intelligere vt bene agat. *Dicit reprobos fugitare rationem bene agendi, ne vitam suam in melius corrigere cogantur.*

5 Stat יתיצב *Futura Hebræis pro præsẽtibus, aut præteritis, vt & mox. Alij*, insistit in via nõ bona. Abiicit. ימאס auersatur. abominatur. 6 Vsque ad cælos mis. t. בהשמים חסדך vsque ad cælos bonitas tua. *i. altitudine cælos ipsos æquat. Admiratur* David *incredibilem* Dei *patientiam, quòd humanum genus tanta scelerum colluuie refertum, fauore & beneuolẽtia prosequi non desinat.* Veritas t. אמונתך *Veritas hoc loco vel pro fide accipitur quam Deus in suis promissis præstat: vel pro iusto temperamento in quo liquida & minimè fallax rectitudo eius perspicitur.* 7 Dei: אל *.i. altissimi. nam quicquid eximium, magnum, & præstans est, id* Dei *esse dicunt* Hebræi. *Et solet Scriptura, ad augendum aliquid, coniungere illi nomen* Dei: *quia vt maximè vnaquæq; res excellit, ita* Dei *gloria in ea refulget.* Vide Gene. 1. a. 2. *& 10. b. 8. & Psal. 80. b. 11. Iob 6. a. 4. q. d.* Tam *immensa est bonitas, siue misericordia tua, quàm sunt immensi montes, quãtumuis alti.* Iudicia tua, *&c.* משפטיך וגו' Dicit *iudicia* Dei *magnis & profundis abyssis similia esse: nam quocũque vertamus oculos sursum ac deorsum, iusto* Dei *iudicio omnia disponuntur: quantumuis magna scelerum abyssus inter homines exundet, terrámque obruat, maior tamen est prouidentiæ* Dei *abyssus qua omnia dispensat ac temperat.*

minē & animal 'seruas Iehoua.
Quàm 'pretiosa est misericor 8
dia tua Deus: ideo filii hominū
in vmbra alarum tuarū 'sperant.
'Inebriabuntur pinguedine 9
domus tuæ, & torrente delicia-
rum tuarum potum dabis eis:
Quoniam apud te est 'vena vi 10
tæ, & in lumine tuo videbimus
lumen.
'Protrahe misericordiam tuā 11
ad cognoscentes te,& iustitiam
tuam ad rectos corde.
Ne veniat mihi 'pes superbiæ, 12
& manus impiorum ne 'migra-
re faciat me.

Misericordiā Dei & iustitiā petit.

Homines & iumēta saluabis Domine:*quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam* Deus.

Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos:

Quoniā apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam iis qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

Seruas תושיע conseruare soles *Fut.Heb.pro præs.q.d.& ad homines,& ad bruta animalia curam tuam extendere digneris.*

8 Pretiosa יקר præclara.*i.excellit,& magnificè se profert.*

Sperant. יחסיון *Fut.Heb.sperabunt.q.d.quāuis perditè luxurient in sceleribus impij,nihil tamen obstat quominus fideles* Dei *bonitate freti,in paternam ipsius curam se cōij:iant.* Alarum *similitudine* Deus *exprimit non aliter sua tutela nos foueri, quàm pullos sub alis matrū:at q; ita familiariter & blandè ad se nos inuitat.*

9 Inebriabuntur ירויון Inebriabunt se. Implebunt se.*Saturabuntur opulentia domus tuæ.* Pinguedinē *domus* Dei *appellat bonorū affluētiam quæ non omnibus promiscuè est proposita,sed reposita est filiis qui totos se eius fidei committunt.* Comprehēdit *omnia* Dei *beneficia quæ tam ad præsentis vitæ vsum, quàm ad æternam & cælestem beatitudinem pertinent.* 10 Vena vitæ,&c. מקור חיים וגו' fons vitæ, in lumine tuo. *Hebraismus , quo significat nullam vitæ guttam extra ipsum posse inueniri,& quæ nō fluat ex eius gratia.præterea luce carerēt homines, nisi quatenus ipse irradiat eos: q; si hoc de luce vitali verè prædicatur,quomodo ad vitæ cælestis intuitum erimus oculati,nisi* Spiritus Dei *nos illuminet?* 11 Protrahe משך Obtende. Extende. Prolixam fac. 12 Pes superbiæ, רגל גאוה *pro*,pes superborum.*hoc est,ne inuadant me superbi.* Migrare faciat me. תנדני impellat me.commoueat.dimoueat. abducat,*sub.loco meo.* Pedem superbiæ,*siue* superborum,*&* manum sceleratorum,*eodem sensu posuit,rogans vt compescat tam ipsorum pedes quàm manus.*

Ibi ceciderunt qui operā-tur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

13 ˝Illuc ceciderunt operarii iniquitatis:˝impulsi sūt, nec potuerunt surgere. *Impiorum exitus.*

XXXVI.

Psalmus ipsi Dauid. 1

Nōli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem:

Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. 2

Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius. 3

XXXVII.

¶Dauidis.

א NE cōmoueare propter malignos,˝neque zelaueris facientes iniquitatem: *Exhortatur pios ne vrantur impiorum prosperitate.*

Quoniam ˝tanquā herba velociter succidētur,˝& sicut olus germinis decident.

ב ˝Spera in Iehoua, & fac bonum:˝inhabita terram,˝& pasce veritatem: *Delectemur in Deo.*

13 Illuc ceciderunt שם נפלו *Vel est præt. pro fut.* Illuc cadent. *quò scilicet me impellere conabantur.* *Alij*, Illic ceciderunt. Impulsi, *&c.* דוחו וגו' impellnntur, nec poterunt surgere. *Quo certius ad bene sperandum se animet, impiorum ruinam, licet sit adhuc abscondita, quasi digito ostendit.* IN PSALMVM XXXVII.

1 Ne commoueare propter mal. אל תתחר במרעים Ne succenseas ob malos. Ne irriteris propter malignos. Ne bilem tibi moueant malitiosi. *Alij docti certè inter Hebræos, minus rectè vertunt*, Ne admisceas te cum noxiis. *Vel*, Ne societatem ineas cum peruersè agentibus: *nam versu 8, vbi disertè furoris & iracundiæ fit mentio, absurdum esset verbum hoc quod subiicitur, eodem sensu & in eūdem finem, aliò trahere.* Neque zelaueris, *&c.* אל תקנא וגו' neque inuideas facientibus iniquitatem. *i. ne illis inuideas prosperū rerum successum.* *Alij*, neque vrat te æmulatio [neque æmulatione tangaris] ob facientes iniquitatē. 2 Tanquam herba, *&c.* כחציר מהרה ימלו instar graminis velociter marcescēt. *aut*, marcescendo cōcident. *siue*, flaccescent. Et sicut olus germinis וכירק דשא & sicut viror herbæ. *i. virens herba.* 3 Spera בטח Confide. Inhabita terram שכן ארץ *His verbis diuturnum fore illorum statum pronuntiat: quia etsi hospites & inquilini sunt in mundo, Dominus tamen sua manu eos protegit suis alis, vt securè quiescant inter motus turbulentos, & quasi in tuto portu saluos præstat. Sic infrà versu 22. 29 & 34.*

Et pasce veritatem. ורעה אמונה & pasce fidē. *i. nutri te fide & veritate: hoc est da operam vt fides tua subinde augescat & fiat maior.* *Alij*, & pasce fide. *vel*, fideliter. *i. doce. vt* Ierem. 3. c. 15, *& pascent vos scientia & intelligentia.* Chald. paraph. robora te fide. *aut*, veritate. *Alii, imperatiua vertunt per futura*, Inhabitabis terram, & pasceris

in veritate. *q.d. si spem collocaueris in Iehoua, & feceris bonũ, licebit vt terram inhabites, & nutriaris fideli & certo, siue confirmato rerum successu. nam id fides hoc loco significare videtur, nempe respondentem expectationi nostræ rerum successum, vt nihil desit timentibus Iehouam, Psal. 34.b.10. Alii volunt esse verbum passiuum, ac vertunt,* & pascere fideliter. *nam Dei custodia fretus, sine cura & anxietate, hoc est secure quiescere ipsos iubet.* Inhabita *(inquit)* terram vt ea fruaris stabili quiete. אמונה *enim Hebræis non solùm est veritas, aut fides, sed etiam firma diuturnitas. Significantius autem loquitur per imperatiuum, quàm si promitteret iustos tuto habitaturos in terra: nam perinde est acsi in rem præsentem adducens in possessione locaret.*

Et oblectare in Iehoua, & da- 4
bit tibi petitiones cordis tui.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui,

Negotia in Deum deuoluenda. prouer.16.a.3 1.pet.5.b.7

ג Deuolue super Iehouã viã 5
tuã, & cõfide in eo, & ipse faciet:
Et educet sicut lumen, iusti- 6
tiam tuam: & iudicia tua sicut
meridiem.

Reuela Domino viã tuã, & spera in eo: & ipse faciet:

Et educet quasi lumẽ iustitiam tuam, & iudiciũ tuum tãquam meridiem:

Repetitio prioris versus.

ד Tace Iehouæ, & spera ĩ eo: 7
ne cõmoueare propter eũ qui
prosperatur in via sua, propter
virum facientẽ abominationes.

subditus esto Domino, & ora eum.

Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciẽte iniustitias.

ה Desine ab ira, & missũ fac 8

Desine ab ira, & dere-

5 Viam tuam, דרכך Sing. Heb. *pro plur.* vias tuas. *i. negotia tua omnia. Vias suas in Deum deuoluit qui actionum suarum euentum eius arbitrio resignans, & patienter expectans vtranque fortunã, curas quibus angitur, & quicquid oneris cum premit, in eius sinum exonerat. nos Gallicè dicimus, Luy remettre ses affaires.*

6 Et educet, *&c.* והוציא וגו' *Ad noctẽ alludit, cuius tenebras aurora repente exoriens discutit. q.d. quoties indignè grauamur, & Deus sibi innocentiam nostram probari dissimulat, non est cur nos magis conturbet ista vicissitudo, quàm dum noctis tenebræ operiunt terram: quia diurnæ lucis expectatio spem nostram sustinet.*

7 Tace Iehouæ, דום ליהוה Sile Iehouæ. *i. ne tumultueris, sicut faciunt increduli, nec cum fremitu opponas te Dei imperio, sed patienter & moderatè fer quicquid accidit tibi ab illo. Alii vertunt,* Fer patienter dolorem coram Deo. *vel,* Temperatè doleas. *Alii,* Dole coram Iehoua. *vt scilicet testis sit omnium tuarum molestiarum.* Ne cõmoueare אל־תתחר *Idem verbũ quod in principio primi versus. i. ne moueat tibi bilem eorum posteritas, neq; inuideas.* Abominationes. מזמות fraudes. scelera. 8 Ab ira מאף *quam scilicet concepisti ob improborum fœlicitatem.* Et missum fac furorem ועזב חמה *Repetitio est, vt magis inculcet.*

linque furorem: noli æmulari vt maligneris.

furorem: 'ne mouearis, verun-
tamen ad malefaciendum.

Quoniam qui malignātur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.

9 Quoniā maligni excidentur: *Malè agentes, & Deo fidentes.*
at expectantes Iehouam, ipsi hæ
reditate accipient terram.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

10 ו Et adhuc paululum, & non
erit impius: 'contemplaberisq;
locum eius, & non erit.

Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

11 'At humiles hæreditate ca-
pient terram, & oblectabuntur
'multitudine pacis.

Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eū dentibus suis.

12 י 'Cogitat impius contra iu- *Quales impij erga pios.*
stum, & frendet aduersus eum
dentibus suis:

Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quòd veniet dies eius.

13 *Sed* Dominus irridebit eum:
quia videt 'quod veniat dies ei⁹.

Gladium euaginauerūt peccatores, intenderunt arcum suum,

Vt deiiciant pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.

14 ח Gladiū 'euaginauerunt im-
pii, & tetenderūt arcum suum,
vt ruere faciant pauperē & ino-
pem, vt iugulent rectos via:

Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.

15 *Sed* gladius eorum ingredie-
tur cor eorum, & arcus eorum
confringentur.

Ne mouearis תתחר אל *Rursum idem verbum quod in principio primi versus,* Ne succēseas, vtique ad peccandū. *i. vt & tu nocere velis.* Vel *vt alij,* saltem ad malefaciendū. *acsi* David *iubeat iram mitigare ne ad nocendum prosiliat.*

10 Contemplaberisque והתבוננת *Hebraismus, pro, quumq; contemplatus fueris, siue aduerteris animum diligenter vt scias locum vbi habitat, nusquam reperies.* 11 At humiles ענוים At afflicti. mansueti. Multitudine pacis. על רב שלום *Hebraismus, pro, plurimo rerum successu.* Vel *vt alij exponunt, multa pace oblectabūt se, dum impii turbas sibi mouebūt, & Deus vndiq; terroribus ipsos implicabit.*

12 Cogitat זמם Molitur. Machinatur.

13 Quod veniat dies eius. כי יבא יומו *.i. propinquum esse diem interitus eius.* 14 Euaginauerunt פתחו *Præterita Hebrais pro præsentibus,* educunt impii, & arcum suum tendunt vt prosternant pauperem & egenum, *&c.*

Piorum & impiorum sors differes.

ט Melius est paululum iusto, quàm diuitiæ impiorũ multæ.	16	*Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.*
Quia brachia impiorum cõfringentur: sustentat autem iustos Iehouáh.	17	*Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autẽ iustos Dominus.*
י Nouit Iehouáh dies perfectorum, & hæreditas eorum in seculum erit:	18	*Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternũ erit:*
Non afficientur pudore in tẽpore malo, & in diebus famis saturabuntur.	19	*Non confundentur in tẽpore malo, & in diebus famis saturabũtur. quia peccatores peribunt.*
כ Quia impii peribunt, & inimici Iehouæ sicut pretiosum agnorum consumentur, in fumo consumentur.	20	*Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.*
ל Mutuum accipit impius, & non reddit: sed iustus donat, & dat.	21	*Mutuatur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & tribuet.*

16 Paululũ iusto מעט לצדיק pauxillum iusto. *Tenuem vnius iusti hominis fortunam cum opibus & copiis multorum impiorum comparat. q.d. pauxillum quod possidet iustus, pluris est quàm omnes impiorum aceruі. De arcana Dei benedictione quæ verè iustos locupletat, loquitur: quia etsi in diem victitent, è cœlo tamen, non secus ac manna pascuntur.* Multæ רבים magnorum. magnatum. *i. qui authoritate & potentia valent.* 18 Perfectorum תמימים integrorum. innocentium. Iehouam nosse dies perfectorũ, *significat eum minimè latere quibus illi subiaceant periculis, & quibus subsidiis opus habeant.*

19 Non afficientur, *&c.* לא יבושו וגו' *.i. non frustrabuntur votis suis tempore afflictionis. quod vocat tempus malum & aduersum.*

20 Quia impii peribunt, כי רשעים יאבדו Quando, *vel,* Quo tempore impii peribunt. Sicut pretiosum כיקר כרים sicut pretiositas agnorum. *aut,* optimum quod est in agnis. *Periphrasis est adipis. q.d. sicut adeps agnorum. Quidam vertunt,* pretium agnorum, *& agnos selectiores & eximiæ pinguedinis intelligunt.* Consumẽtur. כלו deficient. disperibunt. euanescent. *Sic mox,* in fumo cõsumentur. *vel,* absumentur. *i. breui euanescent, sicut pinguedo liquefit vel arescit. aut versi in fumum, abibunt in nihilum. Quidam distingunt post* agnorum, *alii post* Iehouæ.

21 Donat חונן miseretur. benignè largitur.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei, disperibũt.

22 Quia benedicti ab eo, hæreditate accipient terram: & maledicti ab eo excidentur.

Apud Dominum gressus hominis dirigentur: & viã eius volet.

23 מ A Iehoua gressus hominis diriguntur, & viam eius vult.

Deus dux & rector fidelium.

Quum ciciderit, non collidetur. quia Dominus supponit manum suam.

24 Quum ceciderit, non prosternetur: quia Iehouáh sustẽtat manum eius.

Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictũ, nec semen eius quærens panem.

25 נ Puer fui, etiã senui, nec vidi iustum derelictum, ac semen eius quærens panem.

Fideles non derelinquũtur à Deo.

Tota die miseretur & cõmodat, & semen illius in benedictione erit.

26 Quotidie donat, & mutuum dat, ac semen eius *est* in benedictione.

Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi.

27 ס Recede à malo, & fac bonum: & habitabis in seculum.

Exhortatio ad opera fidei.

22 Benedicti ab eo מברכיו *sub.* Iehoua. *siue* Domini. *Ad verbũ*, benedicti eius. *Quidam exponunt, qui illi bene precantur. benedicentes ei, iuxta illud Gen. 12. a. 3, Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. sed huic loco non conuenit ista expositio. ostendit enim à solo* Deo *prouenire fidelibus quicquid habent ad tuendam vitam & colenda humanitatis officia.* 23 Et viam eius vult. ודרכו יחפץ & viæ eius fauet. *vel*, viam eius gratam habet. *aut*, & via eius grata est ei. *Fut. Heb. pro præs. Quidam scribunt hic* ו *pro* ‍Id *est, positum esse, sic resoluentes totum versum, Quoniam* Deo *grata est piorum via, gressus ipsorum ad lætũ finem adducit. Cõtinuat enim* David Diuinæ *erga pios benedictionis elogia. q. d. quia videt* Deus *fideles recta conscientia agere, neque deflectere a via quam præscripsit, ideo benedicit ipsorum studiis.* Via *pro ratione & instituto viuendi hoc loco, vt & aliás.*

24 Quum ceciderit, nõ proster. כי יפל לא יוטל *Fut. Heb. quod per præsens verti potest*, Quum ruit, non corruit. Quum cadit, non colliditur. *Siquando* Deus *seruos suos calamitatibus affligit, eas simul mitigat, vt non prorsus succumbant, sicut* Paulus *dicit, deijci quidẽ ipsos, sed non perire, 2. Corinth. 4. c. 9.* 26 Donat חונן beneficus est. miseretur. benignè agit. *Est* in bened. לברכה *est* in benedictionem. *id est, ab omnibus laudatur, & bene audit. Alij, erit* in beneficiũ. *vel*, beneficentiam. *i. perpetua* Dei *beneficentia fructur. Sic Psal. 21. b. 7. Celebrat enim* David *continuam fauoris* Dei *à patribus in filios seriem. acsi dicat, non extingui* Dei *benedictionẽ vbi iustus quispiã moritur, sed peruenire vsque ad eius filios.* 27 Et habitabis in seculũ, ושכן לעולם & habita in æternũ. *Imper. Heb. pro fut.* habitabis perpetuó.

sub. in terra. q. d. multum diúque inhabitabis terram. Sic in principio huius Psalmi, versu tertio, Inhabita terram.

Quia Iehouáh amat iudiciū, 28
& nō derelinquit misericordes
suos, in seculum custodientur:
semen autem impiorum succidetur.

ע Iusti hæreditate accipient 29
terram, & habitabunt in seculum super eam.

Ißa. 51. e. 7 פ Os iusti loquetur sapientiā, 30
& lingua eius loquetur iudiciū.

Lex Dei eius in corde eius, i- 31
deo non nutabunt pedes eius.

צ Speculatur impius iustū, 32
& quærit interimere ipsum:

At Iehouáh non derelinquet 33
eum in manu eius, nec cōdemnabit eum quum iudicatus fuerit ipse.

ק Expecta Iehouam, & custo 34
di viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram:

Quia Dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos, in æternum cōseruabuntur:

Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

Iusti autē hæreditabunt terram: & inhabitabūt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eū quū iudicabitur illi.

Expecta Dominū, & custodi viam eius, & exaltabit te vt hæreditate capias terram:

30 Loquetur sapientiam, יהגה חכמה Vel per præsens, loquitur sapientiam *hoc est, verba sapientiæ plena.* Alij, differit de sapientia. Alij, meditatur sapientiā. *i. iusti aliis ad bene viuendū duces sunt ac magistri. Alii exponunt, iustos honorificè & reuerenter* Dei *iustitiam extollere, vt se & alios in tota pietate erudiant: deinde tam in suis quàm in aliorū negotiis eos loqui iudicium, hoc est quod rectum est, sine fuco probare, nec sophisticè colorem inducere malis causis. denique nunquam à vero deflectere.* Iudicium משפט æquitatem, *id est recta & vtilia.*

31 Pedes eius. אשוריו gressus eius. *i. fixo gradu stat in proposito: vel, certè rectum cursum tenet.* 32 Speculatur צופה Obseruat. *Scipsum mox declarat, quum dicit,* Et quærit interimere eum.

33 Nec cōdemnabit, *&c.* ולא ירשיענו בהשפטו nec damnabit eum quum iudicabitur. *i. non finet eum iniuria iudiciorum opprimi dum accusabitur, & causa eius agetur.* Vult *pios quum in iudicium tracti fuerint, & calumniis ferè oppreßi, vt damnatis sint similes, cōtentos esse* Dei *præsidio, qui tandē ab iniquis hominū iudiciis asseret eorū innocentiam*

quum perierint peccatores, videbis.
Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani:
Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eũ, & non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam, & vide æquitatẽ: quoniã sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autẽ disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerũt in eo. XXXVII.

Psalmus David in rememoratione diei sabbathi.

ˮquũ succisi fuerĩt impii, videbis.
35 ר Vidi impiumˮ fortẽ, & virescentem, instar lauri viridis:
36 ˮEt trãsiuit, & ecce nõ fuit: & quæsiui eum, & nõ est inuentus.
37 ש Obserua perfectum *hominem*, & considera rectum: quia nouissimum *tali* viro pax.
38 ˮAt præuaricantes dissipabũtur pariter: ˮnouissimũ impiorum succidetur.

39 ת ˮSalus verò iustorum à Iehoua: *qui* fortitudo eorum *est* in tempore angustiæ:
40 ˮAdiuuátque eos Iehouáh, & eruit eos: eruit *inquã* eos ab impiis, & seruat eos, quia ˮsperauerunt in eo. XXXVIII.

1 ¶ Psalmus Dauidˮ ad commemorandum.

Infideles vt fumus.

Exhortatio ad innocentiam.

Impiorum interitus.

34 Quum succisi fue. בהכרת quum excidentur. *vel*, exterminabuntur. 35 Fortem & viresc. עריץ ומתערה robustum[terrificum. potentem. *i. magna authoritate præditum*] & se extẽdentem. 36 Et transiuit ויעבר Et præteriit. abiit. *i, euanuit.* 38 At præuaricantes dissipabuntur ופושעים נשמדו At transgressores delebuntur. *Vel*, scelerati consumentur. *Aut*, iniqui destruentur. *Præt. Heb. pro fut.* Nouissimum impiorum succ. אחרית רשעים נכרתה finis impiorũ succiditur. *i. impij ad postremum pereunt: aut fine suo frustrantur. Præt. Heb. pro fut. aut præs.* 39 Salus verò iustorum, &c. ותשועת צדיקים *Significat, quicquid accidat, iustos tamen saluos fore, quia in manu Dei sunt, & nunquã potest eorũ obliuisci. Seipsum mox exponit, quum dicit,* Fortitudo eorum in tempore afflictionis. *etiã quod sequitur, velut expositio est.* 40 Adiuuátq; eos ויעזרם *Futura Heb. pro præs. vt quidã vertunt.* Sperauerunt in eo. כי חסו בו *Vel per præsens,* confidunt ei. *aut,* sperant in eo.

IN PSALMVM XXXVIII.

1 Ad commemorandum להזכיר *Subaudi, beneficium Dei, quo à graui morbo liberatus fuerat: vt alios prouocaret ad similiter crẽdum, siquando in morbũ inciderent. Ita exponit doctus inter Hebræos. Vel, quo ipse mala sua cõmemorat. Vide Psal. 70. Quidam Hebræorũ dicunt* הזכיר *fuisse initiũ vulgaris carminis. Sed potius David, ne statim efflueret ca-*

stigatio qua defunctus erat, memoriale hoc tam sibi quàm aliis composuit, vt ait doctus ille inter Hebræos.

Dauid grauissimo morbo laborans, petit afflictionem minui.

IEhoua ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me.

2 DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:

Quoniã sagittæ tuæ descenderunt in me, & descendit super me manus tua.

3 *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manũ tuã.*

Vis morbi quem propter peccata patiebatur.

Non *est* integrum in carne mea propter iram tuam: nõ est pax ossibus meis propter peccatum meum.

4 *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: nõ est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.*

Quoniam iniquitates meæ transierũt caput meũ: sicut on[9] graue grauiores fuerunt me.

5 *Quoniã iniquitates meæ supergressę sunt caput meũ: sicut onus graue grauatæ sunt super me.*

Putruerunt, contabuerunt liuores mei, propter stultitiam meam.

6 *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.*

2 Ne in furore tuo אל בקצפך *.i. ne iratus, aut seuerè pro dignitate delicti mei arguas me, & de me debitas peccato meo pœnas sumas.*

3 Sagittæ tuæ חציך *id est morbi & dolores instar sagittarum. Nomine* sagittarum & manus, *intelligit plagam & percussionem: quòd & sagittis & manibus plagæ infligantur.* Descenderũt in me, & descẽdit, נחתו בי ותנחת depressæ sunt in me, & depressa est. *Vel,* contortæ sunt in me, & descendit. *Alii,* demissæ sunt in me, & demissa est. 4 Non *est* integrum אין מתום Non *est* integritas. *Vel,* Nulla *est* integritas*.i. nulla est sanitas.q.d. nulla est corporis mei pars quæ morbo non afficiatur.* Propter iram tuam: מפני זעמך Ad *verbũ,* à facie iræ tuæ. Non *est* pax ossibus meis אין שלום בעצמי *id est, non est quies membris meis.* Nam pax *pro quiete ponitur, quòd in pace sint omnia tranquilla.* Ossa *verò pro ipsis membris. Adeò illa exagitat & exercet vis plagæ quam inflixisti mihi ob peccata mea.* Causam *mali sui facit* Dauid *iram* Dei *concitatam propter peccata sua.*

5 Transierunt עברו *Vel per præsens,* transcendunt. superant. supergrediuntur. *q.d. submersus sum in iniquitates meas, vt quum quis demergitur in aquam profundam.* Grauiores fuerunt me יכבדו ממני aggrauatæ sunt præ me*.i. ponderosiores sunt quàm vt illas ferre queam.* 6 Cõtabuerunt liuores mei, נמקו חבורותי saniе sputre diffluunt liuores mei. *hoc est, vibices ex castigatione tua contractæ.* *Alii,* vlcera mea. Propter stultitiam m. מפני אולתי *Ad verbum,* à facie stultitiæ meæ. *Per* Stultitiæ *nomen se desipuisse fatetur, quòd carnis libidini obsequutus fuerat aduersus* Deum.

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar:

7 'Incuruatus sum, inclinatus sum vehementissimè: omni die 'pullatus ambulo:

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & nõ est sanitas in carne mea.

8 Quoniã 'ilia mea plena sunt ardore: & non est 'integritas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

9 'Debilitatus sum, & attritus sum vehemẽtissimè, rugio 'præ fremitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus.

10 Domine coram te est omne desiderium meũ, & suspirium meum à te non est absconditũ.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virt⁹ mea: & lumen oculorũ meorum & ipsum non est mecum.

11 Cor meum 'circumit, dereliquit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum, etiam 'ipsi non sunt mecum.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt:

12 Qui diligebant me, & sodales mei 'à conspectu plagæ meæ 'stant, & propinqui mei à lon- *Deseritur ab amicis morbo offensis.*

Et qui iuxta me erãt, de-

7 Incuruatus sum, incli. s. נעויתי שחותי Incuruatus & depressus sum. *Vel*, depressus sum & incuruatus sum. *Alij*, Distorto corpore sum, & incuruo. Pullatus קודר atratus. mœstus. obscurus & facie subnigra. 8 Ilia mea plena sunt ardore: כסלי מלאו נקלה ilia mea plena sunt fœdo. *sub. vlcere, aut apostemate. Alij*, fœmora mea prorsus occupat ardens vlcus. *Alij*, coxendicem meum penitus occupauit fœdũ. *sub. vlcus.* Integritas מתם perfectio. sanitas. sani quicquã. 9 Debilitat⁹ sum & attritus נפוגותי ונדכיתי dissolutus sum ac deiectus. *vel*, cõtritus. *aut*, percussus. Præ fremitu, &c. מנהמת לבי præ anxietate cordis mei. præ turbatione [præ tumultu] cordis mei. 11 Circumit סחרחר circuncursat. circumagitatur. circunuagatur. vertitur in gyrum. *i. alia atque alia versat. q. d. crucior vanis cogitationibus. Verbum istud, Peregrinari, aut vagari significat. hîc verò pro agitatione capitur quam generat anxietas, vbi destituimur consilio. prout enim vexantur inquietudine homines, ita se in omnes partes versant, atque ita circumagitur cor ipsorũ, vel discurrit.* Ipsi הם *sub. oculi. id est non funguntur suo officio. Posset etiam legi*, ipsum, *nempe lumen, vt* הם *pro* הוא *accipiatur, & cõqueratur ablatum ei fuisse vitæ lumen: quia illic præcipuus se exerit animæ vigor.*
12 A conspectu מנגד *Ad verbum*, de coram. *id est, subducti à plaga mea, auersi à me steterunt, quòd morbus meus videretur illis contagiosus.*

ginquo 'ſtant.
Et laqueos tetenderunt quæ- 13
rentes animam meam, & quæ-
rentes malum meum loquũtur
'prauitates, & dolos omni die
'meditantur.

Inimicis affligentibus non respondet.

Ego verò tanquã ſurdus non 14
'audio, & ſicut mutus qui non
aperit os ſuum:
Sum inquam ſicut vir qui 15
non audit, & in cuius ore non
ſunt 'redargutiones:
Quia te Iehoua 'expecto, tu 16
reſpondebis Domine Deus mi:
Quia dixi, Ne fortè lætentur 17
de me *qui* 'dum declinat pes
meus, 'aduerſum me magnifi-
cant *os ſuum*.
'Quoniam ego ad claudica- 18
tionem paratus ſum, & dolor
meus coram me eſt ſemper.

lõge ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuũ.

Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperaui, tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna loquuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper:

Stãt עמדו *Futura & præt. Heb. pro præſ.* 13 Prauitates, הוות iniqua. pernicioſa. Meditantur. יהגו *Fut. Heb. pro præſ.* immurmurant. 14 Audio. אשמע *Fut. Heb. pro præſ. vel potius vertendum per præt. imperf.* audiebam. *i. diſſimulabam me audire quæ dicerent.* 15 Redargutiones תוכחות reprehenſiones. *i. nõ habet quod reſpondeat.* 16 Expecto הוחלתי *Præt. Heb. pro præſ. Quidam vertunt,* ad te Iehoua expecto. 17 Dum declinat במוט dum nutat. vacillat. cõmouetur. Aduerſum me magnificant *os ſuum.* עלי הגדילו *Præt. Heb. pro præſ. i. magnifica & ſuperba aduerſum me loqui ſolent. i. ſuper me extollũtur, & inſultant mihi. Quidam vertunt,* aduerſum me ſe extulerunt.

18 Quoniam ego ad claudicationem כי אני לצלע Certè ego ad claudicationem. *Ne quis exiſtimet ex hoc loco Danidem laboraſſe aliquo vlcere, ex quo timenda eſſet perpetua claudicatio: metaphorica enim eſt loquutio, qua ſignificat Dauid, niſi Deus celeriter ſuccurrat, ſpem nullam ſibi eſſe recuperandi priſtini ſtatus, ſed ita eſſe afflictum, vt tota vita mutilus vel debilis incedat: & expoſitionis loco ſequitur, dolorem ſemper cum eo verſari. Eadem loquutio legitur & Ierem. 20. c. 10, Omnes viri pacis meæ obſeruãt claudicationẽ meam, Fortè decipietur, & præualebimus ei.*

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

19 Quoniam iniquitatē meam 'annuntio, 'timeo propter peccatum meum: *Ob peccatum afflictus.*

Inimici autē mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

20 Et *interea* inimici mei 'viuentes roborantur, & multiplicātur qui odio habēt me sine causa: *Inimici.*

Qui retribuūt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

21 Et qui reddunt malū pro bono, 'aduersantur mihi, eo quòd 'sequor bonum.

Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me:

22 Ne derelinquas me Iehoua: Deus mi ne elonges te à me: *Implorat Deum.*

Intende in adiutorium meū, Domine salutis meæ.

23 Festina ad auxilium meum, Domine 'salutis meæ.

XXXVIII.

In finē pro Idithun Canticum David.

XXXIX.

1 ¶ 'Victori 'ipsi Ieduthūn Cāticum Dauidis.

Dixi, Custodiam vias meas, vt nō delinquā

2 Dixi, Obseruabo vias meas, ne peccem lingua mea, *Fatetur David, quum se ad tolerantiam & silentium parasset, maeroris vehementia victum.*

19 Quoniam iniquitatem meam annuntio כי עוני אגיד Certe iniquitatem meam fateor. patefacio. *Fut. Heb. pro præs. Non tam reputat quæ sustinet mala, sibi à peccatis prouenire, quàm tristem & calamitosum deplorat.* Ideo peccatū & iniquitas *pro afflictionibus sumuntur, vel pœnis, quæ signa erant iræ Dei: acsi diceret, manum Dei sibi aduersam esse & infestam, vt ex miseriæ intuitu vulgò iudicet mundus hominem esse damnatum ac reprobum. Qui sensus vt clarior sit, coniunctim duo isti versus legendi sunt,* Ego iniquitatem meam annūtio: Inimici autem mei viuunt, &c. Timeo אדאג *Fut. Heb. pro præs.* anxius sum. doleo. solicitus sum de peccato meo.

20 Viuentes roborantur, & multipl. חיים עצמו ורבו *Præt. Heb. pro præs.* viuentes inualescunt, & augentur. *Viuere istud quod tribuit hostibus, significat florere rebus prosperis: propterea addit, roborari & augeri potentia. Non enim augeri eorum numerum conqueritur, sed potius eos attolli, vt cum opibus simul maiorē audaciam colligant ad bonos & simplices opprimendos.* 21 Aduersantur mihi, ישטנוני *Fut. Heb. pro præs.* Sequor רדופי sequutus sum.

23 Salutis meæ: תשועתי *id est, salus mea, hoc est qui me eripis.*

IN PSALMVM XXXIX.

1 Victori למנצח *vide Psal. 4. a. 1.* Ipsi Ieduthun לידותון *Hic fuit vnus ex illis præclaris cantorum præfectis quos Davidem instituisse legimus, 1. Paralip. 16. d. 38, & 25. a. 1.* 2 Dixi אמרתי Dicendi

verbo sæpißimè quid animo quisque conceperit, notatur. significat, quum animo ad patientiam cōposito, silentium sibi imperasset, vt tamen doloris sibi hoc consiliū excussum fuisse, & voces extortas ex quibus pateret nimis intemperanter eum dolere.

"custodiam os meum clausura,
"quādiu impius *fuerit* corā me."
Obmutui "silētio, "tacui à bo- 3
no, "& dolor meus turbatus est.
Incaluit *tandem* cor meū in 4
medio mei, "in meditatione mea
exarsit ignis, & loquutus sum
lingua mea.
"Scire fac me Iehoua finem 5
meum, "& mensuram dierum
meorum quæ sit, sciam "quàm
mundanus sim.

Breuitas & vanitas vitæ humanæ.

in lingua mea.
Posui ori meo custodiam, quum consisteret peccator aduersum me.
Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.
Loquutus sum in lingua mea, Notum fac mihi Domine finem meum,
Et numerū dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi.

2 Custodiam os m. clauf. אשמרה לפי מחסום cohibebo os meum capistro. ponā custodiæ vice ori meo capistrū. *vel,* fiscellam. *Gallicè, vne museliere. Quidam vertunt,* custodiam ad os meum capistrum.

Quandiu בעד dum *stat. Non simpliciter dicit se improborum cōspectu fuisse retentum ne illis se ridendum propinaret: sed quum florerēt impij homines, sibi fixum fuisse in animo quiescere.*

3 Silentio דומיה *Subaudiunt quidam præpositionem,* in silentio. *vel, præ* silentio. *Alij,* silendo. *siue,* tacitus. *q. d. tandiu silui vt penè viderer mutus. Insigne patientiæ documentū.* Tacui à bono החשיתי מטוב *Quidam existimant istud significare, Dauidem tot ac tantis miseriis atque doloribus obrutū fuisse, vt etiam à canendis Dei laudibus prohibitus fuerit. Alij liberius vertunt, & velut exponentes, factus sum diuinus silentio mutus, vt ne de bonis quidem rebus loquerer. Alij melius, qui hoc sensu exponunt, Quamuis suppeteret iusta defensio, vel non deessent honesti expostulandi prætextus, vltro tamen cessisse.* Et dolor meus tur. וכאבי נעכר interim dolor meus incruduit. irritatus est. exagitatus est. *quia magis accensus fuit eius ardor ad tumultuandum, vt versu sequenti dicit.* 4 In meditatione mea בהגיגי dum mecum immurmurarem. 5 Scire fac me הודיעני Notum fac mihi. *vel,* Indica mihi. Et mensuram ומדת *.i. numerum. Ironiæ species q. d. supputemus annorum numerum qui mihi adhuc residui sunt, an ad malorum quæ perfero, compensationem sufficiant.* Quàm mundanus מה חדל אני quandiu mundanus ero. *i. quandiu victurus sim in hoc mūdo. siue, ostende an mihi vitam vsque ad mundi finē prorogare velis. Alij,* cuius æui ego. *Vel,* quāti æui sim *Alij,* quàm *breuis* temporis sim. *Alii,* quòd mundanus sim.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuẽs.

6 Ecce *ut* palmos posuisti dies meos, & æuũ meum tanquam nihil coram te: profectò vniuersa vanitas omnis homo stans. Sélah.

Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur:

Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.

7 Profectò in imagine ambulat vir, profectò in vanum tumultuantur: congregat, & nescit quisnam colliget ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? nónne Dominus? & substãtia mea apud te est.

8 Et nunc quid expectaui Domine? spes mea in te est. *Se post turbationẽ conijcit in Deum.*

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobriũ insipienti dedisti me.

9 Ab omnibus *igitur* præuaricationibus meis libera me: opprobrium stulti ne ponas me: *Orat peccata condonari sibi, & afflictionẽ remitti.*

Obmutui, & non aperui os meum, quoniã tu fecisti: amoue à me plagas tuas.

10 *Quia* obmutui, non aperui os meum: quia tu fecisti *istud*.

11 Aufer à me plagam tuam:

6 Vt palmos posuisti טפחות נתתה *Ad verbum*, palmares dedisti. *vel*, pugillos. *hoc est breues vt mensura quatuor digitorũ.* Stãs. נצב consistens. *vel*, existens. *id est, quanlibet firmus consistere videatur. vel dum in præcipuo suo vigore vult aliquid censeri. aut, dum maximè excellere videtur.* 7 In imagine בצלם in tenebris. *Vitã hominis euanescere significat, antequã possit cognosci.* *Vel*, in vmbra. *aut*, vmbræ instar. *nam quidam codices habent* כ *similitudinis notam, pro* ב *præpositione. Significat, nihil esse in homine solidum, sed inanẽ (vt loquuntur) apparentia.* Tumultuantur: יהמיון turbantur. perstrepunt. tumultibus se ingerunt. *Fut. Heb. pro præs.* Colliget ea. אספם *Præs. Heb. pro fut.* 8 Expectaui קויתי *Vel per præsens*, expecto. *Postquam confessus est David se animi feruore fuisse nimis turbatũ, iam ad sanam & quietam mentem se recipit.* 9 Præuaricationibus meis פשעי transgressionibus [sceleribus] meis. Opprobrium, &c. חרפת נבל אל תשימני *Hebraismus, pro, ne exponas me ludibrio stolidis hominibus. Vel, ne eodem probro cui addicti sunt impij me inuoluas.* נבל *enim stultum & contemptibilem ac nihili significat. Reprobos significat, quos stultitiæ damnat, quia recta intelligentia priuati, furiose in Deum contemptim feruntur.* 10 *Quia. subaud itum, vt sit ratio quare nolit esse opprobrio: quia* obmutui. *i. de malo meo non sum cõquestus. Alij vertunt*, obmutui, non aperiam os meũ, &c. *Qui à Deo profectum scit quod patitur, sibi obmutescendum esse statuit. & præteritum erit tempus pro præsenti.*

"à bello manus tuæ ego defeci.
12 Increpationibus propter iniquitatem "corripis hominem," & liquefcere facis "vt tinea," defiderium eius: profectò vanitas, omnis homo. Sélah.
13 Audi orationem meam Iehoua," & clamorem meum auribus percipe, ad lachrymam meam "ne vt furdum te exhibeas: quia "peregrinus fum "apud te, incola vt omnes Patres mei.
14 "Ceffa à me, "& roborabor, antequam vadam," & non fim.

A fortitudine man⁹ tuæ egodefeci: in increpationibus propter iniquitatẽ corripuifti hominem.
Et tabefcere fecifti ficut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo
13 *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas*
Ne fileas: quoniam aduena ego fum apud te, & peregrinus ficut omnes Patres mei.
14 *Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam, & amplius non ero.*

11 A bello מִתִּגְרַת à conflictu. à vulnere. ab exagitatione. Alij, propter infeſtã manum tuam. *id eſt, nam plaga quã mihi inflixifti, confectus fum.* 12 Corripis יִסַּרְתָּ *Præt. Heb. pro præf. Quidam vertunt*, caftigas. Et liquefcere facis וַתֶּמֶס & *ilico* tabefcere facis. Vt tinea, כָעָשׁ *fub. perdere folet. Hac fimilitudine Dauid aptiffimè vtitur, acfi dicat, Quanuis non palàm fulminet è cælo Deus, non aliter tamen occulta eius maledictione confumitur reprobus, ac tinea cæco morfu pannum vel lignum abfumit.* Defiderium eius: חֲמוּדוֹ defiderabile eius. *Vel*, quicquid in eo eſt defiderabile. *Alij*, decorẽ eius. Defiderium, *pro defiderabili & eximio, vt Thren. 1. d. 11, Dederunt defideria fua pro cibo.* 13 Et clamorem meum וְשַׁוְעָתִי & vociferationem meam. Ne vt furdum te exhibeas: אַל־תֶּחֱרַשׁ ne obfurdefcas. ne taceas. Peregrinus, &c. גֵּר אָנֹכִי עִמָּךְ *Non tantum ideo fe dicit peregrinũ, quòd à Deo peregrinãtur homines quandiu in mũdo habitant: fed eodem quo prius fenfu dixit*, Dies mei tanquã nihilum apud te, *quòd fcilicet Deus fine monitore fatis nouerit homines exiguo tẽpore in terra manere tanquã peregrinos & incolas.* Apud te, עִמָּךְ *In 1. Paral. cap. 29. d. 15, vbi eadem habentur, legitur* לְפָנֶיךָ corã te: *id eſt, te tefte. q. d. peregrinus fum in terra, neq; in ea patriã meã agnofco: qua in re Patres meos Abrahã, Ifaac, & Iacob imitor, qui ꝙ tenderent ad te, hoc mũdo capti nõ funt, in quo verfati funt vt peregrini in aliena regione verfari folent.* 14 Ceffa הָשַׁע Define. Declina Recede. Deflecte. *Alij*, Claude à me. *i. fac vt maceria fit inter nos interpofita, ne manus tua ad me perueniat. Alij*, Claude *oculos* à me. *Eodem recidunt ambæ verfiones: nam poftulat Dauid fibi dari pauxillum relaxationis, vt vires recuperet, vel faltem refpiret ante mortem. Huius verbi duplex eſt radix*, שָׁעָה & שׁוּעַ. *pro* Claudere *etiã Iefa. 6. b 10 legitur, Et oculos eius* הָשַׁע *claude.* Et roborabor וְאַבְלִיגָה vt corroborer. vt vires recipiam. vt refociller. Et non fim. וְאֵינֶנִּי *Ad verbum*, & non ego.

XXXIX.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

Expectãs expectaui Dominum, & intendit mihi:

Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis:

Et statuit super petrã pedes meos, & direxit gressus meos.

Et immisit in os meũ canticum nouum, carmen Deo nostro.

Videbũt multi, & timebunt, & sperabunt in Domino.

Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, &c.

XL.

¶ 'Victori ipsius Dauidis Can-
1 ticum.
2 E'Xpectando expectaui Ieho
uã, '& inclinauit *aurẽ suã* mi
hi, & audiuit 'clamorẽ meum:
3 'Et extraxit me è cisterna per-
strepente, è luto 'cœni, ac statuit
'super petram pedes meos, 'di-
rexit gressus meos.
4 Et posuit in ore meo canticũ
nouum, 'laudem Deo nostro:
videbunt multi, & timebunt, &
sperabunt in Iehoua.
5 Beatus vir ille qui 'posuit Ie-
houam 'spem suam,

Dauid ex ingenti periculo liberat⁹, aut multus gratiã Dei celebrat.

IN PSALMVM XL.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* 2 Expectando expectaui קוה קויתי *Geminatio verbi summam curam & diligentiam significat. vertere potes*, expectabam. Et inclinauit *aurẽ suam* mihi, ויט אלי & declinauit ad me. *vel*, diuertit. inflexus est. Clamorẽ meum: שועתי vociferationẽ meam. *vel*, implorationẽ. 3 Et extraxit me è cist. perst. ויעלני מבור שאון *Ad verbũ*, Et ascendere fecit me è cisterna sonitus. *vel*, strepitus. *i. in quam aquæ decidunt magno cũ impetu. aut, de puteo in quo aquæ nimia agitatione perstrepebãt, & sonitum edebant. Aquarũ profunditatẽ circumloquitur, quibus ingentissimũ periculum significat. Metaphoricè enim ostendit non longius se abfuisse à mortis periculo, quàm si in altũ puteũ, & violento aquarũ feruore perstrepentem proiectus foret. Quidam vertunt*, è lacu desolationis. *quod huic loco non conuenit.* Cœni, היון *Substantiuũ vice adiectiui*, cœnoso. *siue*, limoso. *i. copioso. Idem significat his verbis atq;* cisterna resonãte.

Super petram על סלע super rupẽ. Petram, *siue* rupem *pro tuto ab omni periculo perfugij loco vsurpat Scriptura. Vox Hebræa* סלע *significat etiam arcem & munitionẽ: quòd arces vt plurimũ super rupes construantur.* Direxit כונן confirmauit. corroborauit. *vel*, apparauit. *i. viam mihi strauit per quam sine offensione graderer.*

4 Laudem Deo nostro. תהלה לאלהינו *sub. dedit inquam. Antecedẽs pro relatiuo*, laudem illi. *id est, dedit occasionem laudandi se.*

5 Posuit שם *Verti potest per præsens*, ponit. *aut per futurum coniunctiui*, posuerit. Spem suam מבטחו fiduciam suam. *Hebraismus, ponere Deum fiduciam suam, pro, collocare in eo suam fiduciam.*

'nec respexit ad superbos, '& *ad* declinantes *ad* mendacium.
'Multa fecisti tu Iehoua De' meus, mirabilia tua: '& cogitationes tuas erga nos, nemo *est* qui ordinare *possit* tibi: '*si* annuntiare '& eloqui *uelim*, plura sunt quàm vt narrentur.
Heb.10.a.5 ‖'Sacrificium & oblationem noluisti: aures *autem*

non respexit in vanitates & insanias falsas.
6 *Multa fecisti tu* Domine *Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi.*
Annuntiaui & loquutus sum: multiplicati sunt super numerum.
7 *Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem*

5 Nō respexit ad superbos, ולא פנה אל רהבים *Verti potest per præsens*, Non respicit ad superbos. *i. non admiratur eos qui iactant vires suas. aut, nō rapitur, vt peruersa æmulatione superbos imitetur. Alij vertunt*, & non diuertit' deflexit. declinauit' ad superbos. *Alij*, non defecit' *sub. à* Deo' ad superbos. *vel*, fortes. *aut*, præpotētes & magnates. Et *ad* declin. *ad* mē. ושטי כזב & *ad* sectatores mendacii. *i. rerum quæ nos fallunt. Sunt qui intelligāt ariolos, & malarum artium studiosos.* 6 Multa fecisti tu Ieh. Deus meus, mirabilia tua, רבות עשית אתה יהוה אלהי נפלאתיך *Hebraismus, quem nonnulli sic conuertunt*, Multa sunt mirabilia tua Iehoua Deus mi, quæ fecisti. *Alij*, Miranda multa patrasti. *Expendit Dauid cum admiratione* Dei *prouidentiam, significans* D*eum inæstimabili sapiētia sic moderari res humanas, vt eius opera quæ assiduo vsu vilescunt, longè humanum captum superent.* Et cogitationes tuas erga nos, nemo *est*, *&c.* ומחשבתיך אלינו אין ערך אליך *Hebraicè ad verbū*, Et cogitationes tuas nobis nō *est* ordinare tibi. *Quod sic quidam vertunt*, Et cogitationū tuarū erga nos, non potest iniri coram te ratio. *Alij postremum verbum prioris partis huius versus coniungunt huic secundæ parti, hoc modo vertētes*, Admirādorum facinorum tuorum, & consiliorū tuorum erga nos, non potest, *&c. Alij*, Mirabilia tua & consilia tua *sunt* propter nos, neque *licet illa* in ordinem redigere, *ac recensere* coram te. *q.d. tot & tanta sunt beneficia tua erga nos, vt nemo ea in ordinē redigere, ac coram te recensere possit.* Si annuntiare, *&c.* אגידה ואדברה עצמו מספר *Ad verbum*, annuntiabo & eloquar, multiplicata sunt à narratione.
7 Sacrificiū & oblationē noluisti: זבח ומנחה לא חפצת Sacrificium & donum non amas. *aut*, expetis. Sacrificio & oblatione non delectaris. Sacrificium & oblatio non sunt tibi accepta. *Sacrificium, est hostia pacifica: Donum verò, oblatio quæ constat simila, oleo oliuarū permista. q.d Quum Domine tibi tam multa debeamus, quidnā tibi offeremus? an victimas? nō enim his oblectaris. Puram ergo mentem tibi offeremus. Nō cōtendit Dauid, Deū à sacrificiis legalibus abhorruisse, quòd sua ætate vigerēt leges per Mosen traditę: sed eò tendit his versibus, vt ostēdat Deum semper magis optasse volūtatis suæ studiū q̃ sacrificia. q.d. Sacrificia per se nō requiris aut ꝓbas, sed potius vt homo seipsum tibi addicat.*

perfeciſti mihi.
Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio:
8 *In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam, Deus meus: volui, & Legem tuam in medio cordis mei.*

"fodiſti mihi. holocauſtum & ſacrificium pro peccato non poſtulaſti:
8 Tunc dixi, Ecce "veni: "in volumine libri ſcriptũ eſt de me
9 Vt facerem voluntatẽ tuam Deus mi: volui, & Lex tua in medio "viſcerum meorum *eſt*.

10 *Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti.*
11 *Iuſtitiã tuã non abſcon-*

10 Annuntiaui iuſtitiam in cœtu multo: ecce labia mea non "prohibui, Iehoua tu noſti. *Miſericordia Dei, iuſtitia, veritas & ſalus.*
11 "Iuſtitiam tuam nõ abſcondi

Fodiſti mihi: כרית לי .i. *aures cauatas tribuiſti mihi, atque aptaſti, vt audirem Leges tuas: auſcultare me feciſti tibi. Hac voce notat docilitatem ad quam formamur Spiritus ſancti gratia. David non ſuo tantùm priuato nomine hîc loquitur, ſed in genere quid cõueniat omnibus Dei filiis, oſtendit. Ideo Apoſtolus ad Heb. cap. 10. a. 5, aptauit Chriſto, cuius typus erat David.* 8 Veni: באתי *Vel præt. pro præſ. venio. Significat ſe prompto & alacri animo eſſe ad parendum, non ſeruili & coacto.* In volumine libri במגלת ספר *Veteres Hebræi in mẽbranis aut chartis ſcribebant quæ in rotundũ complicabantur. Vnde in Ieſaia cap. 34. a. 4, dicitur, Complicabunturque cæli ſicut liber. In huiuſmodi etiam hodie ſcribunt Legẽ & Prophetas. Barbari rotulũ vocant.* In volumine *igitur* libri *.i. in libro plicatili, ſiue membranis plicatilibus. David de ſe ſcriptũ eſſe ſcribit, quod tamen ad omnes pertinet. Lex nanque cunctis hominibus præſcribit ſanctè viuendi rationem. Sed quemadmodũ Imperator militum ſuorũ nomina recipit, vt certus ſit eorũ numerus: ſicuti magiſter ſuos diſcipulos in catalogum refert: ita Deus filios ſuos in libro vitæ deſcriptos habet, vt ſub iugo ſuæ diſciplinæ contineat. Perſonat igitur vox Dei per totum orbem, vt inexcuſabiles reddantur quicunque ei non obtemperãt: ſed tantùm in corda piorũ penetrat, quibus in ſalutẽ deſtinata eſt. Quidam diſtinguunt poſt* De me, *vt principium ſequentis verſus iungatur verbo* Volui, *& ſit Hebraiſmus, hoc ſenſu, voluntatem tuam cupio facere, magnóque illius deſiderio teneor. atque ita diſtinguũt Hebræi. vtriuſque diſtinctionis eadem eſt ſententia.* 9 Viſcerum m. מעי inteſtinorum [*vel*, præcordiorum] meorũ. *Vox Hebræa* מעי, *dualis eſt numeri, quòd ſuperiora viſcera ſignificet, nempe cor & pulmonẽ, quæ à viſceribus inferioribus, iecore, liene, & renibus ſeparãtur diaphragmate, ſiue ſepto tranſuerſo. vnde & pro corde accipitur. q. d. Legem tuam vehementer amplector.* 10 Prohibui, אכלא *Fut. Heb. pro præt.* cohibui. continui. 11 Iuſtitiam tuam, &c. צדקתך וגו׳ *Iuſtitiæ Dei coniungitur veritas, ſalus & miſericordia. Miſericordia primũ locũ obtinet,*

qua sola adducitur Deus *vt nos respicere dignetur.* Iustitia, *est continua eius protectio qua suos tuetur: & Benignitas qua ipsos fouet.* Veritas *significat* Deum *semper sui manere similem, nec iuuando fatigari, nec vnquam manum suam retrahere quin semper iuuet vt promisit: vt verax sit perpetuó.* Salus, *iustitię effectus est: quia* Deus *gratuitū suum fauorem erga suos prosequitur, assiduè opē ferēdo, donec saluos in solidū præstiterit.*

in medio cordis mei: veritatem tuam & salutem tuam 'dixi, non celaui misericordiam tuam & veritatem tuam in cœtu multo.

Petit misericordiā & promissionum adimpletionem.

12 Tu *ergo* Iehouą ne 'prohibeas misericordias tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper 'custodiant me.

13 Quoniā circundederunt me mala 'innumera, comprehenderunt me iniquitates meæ, '& nō potui videre: 'multiplicatæ sunt præ capillis capitis mei, & cor meum dereliquit me.

Nostra peccata Christus sua fecit.

14 'Velis Iehoua eruere me: Iehoua ad auxilium mei festina.

Orat contra aduersarios.

15 Pudore afficiantur, & erubescant pariter quærentes animam meam vt perdant eam: 'auertantur retrorsum, & pudore afficiantur volentes malum meum:

di in corde meo: veritatem tuam & salutare tuū dixi,

Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.

Tu autē Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circundederunt me mala quorum nō est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.

Confundantur & reuereantur simul, qui quærūt animam meam vt auferāt eam.

Cōuertantur retrorsum, & reuereantur simul qui volunt mihi mala:

Dixi, אמרתי Dixi, *pro celebraui, & prædicaui, more Hebræorū ponitur.* 12 Prohibeas תכלא subtrahas. cohibeas. cōtineas. *tanquam clausas scilicet, ne pertingant ad me.* Custodiant me. יצרוני *Salutis suæ custodiam in Dei bonitate siue misericordia & veritate locat, quæ est constantia eius in seruandis promissis.*

13 Innumera, עד אין מספר *Ad verbum*, vsque non numerus.

Et non potui ולא יכלתי ET *pro Vt. siue*, ita vt non potuerim, &c. *Verti potest*, nec quicquam cerno. Multiplicatæ sunt עצמו præualuerunt. *i. plures fuerunt quàm capilli capitis mei, quare animo destituor præ dolore.* 14 Velis רצה Libeat tibi.

15 Auertantur retror. יסגו אחור retrocedāt [agantur] retrorsum.

Ferãt confestim confusionem suam qui dicũt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, *qui diligũt salutare tuum.*

Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicitus est mei.

Adiutor me⁹ & protector meus tu es: Deus me⁹ ne tardaueris. XL.

In finẽ, psalm⁹ ipsi David.

Beatus vir qui intelligit super egenũ & pauperẽ: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus *conseruet eum, & viuificet eum, & beatũ*

16 Desolẽtur ˈi mercedẽ pudoris
sui qui dicũt mihi, Euge, euge.
17 Gaudeant & lætentur in te o-
mnes quærentes te: & dicãt sem-
per, ˈMagnificetur Iehouáh, qui
diligunt salutem tuam.
18 Ego autẽ ˈpauper *sum* & ege-
n⁹, *at* Iehouáh ˈcogitat de me: au-
xiliũ meũ, & liberator meus es:
Deus mi ne tardaueris. XLI.
1 ¶ ˈVictori cantus Dauidis.
2 Beat⁹ ˈqui prospicit ˈpauperi:
ˈin die aduerso liberabit eũ
Iehouáh.
3 Iehouáh custodiet eum, ˈ& vi-
uificabit eum: beatus erit in ter-

Exhortatio ad lætitiam.

Solicitus pro suis Deus.

Beati qui non insultant afflictis.

Orat Deũ vt peccatum auferat & morbum.

16 In mercedẽ pudoris sui עקב בשתם Hebraismus, *quasi dicas, pro eo quòd me pudefacere conabantur. Vel, sicuti hoc vnum spectarũt vt me ignominia opprimerent, & confuso ac perdito petulanter insultarent: ita similis confusio in eorũ capita recidat.* 17 Magnificetur יגדל Exaltetur. Extollatur. Magnus sit. *Quidã distinguunt post* Dicant, *vt* Semper *pertineat ad præcedẽtia,* Semper magnificetur Iehouáh.
18 Pauper עני afflictus. Cogitat de me: יחשב לי *Fut. Heb. pro præs. Quidã vertũt,* prospexit mihi. IN PSAL. XLI.
1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Qui prospicit pau. משכיל אל דל qui intelligit super ægrotũ. miserũ. attenuatũ. *i. qui prudẽter diiudicat super hominẽ miserum: hoc est qui nõ ita peruerse iudicat quasi maledict⁹ sit corã* Deo *quisquis affligitur, sed prudẽter apud se expẽdit varias esse causas cur* Dominus *homines castiget.* M*ũdus enim afflictos damnat tanquã miseros & maledictos corã* Deo. *Exemplũ habemus in amicis* Iob. *Ita enim loquitur* David, *q̃ quum* Deus *illum affligeret, hostes sui gauisi fuerint perinde acsi nulla esset spes de eius vita vel salute.* In die aduerso ביום רעה *Putant quidã hanc esse precationẽ* Dauidis, *acsi dicat,* Liberet *eos* Dominus *qui prudẽter iudicãt de meis malis & afflictionibus. Alij referri existimãt precationẽ eorũ de quibus loquutus est, qui scilicet prudenter de ipso iudicarũt,* Liberet eũ Iehouáh, & Iehouáh custodiat eũ. *Alijs potius videtur* Dauidẽ *exponere quale habuerint ipsi iudiciũ de ipso: quod quũ viderẽt ipsum valde afflictũ, nõ tamen putarint illũ abiectũ esse à* Domino, *sed bene sperarint de eius salute, q̃ scilicet* Do*minus esset ipsum liberaturus, & futurus esset de illo liberãdo solicit⁹, &c.*
3 Et viuificabit eum: ויחיהו *i. vitam, siue bonam valetudinẽ præ-*

i.iiij.

stabit illi. D*auid verba eorũ qui se æquos iudices præbuerãt erga ipsum, & quid de ipso iudicauerint, referre pergit, nempe* D*ominum custoditurum ipsum afflictum, & penè mortuum restituturũ in vitam & bonam valetudinem: præterea* D*ominum facturum vt bene & fœliciter habeat in hoc mundo.* Q*uidam (vt iam dictum est) existimant hæc debere resolui in precationis formam, custodiat eum, viuificet eum, &c. tanquam* D*auid precetur pro amicis suis quòd erga eum humani fuerint. sed rectius intelligitur vt priore loco dictum est.* V*ide versu 7 & 9, cogitationes iniquas, quæ opponuntur isti prudenti diiudicationi.*

ra, neque trades eum in animã inimicorum eius.

4 Iehouáh fulciet eum super lectum dolorũ, omne cubile eius vertisti in infirmitate eius.

Christus orat pro peccatis nostris, tanquam suis.

5 Ego dixi, Iehoua miserere mei, sana animam meam: quia peccaui tibi.

6 Inimici mei dicunt malum de me, Quando morietur, & peribit nomen eius?

7 Et si veniebat *quispiam ex eis* ad visendũ, mendacium loque-

faciat eum in terra: & non tradat eum in animã inimicorum eius.

4 *Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.*

5 *Ego dixi, Domine miserere mei, sana animã meam, quia peccaui tibi.*

6 *Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius?*

7 *Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor*

Neque trades e. ואל תתנהו *Personæ mutatio, pro, neque dabit.* In animã בנפש *.i. volũtati & libidini.* 4 Fulciet eũ יסעדנו cõfirmabit, roborabit eũ. *ne scilicet afflictioni succũbat.* D*e lecto dolorũ loquitur, q. qui afflicto sunt animo, & qui sunt mœsti, cõiciunt sese in lectulũ, & illic decubunt, propterea quòd exanimet illos dolor & tristitia.* D*epingit enim imaginem hominis vehementer afflicti, qui ferè exanimis iacet, nec potest seipsum mouere.* Vertisti הפכת M*utatio personæ, pro vertit: vel potius vertet. vt scilicet aliquid leuationis habeat à tam dura afflictione: quemadmodũ aliquid leuationis hoc affert ægrotis quũ lectus eorũ sternitur, vt possint melius recumbere. aut potius,* vertet quũ restituta fuerit illi sanitas. *acsi dicant de eo amici,* D*ecũbit quidem hoc tempore, sed* D*ominus tandem vertet lectulum infirmitatis in lectulũ sanitatis.* 5 Dixi, אמרתי N*onnulli vertunt per præt. imperf.* dicebam. *sub. dum res meæ sic essent afflictæ.* D*eclarat qualiter etiam tũ fuerit affectus.* A*lij adiectis pauculis vertũt,* H*inc ego quoque* dico.

6 Dicunt יאמרו F*ut.* H*eb. quod quidam vertunt per præs.* dicunt: *alij per imperf.* dicebant: *nonnulli per præt. perf.* dixerunt. *i. imprecati sunt mihi malũ, siue maledictionẽ.* 7 Mendacium loq. שוא ידבר vanè loquebatur. *q.d nihil fidei nec sinceri est in eorũ corde.* F*ingũt enim se tãgi dolore quũ videt me malè habere, sed est mera vanitas. fucatè tãtũ dolere se testãtur: interea cor eorũ congregat iniquitatẽ. i. malitiã in-*

tus colligūt & coaceruant. Hæc *cogitatio iniqua, cū eo quod est nono versu,* Res impietatis, *&c. opponitur æquo & humano iudicio. de quo versu. primo.*

eius congregauit iniquitatem sibi. *Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum*

batur, cor eius congregabat iniquitatem sibi: egressus foras 'loquebatur.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

8 Simul aduersum me 'murmurabant omnes odio habentes me, aduersum me cogitabāt malum mihi,

Verbum iniquum constituerunt aduersum me, Nūquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?

9 Dicentes, 'Res impietatis adhæret ei: & qui decumbit, 'nō addet vt resurgat. *Iudæ perfidia. iohan. 13. b. 18 act. 1. c. 16*

Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

10 Etiam 'vir pacis meæ cui fidebam, & qui mãducabat panem meum, 'magnificauit aduersum me calcaneum.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me:

11 'At tu Iehoua miserere mei,

Loquebatur, ידבר *sub. alia quàm loquutus erat coram. Alij, subaudiunt, ea quæ collegerat in animo suo. Futura sunt Hebræis, quæ per imperfecta, aut præsentia verti debent,*

8 Murmurabant ילחשו *Fut. Heb. pro præs. vt vertunt quidam.* susurrant. mussitant. 9 Res impietatis, *&c.* דבר בליעל ינו' Res praua tenaciter inhæret illi. *i. grauissimo morbo correptus est. Aut vt alij,* Iniquitas mala adhæsit ei: *vnde par est vt pœna sit magna, non surget vltrà è cubili. Futura Heb. pro præs. Alij,* Verbum beliiäyal effusum est in ipsum. *i. vltio grandis cuiuspiam sceleris penitus occupauit, & penetrauit istum, vt liberari ab illa nequeat: vnde possumus statuere Deum illi esse aduersum.* De beliiäyal *dictum est Deut. 13. b. 13. & Prou. 6. b. 12.* Non addet vt res. לא יוסיף לקום *.i. Casus Dauidis est absque spe futuri boni exitus.* 10 Vir pacis meæ איש שלומי *Hebraismus pro amico, & eo cum quo amicè & pacificè viuimus. Singulare videtur esse pro plurali. q. d. præcipui amici in quibus speraui, vel fisus sum, quos adhibebam mēsæ meæ.* Magnificauit aduersum me calcaneum. הגדיל עלי עקב Calcaneum *pro pede. Hebraismus pro, sublato pede, velut calce petiuit me. i. cōtumeliosè etiam me quasi hominem abiectum, magis ac magis impetiuit atque insultauit mihi. Metaphora ab equis calcitronibus. Pulsare aliquem pede, contemptus est. Aut,* magnifecit passus suos. *hoc est, dignū me non habuit quem inuiseret. Quidam* aduersum me struxit insidias. *in quem sensum existimāt de preditore Iuda Iohannem, cap. 13. b. 18, locum istum adduxisse.*

11 At tu ואתה Et *pro* igitur, *siue* ergo, *vel* autem. Tu igitur.

'& erige me, & reddam eis.

Gratiarum actio. In hoc 'cognoui quòd cōplacuisti in me, quòd non iubilat inimicus meus super me: 12

'Et ego, in perfectione mea sustentasti me, '& statuisti me coram te semper. 13

Benedictus Iehouáh Deus Iisraël à seculo & vsque in seculum.' Amen, & amen. XLII. 14

¶'Victori 'intelligentia 'filiis Coráhh. 1

& retribuam eis.

12 *In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.*

13 *Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*

14 *Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum. Fiat, fiat.*

XLI.

1 *In finem, intellectus filiis Core.*

Et erige me, והקימני & restitue me. 12 Cognoui quòd cōplacuisti in me, ידעתי כי חפצת בי *Præt. pro præs. vel fut.* agnosco. *vel,* agnoscā quòd cōplacuit tibi in me. *i. charum me habes. aut vt alij, faueas mihi, siue, mihi bene velis, quòd non passus sis inimicos meos triumphare super me, hoc est petulanter gloriari quòd me viderēt iā iam quasi perditū.* 13 Et ego, *&c.* 'ואני וגו *Loquutio est* Hebraica, *pro,* Sed me sustētasti in integritate mea. *vt vacet* EGO. *i. cōfirmasti animū meū vt non deflecterē à recto cursu, quantumuis variè agitatus fuerim, & tētationes grauiter impulerint.* Alij, Sed vtinam tuearis me in sinceritate mea. *vt subaudias* OBSECRO, Sed ego *obsecro vt* sustentes, *&c. Præt. pro futuro. Alij inuersa esse verba existimant*, Pro integritate mea *in qua* ego *sum,* sustentabis me, *hoc est in vita seruabis. aut,* serua. *Nonnullis & hic sensus esse videtur, subauditis etiam pauculis*, Et ego in sinceritate mea *viuere studebo, propterea* sustentabis me. *aut,* viuere studui, *ideo* sustentasti me. *Prior expositio est verior. Potest & ad corpus referri: acsi diceret,* Non *tantùm ab vno periculo liberasti me, sed etiam quum res meæ bene habebant, tu me sustentasti. vel, sustentabas: & nunc quoque me sustines.* Et statuisti ותציבני *Præt. pro fut.* & statues. *q. d. nō me eripuisti hac lege vt me abiicias, sed vt serues in perpetuum. id significat quod dicit,* stabiliuisti [*vel,* stabilies] me corā facie tua in æternum. *Prædicat illum futurum perpetuum sui liberatorem.*

14 Amen & amen. אמן ואמן Id *est* Firmū sit, & firmū. *aut,* Sit ita, sit ita. *siue,* Fiat & fiat. V*enit enim à verbo* אמן *quod firmum esse ac solidum significat. vnde &* אמת *veritas, &* אמונה *fides deducitur. Approbātes ac confirmantes auditum sermonem, ea voce apud* Hebr*æos vtebantur: vt Num. 5. c. 23, & Deut. 27. c. 14, videre est. His verbis ostendit se maximè & ex animo optare vt omnes benedicant* Deo: *& hortatur etiam pios ad eundem consensum suo exemplo.*

IN PSALMVM XLII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Intelligentia משכיל *Vide Psal. 32.* Filiis Coráhh לבני קרח *sub. datus vt decantaretur. cū&t*

enim periti musices. Quidam vertunt, Eruditio filiorum Core. *i. Psalmus erudit one plenus conscriptus de Dauide ab vno è posteris Core. Fuerunt enim ei tres filij qui doctrina valuerunt, dono ac munere prophetiæ insignes: vnde & studio musices dediti erant. Doctioribus magis placet, Dauidem hunc Psalmum composuisse: filiis autem Core datum fuisse vt cantaretur, vt dictum est. nam querimoniæ quæ hìc referuntur, competunt in personam Dauidis.*

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

2 QVemadmodum ceruaʺ clamatʹ ad torrẽtes aquarum, ita anima meaʺ clamat ad te Deus.

David regno pulsus à filio Absalõ, dolet se abesse à sacro cœtu, petitq́; in integrũ restitui.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuũ, Quando veniã, & apparebo ante faciem Dei?

3 ʺSitiuit anima mea ad Deũ, ad Deũ viuum, *dicens,* Quando veniam, ʺ& apparebo coram Deo?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

4 Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte, ʹdum dicerent mihi omni die, Vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animã meam,

5 ʺHorum recordabar, & effundebam super me animã meam,

Consolatur se, quod sit vnus ex iis quos suscipit Deus.

2 Clamat יערג glocitat. desiderat. *Fut. Heb. pro præs. Singulare itẽ pro plurali, vt ceruæ, siue ceruarũ armentũ.* Ad torrẽtes aquarũ, על אפיקי מים ad riuos [decursus] aquarũ. *Alij,* ad diuisiones aquarũ. *Torrentes, siue diuisiones aquarum pro fluminibus accipiunt nonnulli.*

Clamat יערג *Idẽ verbũ Hebræũ quo ceruã glocitantẽ dixit. i. ardenti desiderio fertur. Quo (inquit) desiderio feruntur ceruæ siticulosæ ad flumina, eo animus meus fertur ad te Deus. Verbum Hebræum reliquis etiam feris conuenit: vt Ioel 1. d. 20, Etiam bestiæ agri* יערג *clamabunt ad te.* 3 Sitiuit צמאה *Præt. pro præs.* sitit. sitire solet. *i. summo Dei desiderio tenetur.* Et apparebo, *&c.* ואראה וגו׳ & videbor [conspiciar] in conspectu Dei: *i. tuo. tertia persona pro secunda. hoc est in templo.* Alii, & videbo faciem tuam: *id est arcam fœderis in templo, super quam apparere soles. Cupit David restitui in patriam, vt in templo cum aliis possit Iehouam laudare.*

4 Dum dicerent mihi באמר אלי dum dicunt mihi. *Vel,* quum diceretur mihi. *i. quum obiiceretur mihi ab hostibus insultantibus, me esse à Deo reiectum, nec sperandum mihi esse ab illo vllum auxiliũ. Violenti certè impetus quibus Dauidis fides prorsus deiici potuit, nisi insigni virtute Spiritus fuisset suffulta, ac nisi profundas radices egisset.*

5 Horũ recordabar, *&c.* אלה אזכרה וגו׳ Hæc recordatus sum, & effudi super [*vel,* in] me animã meã, quòd, *&c. i. Hæc reduxi in memoriam, vnde animus meus fuit quasi liquefactus in gaudium, hoc est, abiecto omni mœrore (Gallicè, toute fascherie mise hors) effuso gaudio lætatus*

ſum quòd tranſierim,ſiue tranſibam. Horum inquam recordabar,nempe quòd procul abiiſſem à tabernaculo Dei,*quódq́, hoſtes mei obiicerēt mihi odium* Dei *& reiectionem. Fut.Heb.pro præt.imperf.vel perf.* Quidam, Hæc recordor,effundo ſuper me animā meam, quòd trāſibā,*&c. .i.recordatio illa feſtorùm quæ quondam cum gaudio agere ſolebam, excutit mihi lachrymas amaras,quòd id amplius facere non liceat.* Sic Anna, 1. Sam.1.c.15,*dicit ſe effudiſſe animam ſuam coram* Iehoua. Eadem, *ſeipſam exponens,verſu ſequenti dicit,*Ex *multitudine eloquii mei & indignationis meæ loquuta ſum hactenus.* Amplificat David *ſua mala hac recordatione præteriti temporis, quòd non tantum eſſet vnus aliquis in adeundo templo,ſed præiret alios, ac deduceret tanquam dux ſuos comites.* Durior *enim ſolet eſſe malorum ſenſus quum diu viximus fœlices.* Effundo *igitur* animam meam ſuper me.*i.affectus mei liquefiūt,ita vt ſim quaſi diſſolutus,& ſimul liqueſcam cum anima mea.*

'quòd tranſibam in numero,incedebā cum eis vſque ad domū Dei in voce exultationis & laudis,'*in* multitudine tripudiante.
6 Cur'deiicis te,anima mea,'& pérſonas in me?'expecta Deum: quoniam 'adhuc confitebor ei *propter* ſalutes faciei eius.

quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei,
In voce exultationis & confeſſionis,ſonus epulātis.
Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?
Spera in Deo,quoniā adhuc confitebor illi:ſalutare vultus mei,& Deus *meus.*

Quòd trāſibam,*&c.* כי אעבור וגו' quòd præibam in caterua, ſvel, comitatu lento gradu incedebam cum eis. אדדם *ponitur pro* אתדדה עמהם, incedam cum eis. *coniugationis eſt hithpael,& deficit* ת. *Quidam vertunt*,deducebam.*ſiue*,adducebā eos vſque,*&c.* In multitudine trip. המון חוגג *in* turba feſtum agente.*aut*, læta.*ſubauditur præpoſitio* In. *Alii,deducēs inquam* turbam feſtiuantem. *Alii vertūt per nominatiuū*,multitudo tripudiās. *vel*,turbæ tripudiātes. *Loquitur de ordine quem ſeruabant fideles quum adirent templum. neque enim turmatim & confuſè)proficiſcebātur,ſed gradiebantur per numeros, & ſimul canebant laudes* Dei*, confitebantur eius bonitatem , & commemorabant eius beneficia,canentes.* Alii *in genitiuo,*in voce exultationis & laudis,*veluti* multitudinis tripudiantis.

6 Deiicis te, תשתוחחי deiiceris.deprimeris. deiecta es. *Affectus ſuos refert* David *quales ſenſerat. Videtur autem quaſi homo diuiſus in duas partes:non cum ſatana confligit,non cum impiis qui obiiciebant illum eſſe reiectum à* Deo,*ſed contra ſeipſum.* In *hoc conflictu tentationi non ſuccumbit,tametſi duræ & graui: interim non ſine magno certamine eſt ſuperior.* Et pérſonas ותהמי & tumultuaris.infremis.inquieta es. Expecta Deum. הוחלי לאלהים ſpera *tantùm* in Deum. *vel*,ſpem tuam colloca in Deo. Adhuc confitebor ei,*&c.* עוד אודנו וגו' adhuc celebrabo ipſum,ſalutes vultus eius,Quū Ad-

huc *dicit, perinde est acsi diceret*, Anima mea,*bene tibi sperandum est. quare? quia* Dominus *nō tibi deerit*. Promissiones Dei *arripit*,*vt sibi promittat salutem à solo* Deo *expectādam*. Salutes *vel anxilia vocat salutes vultus* Dei *quæ apparituræ erant ex* Dei *gratia quæ ad tempus latuerat ipsum* Dauidem. Vt *intelligatur iste locus, notandum est*, Deum *tunc faciem suam occultasse à* Dauide *quum esset reiectus à populo* Dei, *quum illi non pateret accessus in templum: tunc non potuit vultum* Dei *aspicere, nec eius faciem contemplari. neque enim frustra dixit*, Quando *veniam, & apparebo ante faciem* Domini? *Loquebatur de arca &* Sanctuario: *quibus quum priuaret eum* Deus, *auferebat illi signa præsentiæ suæ, simul faciem nubibus obtectam habebat*. Igitur *per* Salutes *vultus* Dei *intelligit quum* Deus *reduxit illum in templum, tunc cœpisse faciē* Dei *serenam aspicere, & arcam contemplari: tunc agnouit* Deum *esse sibi placatum*. Ergo *liberatio* Dauidis, *& reductio in templum, fuit testimonium præsentiæ* Dei: *tunc enim* Deus *vultum suum illi ostendit, qui prius quasi auersus fuerat*. Vide Psal. 38. c. 8.

Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis, *&* Hermoniim, *à monte modico*.

7 Deus mi, in me anima mea ʹdeiecta est: propterea ʹrecordor tui de terra Iarden, & ∩Hermonitarum, à monte ʹparuo.

Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.

8 ʹVorago voraginem aduocat ad sonitum fistularum tuarum: *Queritur de succedentibus calamitatibus*.

7 Deiecta est: תשתוחחי consternata est. depressa est. *q. d. tu vides quantis angustiis anima mea distrahatur*. Recordor tui אזכרך Fut. Heb. *pro præs. vel præt*. Terrā Iarden *vocat regionem trans* Iordanem, *quæ cesserat tribui* Gad *& dimidiæ tribui* Manasse, *vbi aliquandiu* David *sub* Saule *errauit quasi vagus & profugus*. Paruo. מצער Mizʃyár. *Quis sit iste mons, ne* Hebræi *quidem dicere possunt. Quū sentiret* David *se meritò affligi propter peccata, meditabatur* Dei *pmissiones: statuebat* Deū *sic irasci vt tamen paratus esset ad dandā veniā, quēadmodū pollicitus est se fore propitiū peccatoribus conuersis ad ipsū*.

8 Vorago voraginem תהום אל תהום Abyssus abyssum. Hebraismus, *pro, calamitas calamitatē inuitat & adducit ea voce & eo strepitu quem emittunt fistulæ tuæ, siue canales tui, hoc est pluuia vehemens quā exprimunt nubes tuæ*. Fistulis, *siue canalibus nubes cōparat, quòd effundat aquas vt fistulæ*. Vel, ad sonitū fistularū tuarū. *i. quū magna vi perstrepūt cataracta tuæ*. Siue, *perstrepētibus iugiter cataractis tuis. q. d. te pluente super me tribulationes, altera alterā secum trahit*. Quidā *sic exponunt*, Dum *mala sua vocat abyssos vel gurgites, significat nullū fuisse leue aut mediocre malū, sed fuisse quasi gurgites quibus posset absorberi*. Deinde *subiicit, gurgites istos non aliunde effossos esse quàm ab ira* Dei. *q. d.* Vnde *aperti sunt isti gurgites qui me vrent & absorbeant. nisi quia ira tua in me defluxit? hinc cauati sunt gurgites*.

omnes'inundationes tuæ & flu-
ctus tui super me transierunt.

Misericordia.

9 'Sic cogito, In die præcipiet Iehouáh misericordiam suã,& nocte 'canticum eius mecum,oratio Deo vitæ meæ.

10 Dicam Deo petræ meæ, Vtquid oblitus es mei? vtquid 'pullatus ambulabo propter oppressionem inimici?

Eius ab inimicis afflictio.

11 'Vt occisio *est* in ossibus meis, qui probris afficiunt me inimici mei, dum dicunt ipsi ad me omni die, Vbi est Deus tuus?

Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.

In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius

Apud me, oratio Deo vitæ meæ. dicam Deo, Susceptor meus es,

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei:

Dum dicũt mihi per sin-

Inundationes tuæ & flu. משבריך וגליך fluctus tui & procellæ tuæ. 9 Sic cogito, In die præcipiet יומם יצוה *Hæc verba, Sic cogito, subaudita sunt, vt dilucidior esset sensus. Quidam vertunt,* Interdiu mandabit. *i. efficiet vt interdiu fruar sua misericordia. Dauid promittit sibi misericordiam quæ tunc occulta erat: promittit sibi materiam lætitiæ qua destituebatur. Quidam per præteritum vertunt,* præcepit. *vel,* mãdauit: *eodem propè sensu, Antea Dominus misertus est mei, ego igitur colligam animum, & confisus illa experientia, rursum confugiam ad Dominum. Alii referentes ad festa de quibus versu 7, vertunt per præt. imperf.* Die mandabat Iehouáh bonitatem suam. *vel,* benignitatẽ. *i. curabat illam populo suo obuenire amplißimé.* Sic *Psal.* 133. 3.

Canticum e. שירה *sub.* erat. *vel,* erit. *i. noctu canam de illo carmina, & gratias agam propter beneficia quæ interdiu in me contulerit: simulq́; precabor ipsum vbi me in vitam restituerit. Hebraicè ponitur* ו *pro* י, *vnde noster interpres vertit,* cãticũ eius: *& ita exponit doctus inter Hebræos.* 10 Pullatus ambulabo, *&c.* קודר אלך וגו' mœrens incedam ob tribulationem. *Vel,* mœstus ingredior: *aut,* incedere cogar, *&c. Hæc Dei obliuio nihil aliud est quàm dum auxilium suum differt vt non statim succurrat pro voto nostro. Tametsi ex carnis sensu ita loquatur, tamen fide interea retinet hanc persuasionem quòd Deo sit curæ.* 11 Vt occisio, *&c.* ברצח וגו' *Varia est lectio: nam quædam exemplaria habent* ב *in: alia,* כ *sicut. Ad verbum,* In occisione in ossibus meis opprobrio affecerũt me. *Vel,* Cum sectione[vulnere] in ossibus meis opprobrio affecerunt me, *&c. Alii,* Quasi gladio in ossibus *i. perinde me afficiunt dolore acsi me gladio confoderent. Vel,* Penetrant voces istæ ossa mea & medullas ipsas dũ probris me afficiũt.

gulos dies, Vbi est Deus tu-
us? quare tristis es anima
mea? & quare cõturbas me?
Spera in Deo, quoniã ad-
huc cõfitebor illi: salutare
vultus mei, & Deus meus.

XLII.

Psalmus David.

IVdica me Deus, & di-
scerne causam meã de
gente non sancta, ab ho-
mine iniquo & doloso erue
me.

Quia tu es Deus forti-
tudo mea: quare me repu-
listi? & quare tristis ince-
do, du affligit me inimic⁹?

Emitte lucem tuã, & ve-

12 'Cur deiecta es anima mea? &
cur personas ĩ me? expecta Deũ,
quia adhuc 'confitebor ei *quòd*
sit salutes vultus mei, & Deus
meus.

XLIII.

1 I'Vdica me Deus, '& litiga li-
tem meam à gente non mise
ricorde, à viro doloso & iniquo
eripe me.
2 Quia tu es Deus 'fortitudinis
meæ: vtquid 'repulisti me? 'vt-
quid pullatus ambulabo pro-
pter oppressionem inimici?
3 Emitte 'lucem tuã & veritatẽ

Excitat se ad sperandam liberationem.

Orat afflictus illuminari cor suũ verbo & promissionibus Dei.

12 Cur deiecta es, *&c.* מה תשתוחחי וגו' *Idem ferè est versus cum sexto præcedenti.* Confitebor ei, *&c.* אודנו וגו' celebrabo eum quòd *sit* salutes faciei meæ. *Vel, est enim* salutes faciei meæ, *est in*quam Deus meus. *Hebraismus, Salutes faciei meæ. i. coram me salus. q. d. author est auxilii mei multiplicis & præsentis ac conspicui: ipse est mihi præsentissima salus. vel, est auxilium in quod solum prospicere debet facies mea. Aut, auxilium semper mihi expromptum & expositum mihi ante oculos. Sic panes propositionis, dicũtur panes facierum. i. propositi faciei Dei, & in conspectu eius. Aut, Salus faciei meæ dicitur auxilium propter quod facies mea solet hilarior & lætior reddi.*

IN PSALMVM XLIII.

1 Iudica me שפטני *.i. suscipe causam meam. Sic sæpe in Scripturis accipitur.* Et litiga, *&c.* וריבה ריבי מגוי & discepta disceptationem meam aduersus gentem. *Vel,* contende contentionẽ meã. *.i. disceptando tuere causam meam aduersus gentem immisericordẽ, &c.* Vide *supra Psal. 35. a. 1.* 2 Fortitudinis meæ מעוזי *.i. à quo omnes vires meæ habent originem. Latine dixeris, robur meum, fortitudo mea.* Repulisti me? זנחתני *Ad verbum,* elongasti me. *vel,* abominatus es me. Vtquid pullatus למה קודר *Vide eadem verba præcedenti Psalmo, versu 10.* 3 Lucem tuã, *&c.* אורך ואמתך *Declarat David præcipuam mæroris sui causam fuisse quod priuaretur templo Domini, & exularet à cœtu fidelium. Quidam per lucem intelligunt promissiones. q. d. Fac vt verbum tuum rursus fulgeat. erat enim verbum Dei quasi obnubilatum. Simplicius videtur vt lux Dei pro eius fauore accipiatur. q. d. Rursus mihi ostende serenum vultum tuum, vt agnoscam te mihi propitium esse. Veritas ad promissiones spectat. tunc enim gustamus Dei promissiones quum Dominus nobis illuxit, & dedit*

aliquem gustum sui fauoris & bonitatis. Possent hæc sic etiam resolui, Emitte lucem veritatis tuæ. Verum simplex est sensus, Domine quum tam inhumaniter me persequantur hostes, non possum faciem tuam aspicere: nam te abscondis. Deinde vbi sunt promissiones tuæ? non apparent. Emitte igitur, id est fac vt veritas promissionum tuarum me deducant in montem, &c. Tribuit omnia verbo Dei: promittit sibi reditum propterea quòd hoc illi Deus promiserat. acsi dicat, Satis erit efficacia in verbo tuo vt restituar in integrum, modò tu illud emittas. Promisisti, fac igitur: & ita spero futurum, quia tu promisisti.

tuam, 'ipsæ deducent me, & introducent me ad montē sanctitatis tuæ, & ad tabernacula tua:

4 'Et introibo ad altare Dei, 'ad Deum lætitiæ exultationis meæ: '& confitebor tibi in cithara, Deus Deus mi.

5 'Cur deiecta es anima mea, & cur pérsonas ĩ me? spera in Deo, quoniã adhuc cõfitebor ei *quòd sit* salutes vultus mei, & Deus meus.

XLIIII.

1 ¶ 'Victori 'filiis Coránh 'intelligentia.

2 Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri narraue-

ritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

4 *Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.*

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

5 *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.*

XLIII.

1 *In finem pro filiis Core ad intellectum.*

2 *Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiaue-*

Erigit se ad sperandam liberationem.

Cõmemoratis Dei beneficiis erga patres, conqueritur Ecclesia Deum sibi non adesse vt adfuerat olim.

Ipsæ deducēt me, & introducēt me המה ינחוני יביאוני hæc me deducant, & introducant. *Vel*, quæ me deducant, & introducant.

4 Et introibo ואבואה Vt ingrediar. Vt ingredi liceat. ו *&, pro Vt, frequens in Scripturis.* Ad Deum lætitiæ exultationis meæ: אל אל שמחת גילי *Deum Lætitiæ gaudii sui vocat Deum authorem summæ lætitiæ suæ. Et Lætitiã exultationis pro ingenti lætitia posuit, more Hebraico.* Et confitebor tibi ואודך vt celebrem te.

5 Cur deiecta es, &c. מה תשתוחחי וגו' *Idem versus legitur præcedenti Psalmo, versu 6, & 12.*

IN PSALMVM XLIIII.

1 Victori, &c. למנצח וגו' Vide *Psal.* 4. 1. Filiis Coráph לבני קורח Vide *Psal.* 42. Intelligentia משכיל Vide *Psal.* 32. *Videtur compositus Psalmus quo tempore Iudæi post reditũ è captiuitate grauiter premebãtur variis cruciatibus: præsertim verò quũ Antiochus exercebat grauissimam illam tyrannidem, & sæuiebat aduersus populum Dei.*

runt nobis

Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Manus tua Gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorũ nõ saluauit eos:

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniã complacuisti in eis.

Tu es ipse Rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob:

In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu, & in no-

runt nobis opus *quod* operatus-es in diebus eorum, in diebus-'pristinis.

3 Tu manu tua Gentes expulisti, & plantasti eos: afflixisti populos,'& emisisti eos.

4 Quia non gladio suo possederunt terrã, & brachiũ eorum 'nõ saluauit eos: sed dextera tua, & brachiũ tuum,'& lux vultus tui, quia'cõplacueras *tibi* in eis.

5 Tu'idem Rex meus, ô Deus: 'præcipe salutes Iaуacób:

6 In te hostes nostros'cornu petemus: in nomine tuo

2 Pristinis. קדם prioritatis.*i.prioribus.q.d.tẽpore ipsorum, tempore inquam prisco.* 3 Et emisisti eos. ותשלחם & eiecisti eos, *nempe Chananæos.* *Alij*, germinare fecisti illos. *Vel*, & fecisti illos mittere.*siue*, proiicere.*sub.radicem. nempe patres nostros.i.propagasti eos.q.d.fecisti vt patres nostri propagines suas expanderent. Hic versus exponit quodnam fuerit opus de quo præcedenti versu.*

4 Non saluauit eos: לא הושיעה למו non attulit opem ipsis.

Et lux vultus tui, ואור פניך *Hebraismus, pro auxilio & fauore. Dicitur facies Dei lucere, quum fauorem suum erga nos declarat: quum testatur paternũ suũ erga nos amorem, illud est lumen Diuini vultus. Contrà dicitur Deus faciem suam contrahere, quum eum non sentimus propitium erga nos.* Complacueras in eis. רציתם voluisti eos. *Vel*, diligebas eos.*i.tale erat beneplacitum tuum erga eos.*

5 Idem הוא *continuo scilicet tenore.i.non semel tantùm fuisti redemptor populi tui, sed etiam illum ingressum terram Chanaan, semper tuo præsidio tutatus es.* Præcipe salutes צוה ישועות *Hebraismus, pro iube vt seruetur verus Israel: vel, eripe verum Israelem de tantis tribulationibus. Imperatiuus pro fut. & futurũ pro præt. perfecto, vel imperfecto, vt redditur à quibusdam. Quidã vertunt per præsens,* mandãs salutes Iaacob. *vt istud sit expositio præcedẽtis partis,* Tu *fuisti* idẽ Rex meus: *quia* tu mãdasti, *&c.q.d.quoties opus habuit populus tu⁹ auxilio tuo, sensit te subinde propitium: nunquam destitutus fuit gratia tua.*

6 Cornu petemus ננגח *Futura huius versus & duorum sequentium, per præterita à nonnullis vertuntur, & rectè: vel per præterita imperfecta,* cornu percussimus, conculcauimus: *vel*, conculcabamus,

k.i.

ſperabã, ſeruabat, ſeruabas, pudore afficiebas, *vt lectori magis loco cõgruere videbitur. nam antea acta narrat.*

cõculcabim⁹ inimicos noſtros.

7 Non enim in arcu meo ″ſpera bo, & gladius meus non ſeruabit me:

8 Sed ſeruabis nos ab hoſtibus noſtris, & odio habẽtes nos, pudore afficies:

9 *Propterea* ″in Deo laudabimus omni die, ″& nomini tuo in ſeculum confitebimur. Sélah.

10 ″*Nunc autem* etiã repuliſti, ″& erubeſcere feciſti nos, ″& non egrederis cũ exercitibus noſtris.

11 ″Reuerti feciſti nos retrorſũ ab hoſte, & odio habẽtes nos, diripuerunt ſibi ipſis *noſtras opes.*

12 Poſuiſti nos ″vt pecudes cibi: & in Gentes diſperſiſti nos.

mine tuo ſpernemus inſurgentes in nos:

7 *Nõ enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſaluabit me.*

8 *Saluaſti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudiſti.*

9 *In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſecula.*

10 *Nũc autem repuliſti, & confudiſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.*

11 *Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderut nos, diripiebãt ſibi.*

12 *Dediſti nos tanquam oues eſcarum, & in Gentibus diſperſiſti nos.*

In tribulationib⁹ à Deo derelicti, etiã in Deo ſperãt.

7 Sperabo אבטח confidam. *vel*, confidebam.

9 In Deo laudabimus באלהים הללנו in Deo iactabamus nos. *aut*, laudabamus. *Vel per præſens*, in Deo gloriamur. *aut*, Deũ laudamus. Et nomini tuo, *&c.* ושמך לעולם נודה & nomen tuum in æternum celebrabamus. *ſiue*, celebramus. 10 *Nunc autem* etiam repul. אף זנחת *Subaudita ſunt*, *Nunc autem. nam* Hebraicè *tantum legitur*, Etiã repuliſti. *Reticentia autem eſt, acſi dicat*, *Nũc non ſolùm non audis preces noſtras, ſed etiam repellis nos à conſpectu tuo. Quidam volunt eſſe præterita pro præſ. Alij vertunt*, Veruntamen repuliſti. *Alij*, At tu longè abes. *vel*, deſeruiſti. Et erubeſcere feciſti nos, ותכלימנו *Alij*, & proieciſti nos. & cõfudiſti nos. *vel*, ignominiæ exponis nos. Et non egrederis *&c.* ולא תצא *Egredi cum exercitibus, eſt quaſi manu ducere populum ſuum. Nam militabant prius auſpicijs Dei, & hoc modo victores erant: quia pugnabant non ſua, ſed illius virtute. Iam autem non egreditur cum ipſis. i. non protegit eos vt ſolebat.*

11 Reuerti feciſti nos retrorſum ab hoſte, תשיבנו אחור מני צר Conuertiſti nos vt tergum ab hoſte *eſſet. i. Vertiſti nos in fugam coram hoſte. Nos hoſti vertere terga cogis. Præterita pro præſentibus, etiam in ſequentibus verſibus, vt nonnullis placet.* 12 Vt pe-

eudes cibi כצאן מאכל vt oues escæ *hoc est, reddisnos similes ouibus cibo se lectis, & mactationi destinatis. acsi dicat, partim occidis nos, partim inter Gentes dispergis, vt non simus amplius vnum corpus sed dissipati.*

Vendidisti populum tuũ sine pretio, & non fuit mul titudo in commutationibus eorum.

13 ʻVendidisti populum tuum ʻnullis diuitiis, ʻneque multiplicasti *rem tuam* pretiis eorum.

Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, subsannationẽ & derisum iis qui sunt in circuitu nostro.

14 ʻPosuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationẽ & derisionem iis qui sunt in circuitibus nostris.

Posuisti nos in similitudinem Gentibus: commotionẽ capitis in populis.

15 Posuisti nosʻ prouerbium in Gentibus, commotionem capitis in populis.

Tota die verecũdia mea contra me est, & cõfusio faʻciei meæ cooperuit me

16 ʻOmni dieʻverecũdia mea coram me est, & pudorʻfaciei meæ obtegit me

A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.

17 Propter vocemʻprobra iaciẽtis & cõtumeliis afficiẽtis, ʻpropter inimicum & vltorem.

13 Vendidisti תמכר *Fut. Heb. pro præterito, aut præsenti, vt quidam vertũt,* Vẽdis. Nullis diuitiis, בלא הון Ad *verbũ,* in nõ opibus. *siue,* pro non opibus. *i. nullis opibus, & gratis, nullius pretij nos reputans.* Neque multipl. &c. ולא רבית במחיריהם. *q. d. vẽdis populũ tuũ ita vt rem tuam non augeas.* Alij, nec multiplicasti pretia eorum. *siue,* auxisti. *in licitando scilicet, quũ distraheres eos. acsi dicat, sumus tibi viles & despecti, nulliusque pretij.* 14 Posuisti nos oppr. תשימנו חרפה Vel *per præsens,* Exponis nos probro. 15 Prouerbiũ משל fabulã. *Hebraismus, pro, facis vt fabula simus Gentibus.* Alij, similitudinem. *i. facis vt dicant Gentes de re vili, Hæc res est tam vilis, quàm Iudæus. Vel de homine calamitoso, illum esse infæliciorem Israelita, siue Iudæo.*

16 Omni die כל היום Quotidie. Tota die. Verecundia m. כלמתי ignominia. *q. d.* O*mni tẽpore ignominia qua afficior, versatur mihi ob oculos. nec possum eius obliuisci.* Faciei meæ &c. פני כסתני *. i. pudor quo vultus meus suffunditur, totam faciem meam occupat. Pudore obtegi dicitur qui obruitur, qui non audet rectis oculis cælum aspicere, neque potest attollere: quia depressus est ignominia & contemptu. Mutatur numerus, quia de populo* D*ei agitur, qui erat velut vnum corpus.*

17 Probra iacientis מחרף exprobrantis. Propter inimicũ מפני אויב Ad *verbum,* à facie inimici. *i. propter inimicos qui iactant se à te immissos vt de me pœnas sumant.* Vltorẽ *autẽ vocant Hebræi qui est*

crudeli & hostili animo. faciem accipiunt hîc pro superbo vultu. vt prius de voce loquuti sunt, ita nunc de facie: tãquam dicerent, Nõ tantùm linguas suas exerunt hostes contra nos, vt maledicant & conuitientur, sed toruè nos aspiciũt & superbo vultu, vt magis contumeliosè nos vexent.

Totum hoc venit nobis, nec 18
tamen obliti sumus tui, "nec mẽ-
titi sumus in pacto tuo.

Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, & iniquè non egimus in testamento tuo:

"Nõ vertit se retrorsum cor 19
nostrum, "neque declinauit gres
sus noster de semita tua:

Et non recessit retro cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua:

"Quum contriuisti nos "in lo 20
co draconis, & operuisti nos

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & coope-

18 Nec mentiti, &c. ולא שקרנו בבריתך nec præuaricati sumus in fœdus tuum. *Vel*, nec peruersè egimus in testamento tuo. *Alij per præsens*, nec irritum reddimus fœdus tuum. *aut*, nec perfidi sumus in fœdus tuum. *Profitentur hîc fideles, se patienter tulisse suas miserias, ita vt non reiecerint* Legem Domini, *nec fœdus ipsius.*

19 Non vertit se retrorsum לא נסוג אחור Nõ agitur retrorsum. Non retrocedit. Non deflexit retro. *Significant se obsequutos esse Diuinæ vocationi. Metaphora à stadio. Constituit nos Deus in hac vita, tãquam in stadio: dein ipse est velut meta ad quam nos assidue vocat. oportet igitur nos properare ad metam. Si à Deo recedamus, dicimur retrocedere à cursu nostro, hoc est à vocatione nostra.* Neque declinauit ותט *Nulla hîc negatio Hebræis, verùm præcedentem negationẽ repetunt in sequẽtibus. Ad verbum*, Non deflexit gressus nostri. *Verbum singulare cum nomine plur. propterea quidam vertunt*, & deflectere fecisti gressus nostros à semitis tuis. Semita *aut* Via Domini *aliquando in Scripturis refertur ad doctrinam, aliquando ad successum. Via Domini est quandò placidè nos deducit, & nos fouet instar patris, & amplectitur vt filios suos: benigneq́ nobiscum & indulgenter agit, quum omnia nobis fœliciter succedũt.* Via, *doctrinã* Domini *aliquãdo significat: in* Lege *enim sua nos instituit acsi viam indicaret. Doctrinæ hîc nulla fit mentio, sed dicunt sancti*, Domine *tu deflectere fecisti, id est reiecisti nos: ita sumus reiecti & maledicti. Viam inquam pro vita fœlice & beata accipit. Sic* Psal. 27.11, *Tu me deduces per iter prosperum.*

20 Quũ cõtriuisti nos כי דכיתנו Quũ cõtereres nos. *vt ad sequentia referatur. Alij*, Nam percussisti nos. *aut*, Licet attriueris nos: *referentes ad præcedentem versum.* In loco draconis, במקום תנים Locus pro regione. *q.d. in regione in qua habitant homines feritate draconibus similes. Alij*, in locum cetorum. *vel*, balenarum *i. in profundum maris. hoc est, ita vt demersi fuerimus in profundum.*

uuit nos vmbra mortis.		"vmbra mortis.	
Si obliti ſumus nomẽ Dei *noſtri, & ſi expãdimus manus noſtras ad deũ alienũ,*	21	Si obliti eſſemus nominis Dei noſtri,"& expãdiſſemus palmas noſtras ad deum alienum:	
Nónne Deus *requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.*	22	Nónne Deus"exquireret hoc? quia ipſe nouit abſcondita cordis.	
Quoniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus vt oues occiſionis.	23	["Imò propter te occidimur omni die: æſtimati ſumus vt pecudes "ad iugulandũ deſtinatæ.	Rom.8.g.36
Exurge, quare obdormis Domine? *exurge, & ne repellas in finem.*	24	Euigila, vtquid obdormis Domine? expergiſcere,"ne repellas *nos* in ſeculum.	*Precatur vt virtutẽ ſuam tandem exerat, ſuóſque ab iniuriis impiorum aſſerat.*
Quare faciẽ tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ?	25	Vtquid faciem tuam abſcondis, obliuiſceris afflictionis noſtræ & oppreſſionis noſtræ?	
Quoniam humiliata eſt	26	Quia"incuruauit ſe vſque in	

Vmbra mortis. בצלמות *Vmbram mortis pro afflictionibus poſuit quæ ab homine non facilè ſuſtineri poſſunt. q.d. etiamſi fuerimus obruti morte ipſa.* 21 Et expandiſſemus, &c. ונפרש וגו' Expandere manus ſuas ad deum alienum, *eſt ab illo noua ſubſidia quærere, & in illo ſpes noſtras reponere: quum ad ſolum* Deum *confugere nos oporteat, & ab illo ſolo quicquid eſt bonorum, petere.*

22 Exquireret יחקר inquireret. *i. exploratũ haberet diſquiſitione facta. Alij,* ſcrutabitur. 23 Imò propter te occ. כי עליך הורגנו: *q.d. tantum abeſt vt illa fecerimus, vt ſæpe non refugerimus mortem propter te. Alij vertunt,* Quoniam prop. &c. *Alij,* Et quidẽ propter, &c. *Alij confirmationis vice accipiunt* Et: *acſi dictum eſſet, & tamen nos propter te occiſi ſumus: non luimus pœnas ſcelerum noſtrorum, ſed patimur quòd tui ſimus, propter nomen tuum. Quidam referentes hæc ad ſequentem verſum, vertunt,* Quum *ergo* propter te occidamur tota die, reputemúrque ſicut, &c. Ad iugulandum deſtinatæ טבחה *Ad verbum,* mactationis. *Significat ſe fuiſſe contemptibiles, & pro nihilo ductam fuiſſe vitam ſuam.* 24 Ne repellas, &c. אל תזנח לנצח ne deſeras in perpetuum. *Alij,* ne abſis *à nobis* in ſempiternum.

26 Incuruauit ſe vſque in puluerem שחה לעפר procubuit [*ſiue,* decubuit] humi. *Alij,* depreſſa eſt [declinauit. afflicta eſt] in humũ. *vt ſcilicet ſolent qui vi hoſtili proſtrati ſunt in faciem.* Anima *pro corpore, vt ſit iteratio ſententiæ. Alii potius accipiũt pro parte ipſa vitali: acſi dicerent, ſe & anima & corpore prorſus eſſe deiectos. Totus (inquiunt) no-*

ster vitalis sensus deiectus est ad puluerem: & venter noster adhæsit terræ: hoc est deiecti sumus in terram proni, vt solent qui occumbunt. His verbis tantum significant fideles, statum vitæ suæ nihil differre à morte ipsa: quemadmodum siquis & anima & corpore prorsus deiectus iaceret.

puluerem anima nostra, adhæsit terræ venter noster.

in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra venter noster.

27 Surge in auxilium nobis, & redime nos propter misericordiã tuam.

Exurge Domine, adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

Laudãt filii Core regem Salomonem à dignitate formę, & gratia eloquentiæ, fortitudine, potẽtia, splẽdore, & magnificentia tũ in se, tum in coniuge, Christum sponsum & Ecclesiam adumbrantibus.

1 ¶ "Victori "super "Sosannim "filiorũ Córaph, "intelligentia, "canticum amorum. XLV.

2 E"Ructat cor meum verbum bonũ: "dico ego opera mea Regi: lingua mea *ut* stylus

In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, cãticum pro dilecto. XLIIII.

E Ructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea Regi: Lingua mea calam⁹ scri

IN PSALMVM XLV.

1 Victori, למנצח vide *Psal.* 4. *Psalmus iste compositus fuit de Salomone: incertus tamen est author, fieri potest vt post eius mortem aliquis ex Prophetis, vel piis doctoribus hunc Psalmum composuerit, vt ostenderet Regem Salomonem non per se esse spectandum, sed esse figuram & effigiem regni Christi.* Super Sosannim על שושנים *Hæc vox significat lilia. Hîc verò nomen est musici instrumenti: vel principium cantici alicuius vulgaris apud Hebræos, ad cuius modulos decantatus fuit iste Psalmus.* Filiorum Córaph, לבני קרח *Genitiuus iste iungitur primæ dictioni,* Victori, *siue* præfecto filiorum Córaph, *vt illũ curaret ab illis decantari.* Intelligentia, משכיל vide *Psal.* 32. Cãticum amorum. שיר ידידת carmen dilectionum. *id est amatorium carmen, siue de amato. Salomon quidem à Dauide patre vocatus fuerat Iedidiáh, admonitus à Nathan: nam 2. Sam. 12. f. 25, dicitur missus fuisse Nathan à Domino, qui Salomonem ipsum vocaret Iedidiáh, idq; propter Dominum. At hîc Iedidoth interpretantur docti quidam non dilectiones ipsas Dei, quibus complexus fuerat Salomonem: sed mutuum amorem qui debet esse inter coniuges. Quoniam autem amores interdum sumi possunt in sinistram partem, ideo vocatur hoc carmen Maschil, id est erudiens, vt sciamus, hîc non tractari de obscœnis amoribus, vel minus pudicis, sed de sanctis, & quæ Deo probantur. Est igitur hoc carmẽ amatorium quidem, sed quod tractat castos & Diuinos amores.*

2 Eructat רחש *Præ. Heb. pro præs.* Ebullit. *q.d. præclarum quidpiam gestit dicere cor meum.* Dico ego opera mea Regi: אמר אני מעשי למלך *Istum Hebraismum sic exponunt nonnulli,* Censeo ego opus meum, *id est, carmina mea dicari debere* Regi, *id est scribẽda esse de Rege ipso. Vel,* dico ego, opus meũ *erit* de Rege: *vt sit datiuus pro ablatiuo:*

vt illud Gene.20.c.13, אמרי לי Dic mihi.*i.de me. Alii,* Quod dicã,*erit* de Rege. *Opera sua vocat carmen ipsum.q.d. ego hic impendam labores meos vt enarrem laudes ac virtutes Regis.*

bæ velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime,

Specie tua & pulchritudine tua. intende prosperè,

scribæ velocis.

3 Pulcher es admodum præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea quòd benedixit tibi Deus in seculũ.

4 Accinge te gladio tuo super femur, ô potens, gloria tua & decore tuo:

5 Et *in* decore tuo prospere age,

Velocis. מהיר expediti. properantis.*i.velociter & expeditè scribentis.q.d quàm celerrima erit lingua mea. promptissimè dicam quæ in animo habeo. disertè & studiosè laudes Regis dicam: & lingua mea non minus promptè excipiet laudes quas illi suggeret animus, quàm scribit calamo is qui scribendi est peritissimus.*

3 Pulcher es admodum יפיפית *Ad verbum*, Pulchruisti. *vel*, Valde pulchruisti.*nam verbum Hebræum est geminatum: geminatur autem prima & secunda litera radicalis. Doctiores autem Hebræorum annotant omnem geminationem indicare excellentiam, intensionẽ per corroborationem. q.d. formosus es & valde excellis. Significat in vultu ipso extare præclaram aliquam indolem. & talem esse vultum vt solo aspectu ostendat Salomon se eximiis dotibus esse præditum. nam vultus ipse sæpe demonstrat dona Dei quæ reposita sunt in hominibus.* Diffusa est gratia,*&c.* הוצק חן בשפתותיך *Hebraismus, pro, loquendi gratia, siue dexteritate excellis. Mox addit vnde hæc dona adsint illi: nempe ideo quòd Dominus illum benedixisset. vbi notandum,* על כן *sumi pro causæ redditione,* propterea quòd,*siue,* ideo quòd.*sic infrà versu octauo.*

4 Super femur, על ירך *Laudatur Salomon à bellica virtute, quæ verè regia est virtus ad regnum suum tuendum. Non solent Orientales se accingere gladiis more nostro, sed gestant gladios qui respondeant ad femur.* O potens, גבור ô heros. *vel*, fortis heros. *Dictio Hebræa significat virum fortem, & bellica virtute potentem.* Gloria t.*&c.* הודך והדרך decus tuum & splendorem tuum. *vel*, magnificentiam tuam. *Per appositionem dictum.i. quo gloriã & decus tibi pares. vel, gladius ille quo accinctus eris, tuæ virtutis & Regiæ potentiæ insigne sit. Alij*, gloria tua & decus tuum *est. Alij, quo* decus tuum & splendorem tuum *exeras.i. quo ostendas te gloria & decore pollere.*

5 Et in decore tuo,*&c.* והדרך צלח Cum splendore tuo fœliciter ingreditor.*q.d. aduení, regnum auspicaturus cum splendore & magnificẽtia. Aut significatur his verbis, gloriam Salomonis fore, solidam &*

diuturnam. habebit (inquit) longum ſucceſſum hæc tua gloria, non erit euanida. Alij, Nam decus tuum eſt perrumpere. *ſub.* Gentes. *id enim etiam ſignificat dictio* צלח, perrumpere. peruadere. ſuperare. *q. d. hoc tibi decus immortale conciliabit ſi adieris Gentes & peruaſeris, quæ* Deum *non norunt.*

'equita ſuper verbũ veritatis, & manſuetudinis & iuſtitiæ,'& *tũc* docebit tę terribilia dextera tua.

procede & regna, *Propter veritatẽ & mãſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.*

Euãgelii verbum conuertens corda impiorum.

6 Sagittæ tuæ'acutæ, populi ſub te'cadent: in cor'inimicorũ Regis *cadent.*

Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent: in corda inimicorum Regis.

Heb. 11. c. 8.

7 |Solium tuum, Deus,'in ſeculum & in ſeculum:

Sedes tua Deus *in ſeculum ſeculi:*

Equita ſuper verbum ver. רכב על דבר אמת. *i. perfer citò ad Gentes verbum quod docet veritatem, &c.* Alij, inequita propter verbum veritatis & manſuetudinis, iuſtitiæ, *&c. vt ſcilicet ſint hæc cauſa huius ſplendoris & ſucceſſus. ſignificat nanque, hæc eſſe vehicula quæ extollant* Regem *in ſublime, ſi veritatem, manſuetudinem, vel clementiam & iuſtitiam colat: quemadmodum dicit* Salomon, *Iuſtitia & clementia ſtabilietur thronus* Regis. Prou. *16. b. 12. & 25. a. 5.* Quidam, equita propter veritatem & afflictionem iuſtitiæ. *i. defenſurus fidem populi, & afflictã ac depreſſam iuſtitiam.* Et docebit te terribilia ויורך נוראות *Hebraiſmus, pro, mirabilia perpetrabit dextera tua.* Alij *explicant,* Docebit te, *fides ſcilicet, manſuetudo & iuſtitia, vt per dexteram tuam præclara deſignes facinora.* Nonnulli verò, *Videbis tantum ſucceſſum adfore dexteræ tuæ, vt mirabilia ſis perpetraturus.* Alii *exponunt,* Habebis *ad manum formidabilem potentiam:* Dominus *inſtruet manum tuam ea virtute vt terrori ſis omnibus, & perpetres mira facinora quæ incutiant hominibus metum, quo tibi ſubiiciantur omnes rebelles.*

6 Acutæ, שנונים *Significat* Salomonem *habere tela quibus hoſtes procul feriat. non modò igitur terribilis erit hoſtibus vbi manus conſeruerit, ſed etiã habiturus eſt tela quæ eminus proiiciat aduerſus hoſtes ſuos, ita vt feriat priuſquam ad ipſum accedant.* Cadent יפלו *Verbum iſtud repetendum,* Sagittæ cadent in cor, *&c.* & populi cadent, *poſtquam ſcilicet ſagittæ illæ defixæ fuerint in cor inimicorum* Regis.

Inimicorum Regis איבי המלך *Perſonæ mutatio, pro,* inimicorum tuorum, *magnam habet vehementiam.*

7 In ſeculum & in ſeculum עולם ועד in ſeculum & vſque. *Alii,* in ſempiternum & perpetuó. *Alii,* perpetuum eſt & ſempiternum. *Hinc videmus* Pſalmum *iſtum ad* Meſſiam *ſpectare, nec poſſe omnia conferri in* Salomonem: *qui certè* Deus *dici non poteſt.* Salomonem *itaque cõpellans nomine* Dei, Meſſiam *intelligit. ſic autem vocat* Salomonem *quòd rex eſſet: & quia* Deus Regibus *inſculpſit aliquam gloriæ ſuæ partem*

virga directionis, virga regni tui.		'virga æquitatis *est* virga' regni tui.	
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.	8	'Diligis iustitiam, & odio habes 'impietatē: propterea quòd vnxit te Deus Deus tuus oleo gaudii' præ participibus tuis.	*Christus vnctus Spiritu sancto in Regem & Sacerdotem.*
Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, è domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.	9	Myrrha, & aloe, 'casia, omnia vestimenta tua 'ex ædibus eburneis *educta*, ex *quibus* 'lætificauerunt te.	
Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.	10	Filiæ Regum ' inter honorabiles tuas: astat' cōiunx ad dexteram tuam' in auro Ophir.	

Virga שבט sceptrum. *Dicit sceptrum Salomonis non esse tyrannicum, vt multorum Regū qui violenter exercent suum imperium sine vlla æquitate. Inuersa autem sunt vocabula, pro, virga regni tui, est virga æquitatis. q. d. tu imperas cum iustitia.*

8 Diligis אהבת *Præt. Heb pro præs.* Impietatem רשע improbitatem. Propterea quòd vnxit te על כן משחך *Hîc etiam* על כן *sumi debet vt sit causæ redditio, vt suprà versu tertio: acsi diceret, Quia Deus tuus vnxit te, ideo diligis rectitudinem, &c.* Præ participibus tuis מחבריך præ sociis [*vel*, sodalibus] tuis. 9 Casia, omnia vestimenta tua קציעות כל בגדותיך *Casiam aromaticam & ligneam intelligit. Quidam vertunt,* flexuræ [*vel*, plicæ] omnium vestimentorum tuorum: *sequuti ex doctioribus Hebræorum alterum, quòd dictio* קציעות *subiecta sit præcedentibus duabus dictionibus,* myrrha *&* aloe, *sine coniūctione. Quanquā solet plerunque Scriptura duabus vocibus cōiunctione connexis, tertiam subiicere absque coniunctione, quæ tamē nihilominus superioribus cohæreat, acsi cū coniunctione esset addita. Sic versu 5, substantiuum Iustitiæ, subiectum est dictionibus Veritatis & Mansuetudinis. Dicit igitur flexuras, siue plicas omnium vestimentorū Salomonis circunquaque redolere myrrham.* Ex ædibus eburneis מן היכלי שן è palatiis eburneis. *sub. extracta. Alii,* ex tabernaculis eburneis. Palatia, *siue* tabernacula *vocat magnas arcas in quibus reponuntur vestimenta.* Lætificauerunt te. שמחוך *sub. qui ea tibi donarunt.*

10 Inter honorabiles tuas: ביקרותיך *sunt* in inclytis tuis. *i. inter vxores tuas inclytas sunt non paucæ quæ à Regibus ducunt originem. Alij,* in pretiositatibus tuis. *vel,* in magnificentiis tuis. *i. tibi adstāt ornatæ mundo pretioso & magnifico quo eas condecorasti.* Coniunx שגל concubina. *Plures vxores habuit Salomon, quas hîc* Regum filias *vocat: præcipua verò fuit filia Pharaonis, quam hîc vocat* שגל *ab actu coniugij, vt quæ præcipuum cum Rege dormiendi ius habuerit.*

In auro Ophir. בכתם אופיר *Hebraismus, pro, ornata veste pretiosissima, confecta ex auro quod affertur ex Ophir.*

Sponsus fidem requirit à spõsa, & abnegationẽ sui.

Audi filia, & vide, & inclina 11
aurẽ tuam, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui:

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui:

Et cõcupiscet Rex decorem 12
tuum: quoniam ipse est dominus tuus, & incuruà te ei.

Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Opes ac pulchritudines Ecclesiæ.

Et filia Tyri cũ munere vul- 13
tum tuum deprecabuntur, diuites populi.

Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, diuites plebis.

Tota inclyta es filia Regis 14

Omnis gloria filiæ Regis

11 Filia בת *De vxore Salomonis AEgyptiaca, hoc est filia Pharaonis, loqui videtur: nã inter Reginas illa excelluit, vt ex Sacra historia colligimus: illa fuit quæ astabat Regi ad latus, & quæ nomen Reginæ sola obtinebat.* Quum filiam *vocat Propheta, Dei personam sumit, cũ authoritate loquens, tanquam ex Dei persona.* Audi(*inquit*) filia, & vide *i. cogita & expende diligẽter qualis sit tua conditio.* Et obliuiscere, *&c. q. d. non est causa cur indignè feras patris tui absentiam, & cur ægrè careas patria tua, nam præclarã compensationem habes in præsenti statu.*

12 Decorem tuum: יפיך formam tuam. pulchritudinem tuam. *id est, conciliabis tibi animum Regis.* Et incurua te ei. והשתחוי לו & adorabis ipsum. *vel,* & supplex ei eris. *q. d. dominus tuus est, illi obstricta es: illum igitur reuerenter cole, hoc est, tu illi subiecta sis, nec feraris ad diuersa vota, sed in eo solo acquiescas.* 13 Et filia Tyri בת צור *Collectiuum nomen est* filia *pro populo. propterea verbo plurali,* deprecabuntur, *iungitur. q. d. Tyrij alienigenæ allatis muneribus cupient tecum inire amicitiam, etiam qui in populo Israelitico diuites sunt. Alij distinguunt post* munere, *sic,* Et filia Tyri cum munere: deprecabuntur omnes diuites plebis. *Et subaudiunt verbum,* venient: cum munere *venient. Significat suppliciter venturos qui munera Regi suo afferant. est enim hoc subiectionis symbolũ, vt nostra vulgari lingua dicimus, faire hommage. Qui erunt ditissimi in quoque populo, illi deprecabuntur vultum tuum, id est, donis te venerabuntur. Idem dicit aliis verbis.*

14 Tota inclyta es filia Regis intr. כל כבודה בת מלך פנימה Omnis gloria filiæ Regis intus *est .i. quòd in interiore regia sedet cum Rege. Alij,* Omnis dignitas filiæ Regis *quòd* intima est. *i. in intima regia sedet. Alij exponunt, Reginam non tantùm quum prodit in publicum, ornatam esse splendidis vestibus & sumptuosis, sed etiam quum domi sedet. Alludit ad homines superbos qui dediti sunt ostentationi & pompæ: qui quum solennis dies celebratur, aut etiam prodituri sunt in conspectum hominum: nouas vestes induunt, magnificè suas opes ostentant, domi alioqui parum soliciti de vestibus elegantioribus: at ista semper & foris & domi clausa in penetralibus domus, pretiosissimis semper ornata est vestibus.*

abintus, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

intrinsecus: ex vestibus auro ocellatis indumentum eius.

15 *Adducentur Regi, virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.*

In vestibus Phrygionicis adducetur Regi: virgines quæ post eam, & proximæ eius adducentur tibi.

16 *Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum Regis.*

Adducentur cum lætitiis & exultatione, ingredientur palatium Regis.

17 *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram.*

Pro patribus tuis erunt filii tui: constitues eos principes in vniuersa terra.

Iudæis Gentes successerunt.

18 *Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem:*

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in seculum seculi.

Memorare faciam nomen tuum in omni generatione & generatione: propterea populi confitebuntur tibi in seculum & perpetuó.

Nomen Christi sanctificandũ inter Gentes.

Ex vestibus auro ocel. ממשבצות זהב ex texturis auri. *vel,* ex intertexto auro. *q. d. vestes eius intextæ sunt auro.*

15 In vestibus Phryg. לרקמות *.i. vestibus acupictis induta. Dicit Reginam non sibi ornatam esse, vt conuertat in se hominum oculos, & retineat honorem, sed id totum fieri in honorem Regis.* Quæ post eam, אחריה *id est pedisequa.* Proximæ eius רעותיה sodales eius.

16 Ingredientur palatium תבאינה בהיכל venient in palatium. *Ipsæ enim habitant in palatio illis parato, quod est domus mulierũ, donec Rex voluerit: & vocat eas nominatim, vt veniant ante se. Ita docent inter Hebræos.* 17 Pro patribus, &c. תחת אבותיך וגו' *Hebraismus, id est posteritas tua dignitate & gloria non cedet patribus vnde tu trahis originem. q. d. non minuetur dignitas generis tui post mortem, sed æquabit patres, auos, & proauos excellẽtia & omni genere virtutis. Mox sequitur quomodo futuri sint pro patribus, quia scilicet constituti erunt principes & domini totius terræ. Hîc Propheta clarius demonstrat se hactenus nõ tantùm de Salomone verba fecisse, sed præcipuè spectasse in Christum. neque enim completus fuit hic versus in Salomone: nam non habuit filiũ qui æqualis esset Dauidi.* 18 Memorare faciã, &c. אזכירה שמך Memorabo. [Memor ero, Recordabor] nominis tui. *Alij,* Cõmemorabo gloriam tuam. In seculum & perpetuó. לעולם ועד in æternum & semper. *vt suprà versu 7. Propheta æternã Meßiæ gloriam fore docet: cui omnes Gentes cõfitebuntur, quia se illi sponte tradẽt.*

Gratulatio est pro insigni aliquo auxilio lato vrbi sanctæ Ierusalem. Cōuenit Ecclesiæ quę Deo præside secura est in periculis.

XLVI.

¶ 'Victori 'filiis Córanh 'su- 1
per 'yAlamóth Canticum.
DEus nobis 'protectio & for 2
titudo, auxiliũ in angustiis
'inuenimus abundè.
Propterea nō timebimus 'e- 3
tiamsi permutarit terrã, '& mo-
uerit montes in cor maris:
Et 'fremant & 'turbētur aquæ 4
eius, & 'cōtremiscāt mōtes pro
pter sublimitatem eius. ʊSélah.

XLV.

In finem, filiis Core pro arcanis Psalmus.

DEus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & trãsferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

IN PSALMVM XLVI.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Filiis Córaph לבני קרח *Vide Psal. 42.* Super yAlamoth על עלמות ad yAlamóth. *Musicũ instrumentum: aut initium vulgaris cantilenæ* Hebræis, *ad cuius modulos vt decantaretur, traditus fuit filiis* Corah. 2 Protectio מחסה refugium. spes. fiducia. *Generali sententia vtitur tanquã præfatione.*

Inuenimus נמצא inueniemus. *Alij*, repertus est. *siue*, inuentus est. *i. auxilium eius præsentissimum fuit. Ita loquuntur* Hebræi *quum opportunum aliquid significant, dicunt inueniri: vt* Psal. 32, *Orabit ad te omnis sanctus in tempore inueniendi. i. opportuno. Hortatur* Propheta *omnes pios vt generaliter statuant*, Deum Ecclesiæ *suæ esse tutorẽ & præsidem: deinde nunquam deesse suis, qui succurrat quoties postulat ipsorum vsus.* 3 Etiamsi permutarit terrã, בהמיר ארץ etiamsi nutet terra. *Alij*, etiãsi moueatur terra. *sub. loco suo.* Et mouerit, &c. ובמוט הרים בלב ימים etiamsi moueantur (*.i. transferantur*) montes in cor maris. *Alij*, etsi commoueantur montes in corde maris. *aut*, nutent montes in medio maris *siti. Significat montes decidere in cor maris, quum procellæ & tempestas auellũt rupes ipsas in profundum maris, & montes: vt videmus promontoria vi & impetu maris cadere.* D*escribit tempestatem sæuam.* 4 Fremant יהמו *Futura* Heb. *quæ per præsens coniunctiui vertunt qui cũ præcedenti istum versum cōnectunt*, Perstrepant, strepitum faciant. Turbentur יחמרו intumescãt. *Alij*, lutulentæ fiant, *sub. præ nimia agitatione.* Contremiscant montes prop. subli. e. ירעשו הרים בגאותו concutiantur montes in superbia eius. *i. in eleuatione, siue æstu eius, vt alij vertunt.* N*onnulli*, in celsitudine [*vel*, eleuatione] eius: *qui vertunt omnia in futuro, vt est* Hebraicè, *non coniungentes hunc versum præcedenti, sed sequentibus*, Sonabunt, tumultuabuntur aquæ eius, & concutientur montes in eleuatione eius, &c. *q. d. Quanuis aquæ maris turbentur & intumescãt, quanuis montes ipsi labefactentur violento eius impetu: tamen*, &c.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altißimus.

5 Fluminis *riui eius exhilarabunt ciuitatem Dei, *sanctum habitaculorum Altissimi.

Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

6 Deus *in medio eius, non cõmouebitur: adiuuabit eã Deus *appetente mane.

Conturbatæ sunt Gẽtes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

7 **Statim ut* infremuerunt Gentes, nutauerunt regna: dedit vocem suam, defluxit terra. *Aduersariũ fideliũ conturbati.*

Dominus virtutũ nobis-

8 Iehouáh exercituũ *nobiscũ:

5 Riui eius פלגיו *Relatiuũ vacat, quod refert flumen. Vertendum,* Fluminis riui exhilarabunt. *q. d. Etiamsi Ierusalem non habeat mare aliquod tempestuosum quod illi opponatur, sed exiguum fluuium Siloe, & placidum: tamen riuuli illius fluuii exigui & contemptibiles ciuitatem Dei exhilarant. Sensus huius loci est, Ecclesiam Dei, quamuis destituta sit præsidiis in speciem & quantũ attinet ad aspectum humanũ, contentam tamen fore præsidio Dei, etiamsi Dominus nihil illi dederit præter exiguũ fluuiũ. Rectè intelligetur locus iste ex loco Iesaiæ, cap. 9. a. 6. confer locum.*

Sanctum קדש. *Nomen Toar per comparat. aut superlatiuum vertẽdum,* sanctissimum tabernaculorum, *siue* habitaculorũ. *Nam omnis terra Israel est habitaculum Dei, sed Ierusalem est sanctior locus.*

6 In medio eius, בקרבה *Relatiuum est fœmininum, nempe ciuitatis. Ostendit David vnde tanta Ecclesiæ securitas.* Commouebitur ימוט nutabit *sub. ciuitas, non commouebitur loco suo, fixum habebit statum.* Appetente mane. לפנות בקר *Ad verbum,* dum aspiciet mane, *vel,* aurora. *sub eam. Alii,* ad prospectum auroræ. *i. quũ tempus postulabit. Ideo mane, quòd tunc oppugnantur vrbes. Alii,* ad cõspectus auroræ, *plurali numero. i. quoties noua aurora exurget: hoc est, singulis diebus.* 7 *Statim vt* infrem. G. *&c.* המו גוים נטו Cõcurrerunt turmatim Gentes, collapsa sunt regna: *statim vt* edidit vocẽ suã, defluxit terra. *i. statim atque fremitu ipso aut concursatione ostenderũt Gentes se moliri aduersum nos perniciem, conciderunt & corruerũt: iussit enim Dominus vt deficerentur omnibus viribus, ideo animos abiecerunt, atque ita perierunt vires earum, vt terra ad solem liquescit, & postea euanescit, vt de niue est manifestum. Alii per præt. plusquamperf. vertũt,* Confremuerant Gentes, mota fuerãt regna: dedit vocem, *&c. Alii per præsens indicatiui,* Tumultuantur Gentes, & commouentur regna: dedit vocem, *&c. Nonnulli per præsens coniunctiui, coniungentes hunc sequenti versui,* Tumultuentur Gentes, motus cõcitent regna, & tellus dato fragore defluet, Iehouáh *tamẽ* exercituũ à nobis *stat.*

8 Nobiscum: עמנו à nobis *stat. Significat non esse timendũ quandiu ille nobis opitulabitur.* Deum exercituum *vocat. i. instructum satis valida potentia ad nos seruandos.*

'arx sublimis *est* nobis Deus Ia-
yacób. ᴅSélah.

Exhortatio, vt facta Dei egregia contemplemur.

9 Venite, videte opera Iehouæ,
'qui posuit solitudines in terra.
10 'Cessare facit bella vsque ad
extremum ipsius terræ: arcum
conterit, & concidit hastā, plau-
stra comburit igni.

Aduersarios alloquitur Deus.

11 'Cessate, & scitote quòd ego
sum Deus: 'exaltabor in Genti-
bus, exaltabor *inquam* in terra.
12 Iehouáh exercituū nobiscū:
arx sublimis *est* nobis Deus Ia-
yacób. ᴅSélah. XLVII.

1 ¶'Victori filiis Córaph can-
tus.

cum: susceptor noster Deus Iacob.

9 *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens*
10 *bella vsque ad finē terræ.*
Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

11 *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.*

12 *Dominus virtutū nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.*

XLVI.

1 *In finem, pro filiis Core psalmus.*

Arx sublimis משגב Vide Psal. 9. b. 10. Quum Deū Iayacób *vocat, respicit ad promissiones. Vt igitur fidem rectam illi habeamus, consideranda est illius virtus & potentia: atque etiam gratia qua se nos adiuturos promisit.* 9 Qui posuit solitudines אשר שם שמות quasnam solitudines fecerit. Ponere solitudines in terra, *pro, totam terram vastare,* Hebraismus. *Arguit hoc loco* David *ingratitudinis eos qui* Dei *potentiam non æstimant vt par est: eos item qui non confidunt* Deo, *quòd existiment satis non esse illi potentia, aut terreantur obiectu periculorum.* 10 Cessare facit, &c. משבית מלחמות עד קצה וגו' Futu*ra* Heb. *quæ per præt. perf. quidam vertunt,* Deleuit bella vsque ad fines ipsius terræ, arcum contriuit, & lanceam fregit, plaustra combussit igni. *Alij per præsens,* Abolet[*siue,* Quiescere facit]bella vsque ad fines terræ, arcum confringit, detruncat[*siue* cōscidit]lanceas. *siue,* hastam, &c. 11 Cessate, & scitote הרפו ודעו Desistite, & cognoscite. Remittite, & agnoscite. C*onuertit sermonem ad hostes populi* Dei, *qui tumultuantes non reputabant* Dei *virtutem. q. d. Si vultis cogitare, reprimite istos affectus nimis violentos, vt tandem succedat recta cognitio.* P*otest esse & exhortatio ad fideles.* Exaltabor ארום excelsus ero. *vel,* sublimis. extollar. *q. d. virtus mea non est inclusa in finibus* Iud*æa, sed sese exeret vbi mihi visum fuerit.* D*icebat rex* S*yriæ,* I*lle est* D*eus montium, descendamus igitur in planitiē.* 1. Reg. 20. *d.* 23. 28.

IN PSALMVM XLVII.

1 victori למנצח vide Psal. 4. *a.* 1. Filiis Córaph לבני קרח vide Psal. 42. Cantus מזמור Psalmus.

Omnes Gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis:

2 Omnes populi plaudite manu, iubilate Deo ʹin voce exultationis:

AEdificato templo, & arca in eo reposita incitat Salomon omnes ad laudandum Deum.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram:

3 Quoniã Iehouáh ʹaltiſſimus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram:

Subiecit populos nobis, & gẽtes ſub pedib⁹ noſtris.

4 ʹDucit populos ſubtus nos, & nationes ſubt⁹ pedes noſtros.

Elegit nobis hæreditatẽ ſuam, ſpeciem Iacob quem dilexit.

5 ʹSelegit nobis hæreditatẽ noſtram, ʹgloriam Iaʿacób quem dilexit. Sélah.

Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.

6 Aſcendit ʹDeus cum iubilo, Iehouáh cum voce tubæ.

Deus pro arca Dei.

Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.

7 Cantate Deo, cantate: cantate Regi noſtro, cantate.

Quoniam Rex omnis terræ, Deus: pſallite ſapiẽter.

8 Quoniã rex vniuerſæ terræ, De⁹: canite ʹ*quotquot* intelligitis.

2 In voce exult. בקול רנה in voce ouationis. *Alij*, laudis, *ſiue* cantici. 3 Altiſſimus, עליון ſublimis. in ſublimi loco poſitus. excelſus. 4 Ducit ידבר *Fut. Heb. pro præt.* [Deduxit. *Vel pro præſ.* Agit. *aut*, Subiicit] populos nobis. *Alii*, Ordinauit. *Verſus iſte præcedentem exponit alioqui obſcurum. nam quũ dixiſſet* Iehouam altiſſimum, terribilem, *&c. nunc ſubiicit quomodo* Deus *gentes alias colligat in regnum ſuum, ita vt omnibus terris & gentibus imperet. quũ ſcilicet illas ſubiicit, & ordinat populo ſuo: hoc eſt quum facit vt* Iudæi *emineant quaſi in capite: Gentes autem ſponte ſe colligant ad* Iudæos.

5 Selegit יבחר *Futurum* Heb. *pro præt. i. donauit nos hæreditate propria, atque ita diſtinxit à reliquis populis.* Gloriam גאון præſtantiam. magnificentiam. ſplendorẽ. *Per appoſitionẽ dictum. i. id de quo verus* Iſrael *gloriatur. vel, quod eſt ipſi* Iacob *materia gloriæ, magnificentiæ & ſplendoris.* 6 Deus אלהים *Pro arca* Dei *ponitur, quòd ſuper eam in medio* Cherubim *loqueretur populo ſuo* Deus: *quódque populus quum ad arcam reſpiciebat, habebat certum ſymbolum* Diuinæ *præſentiæ. Alludit* Propheta *ad veteres* Legis *ritus.* Aſcendit Deus in iubilo, *quum celebrarentur ſacri conuentus in templo.*

8 *Quotquot* intelligitis. משכיל *Quidam*, cum intelligentia. *Alii*, intelligibiliter. *Alii*, prudenter. *i. non bacchantium more, ſed cum recta intelligentia & compoſita mente.* Hebraicè, *canite intelligens. Singulare cum verbo plurali, quod per nomen partitiuum* vnuſquiſque, *reſolui debet, hoc modo, quicunque ſapientia & eruditione præcellitis: vel periti canendi.*

9 'Regnat Deus super Gẽtes: Deus sedet super thronũ suum sanctum.

Regnauit Deus super Gẽtes: Deus sedet super sedem sanctam suam.

Gentes cum Abraham collectæ.

10 Principes populorũ 'congregati sunt, *ut sint* populus Dei Abraham: quoniã 'Dei sunt scuta terræ, vehementer 'eleuátus est.

Principes populorum cõgregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ vehemẽter eleuati sunt.

XLVIII. — XLVII.

1 ¶'Canticum psalmi filiis Córaħ.

Psalmus cãtici, filiis Core secunda sabbathi.

Videtur hic psalmus scriptus ob insignẽ aliquam vrbis Ierusalem, Deo propugnante, victoriam: sub cuius typo, Ecclesiæ nascentis initium describitur.

2 M'Agnus Iehouáh, & laudãdus válde in ciuitate Dei nostri, & monte sancto eius.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.

3 'Pulcher termino, gaudium vniuersæ terræ mons ẞSiión, *qui est* ad latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.

Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.

9 Regnat, &c. 'מָלַךְ וגו *Aliis verbis idem dicit quod præcedẽti versu. Deus totum orbem terrarum redegit sub potestatẽ Filij sui, & fecit vt non amplius solis Iudæis esset cognitus, sed etiã omnibus aliis nationibus.*

10 Congregati sunt, *vt sint* pop. נֶאֱסָפוּ עַם אֱלֹהֵי adiunxerunt se populo Dei. *Alij, subaudito* ET, adiunxerũt se, & populus Dei. *Quidam legentes* עִם *cum hiric subscripto, quod tunc significat* Cum, (*nã cum pathah, est* Populus) *vertunt*, cõgregati sunt cũ Deo. *Vel*, adiungẽt se Deo. Dei sunt scuta terræ, לֵאלֹהִים מָגִנֵּי אֶרֶץ Dei sunt clypei terræ. *i. defensio eorũ qui in terra sunt, accepta referri debet* Deo. *siue, quoniam protectio* Dei *extenditur ad totam terram, vehemẽter exaltatus est. Vel vt alij*, Magnates & Reges *qui subiectis sunt vice clypei, & illorum protectores, accedent ad* Deum. Eleuatus est. נַעֲלָה exaltatus est.

IN PSALMVM XLVIII.

1 Canticum psalmi שִׁיר מִזְמוֹר *Vide Psal.* 30. Filiis Córaph. לִבְנֵי קֹרַח *Vide Psal.* 42. *Quidam existimant psalmum hunc fuisse compositum quum soluta esset obsidio tempore* Achaz, *quum rex* Syriæ & Israel *putarent iam se fore victores. Vel potius tempore* Iosaphat.

2 Magnus גָּדוֹל *Quidam in superlatiuo (quo carent* Hebræi) *vertunt*, Maximus. *Quamuis* Dominus *nobis ponat ante oculos materiam sui laudandi quocunque spectemus, præcipuè tamen vult laudari in sua* Ierusalem, *hoc est in* Ecclesiæ *suæ gubernatione.* 3 Pulcher termino, יְפֵה נוֹף Elegans climate. *vel*, regione. *Alij*, Pulchrum clima. Pulcher locus. Amœna regio. Ad latera Aquil. יַרְכְּתֵי צָפוֹן *Mons ille prospicit versus* Aquilonem, *vt etiam dicit* Iesaias *cap.* 14. c. 13.

Deus in domibus eius cognoscetur quando suscipiet eã.

Quoniam ecce, Reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, cõmoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi cõteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam

4 Deus in palatiis eius agnitus
est in arcem sublimem.
5 Quoniam ecce, Reges congregati sunt, transierũt pariter:
6 Ipsi viderunt, & sic admirati
sunt: territi sunt, & festinauerũt:
7 Timor apprehendit eos ibi,
dolor tanquam parturientem.
8 *Quasi* vẽto Oriẽtali *qui* cõterit
naues Tharשׁישׁ, *dissipati sunt:*
9 Sicut audiuimus, ita vidimus
in ciuitate Iehouæ exercituũ,
in ciuitate Dei nostri: Deus

Conspecta Ierusalem terrentur Reges conspirati.

4 In arcem sublimem למשגב *id est agnoscitur esse vice præsidij.* *Alij,* ad exaltandum. *Quidam,* ad protegendum. *aut,* ad eleuationẽ. *Hæc omnia pro refugio accipiuntur: propterea nonnulli vertunt,* veluti utum refugium. *Prosequitur laudes templi & vrbis sanctæ, eo quod Dominum habeant tutorem, vt etiam psalmo 46 videre est. q. d. Tametsi Ierosolyma palatiis refulgeat, magnificas ædes habeat, & turribus referta it: non illis tamen fidit Ierusalẽ, sed Deum solum agnoscit sibi esse instar mnium munitionum & arcium, illo solo confidit, illique soli innititur, non suis arcibus.* 5 Transierunt pariter: עברו יחדו accesserunt simul. D*icit Reges fuisse congregatos, & conspirasse inter se de subuertenda Ierusalem: sed simulac viderunt vrbem, solo conspectu fuisse territos & actos in fugam.* 6 Festinauerunt. נחפזו præcipitati sunt. præcipites acti sunt. *i. in præcipitem fugam adacti sunt.*

8 *Quasi* vento, *&c.* ברוח קדים תשבר אניות תרשיש *Velut* ventus Oriẽtalis cõfringere solet naues Tharשׁישׁ. *Fut. Heb. pro præt. vel præs.* *Alij, Velut* vento Orientali, *aut,* per ventum Orientalem, *qui* confringit naues Tharשׁישׁ. *sub. sic dissipati sunt.* H*æc pars versus, qui* cõterit, *&c. virtutem venti describit.* H*ac similitudine vsus est & Ieremias cap. 18. c. 17. Per* vẽtum Orientalem *Eurum intelligit.* D*icit Propheta Reges illos non secus fuisse deiectos, ac solent naues subita procella quæ exoritur vbi tranquillum est mare.* 9 In ciuitate בעיר de ciuitate. ב *pro* מ. *q. d. vt audiuimus à Prophetis, sic deprehendimus* rem *habere de ciuitate Iehouæ exercituum, de ciuitate inquam, &c.* B*ifariam potest accipi hic versus, vel quòd Propheta in persona omnium fidelium sic dicat, Nos quidem à Patribus accepimus, Deum sæpe opem tulisse populo suo: Sacræ historiæ celebrant multa Dei beneficia quibus dignatus est Patres nostros: sed iam sumus experti eandem Dei misericordiam in nobis iuuandis. Vel, Quemadmodum Deus pollicitus est se opem laturum populo suo, ita reipsa præstitit.*

'firmabit eam vſque in ſeculũ.
ↄSélah.
'Conſiderauimus, Deus, mi- 10
ſericordiam tuam 'in medio té-
pli tui.
'Sicuti nomen tuum,Deus,ſic 11
laus tua vſque ad fines terræ:'iu
ſtitia plena eſt dextera tua.
'Lætabitur mons ꝟSiión, ex- 12
ultabunt filiæ Iehudáh propter
iudicia tua.
Circundate ꝟSiión,& circui- 13
te eam,numerate turres eius:
'Ponite cor veſtrũ ad antemu 14

in æternum.

Suſcepimus,Deus,miſericordiam tuam in medio tẽpli tui.

Secundum nomen tuum, Deus ,ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Lætetur mõs Sion, & exultent filiæ Iudæ , propter iudicia tua Domine.

Circundate Sion,& complectimini eam : narrate in turribus eius.

Ponite corda veſtra in

Exhortatio ad cõtemplandam magnificentiam Eccleſiæ.

Firmabit יכוננה *Fut.Heb.pro præterito, vt quidam vertunt,*firmauit. ſtabiliuit. 10 Conſiderauimus,דמינו Animo concipiebamus. *Alij,* Expectauimus. In medio templi tui בקרב היכלך *Fideles ſpem concipiunt ex verbo & promiſsionibus Dei,non ex ſuo cerebro.Promiſerat Deus ſe adfuturum populo ſuo vbi nomen ipſius inuocaretur. Atqui inuocabatur in monte Sion , & locum illum delegerat in quo præſentiæ ſuæ dederat pignus,Arcã ſcilicet & ſanctuarium :ideo hîc dicit,*In medio templi tui. 11 Sicuti nomen tuum, *&c.* כשמך וגו' *Quidam exponunt hunc verſum vt reſpondeat ſuperiori ſententiæ:acſi dicat ,Tu non vis fruſtra nomen tuum celebrari : ſimul enim ſuppeditas nobis materiam laudis. ſiue, materia laudis eſt ſicuti prædicatio nominis tui:talem te præſtas,qualis prædicaris. Alij vero,Domine,vſque ad extrema terræ,quocunque nomen tuum peruenerit, ſimul coniunctum erit cum laude,id eſt cum laudis materia. Omnes enim externi populi intelligent qualem te præſtiteris populo tuo, & quàm præclara fuerit hæc liberalitas,bonitas & clementia,quibus teſtatus es te non fruſtra pollicitum eſſe ſalutem fidelibus tuis.Fama nanque falſorum deorum per omnes mundi plagas volitabat ſine re,ſine vera laude:vbi autem celebratur nomen Dei Iſrael,ſimul accedit effectus operum.* Iuſtitia, *&c.* צדק וגו' Iuſtitia *hîc , eſt illa æquitas quam Dominus declarat in ſeruandis ſuis & in Eccleſia ſua gubernanda. q.d.tu quaſi porrecta manu demonſtras iuſtitiam tuam, ita vt omnes agnoſcant te eſſe verum Eccleſiæ gubernatorem.* 12 Lætabitur. ישמח *Futura pro præſ.vt quidam vertunt.*Montem ꝟSiión *&* filias Iehudáh *vocat incolas Sion & Iudæ.q.d.Templũ Dei & omnes Iudæi agnoſcunt te illis fuiſſe authorem ſalutis.* Iudicia *vocat vindictas quas ſumit Deus de impiis.*

14 Ponite cor veſtrum שיתו לבכם *Hebraiſmus,pro,conſiderate,animum adijcite.ſtudium applicate.*

virtute eius, & distribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera.

11 *Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum & in seculum seculi: ipse reget nos in secula.*

XLVIII.

1 *In finem, filiis Core Psalmus.*

2 A*Vdite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem,*

3 *Quique terrigenæ & filij hominũ: simul in vnum diues & pauper.*

4 *Os meum loquetur sa-*

rale ei, aspicite palatia eius: vt enarretis generationi posteræ.

Quoniã iste Deus, Deus noster in seculũ & perpetuó: ipse deducet nos vsque ad mortem.

XLIX.

¶ Victori filiis Córaph Psalmus.

AVdite hoc omnes populi: auscultate omnes habitatores orbis,

Etiã *nos* filii hominũ, etiã *nos* filii viri, pariter diues & pauper.

Os meum loquetur sapien-

Hortatur & inuitat omnes ad doctrinam audiendam quam vult proponere.

Aspicite *turres e* פסגו ארמנותיה exaltate & extollite. quasi rem magnã ducite. admiramini turres eius. *q. d. agnoscite quãta sit altitudo palatiorũ eius. Si aliquid vilipẽdimus, dicimur humiliare: ita quũ magnificamus, dicimur extollere. Vrbis Ierosolymæ sitũ & robur cõmendat: acsi dicat, vrbem optimè esse munitã & inexpugnabilẽ: itã tamen vt coniungi velit quod quarto versu dixerat de præsidio* Dei: *non enim oculos illorum & mentes subsistere vult in vrbis pulchritudine, sed attollere pòtius mentes ad Deum, vt sequenti versu dicit: vt semper Deum habeant ante oculos, qui est author & fons omnium bonorum.*

11 Vsque ad morté עלמות *Noster interpres vertit tanquã sint duæ dictiones* על *&* מות. *Doctus inter Hebræos annotat quosdam legere vnica dictione, & subaudiendum* כ *similitudinis, vt sic vertas, sicut à* pueritia, *id est quemadmodum deduxit nos tempore pueritiæ nostræ, hoc est à principio quando elegit nos, & in suam accepit protectionem.*

IN PSALMVM XLIX.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Filiis Córaph לבני קרח *Vide Psal. 42.* 2 Auscultate האזינו auribus percipite. Orbis חלד *Quidam Hebræorum exponunt*, temporis, *id est huius vitæ præsentis quæ temporalis est.* 3 Etiam filii hominum, etiam filii viri, גם בני אדם גם בני איש *Hebraismus est, pro, tam plebeij, quàm dignitate aliqua pollentes. Vel*, & plebeii & nobiles, *siue filii* magnatum. *Quidam*, tam filii hominum ignobilium, quàm filii cuiuscunque nobilis. Filios hominis *vocat plebeios & vulgares.* Filios *autem* viri *vocat potẽtes vel diuites: vt mox ipse velut exponens seipsum, dicit*, simul diues & pauper.

4 Loquetur ידבר *Fut. Heb. pro præs. quidã esse volunt.* Sapientias חכמות scientias. *i. quæ ad comparandam scientiã plurimum valẽt*

tias: & meditatio cordis mei,
'intelligentiæ.
5 ¶'Inclinabo ad parabolam aurem meam:'aperiam cum cithara 'ænigma meum.
6 Vtquid timebo'in diebus mali,'*quum* iniquitas calcaneorum meorum circundabit me?

pientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.
5 *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionē meā.*
6 *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.*

In parabolis Christus loquens. matth. 13. c. 35 psal. 78. a. 2
Christus ab auaris impetitus non timet.

Intelligentiæ. תבונות *sub. sunt. Sic melius vertitur, quàm vt quidam in accusatiuo,* intelligentias: *nam meditatio cordis non loquitur. Plurali vtitur, quòd de multiplici intelligentia loquatur. Quidam* ET *pro* QVIA *accipientes, vertunt*, Quia animus meus meditatur res plenas prudentia. *Vel*, Nam quæ apud me ego meditor, ad rectam intelligentiam pertinent. *q. d. nihil vulgare hîc proponam. propterea non est quòd quispiam contemnat hanc doctrinam, tanquam non magni ponderis.* 5 Inclinabo ad parabolam אטה למשל Accommodabo parabolæ. Intendam sententiis. *Quod dicturus est, vocat* parabolas, *quòd similitudine & collatione non careant: & tam graues & præclaras sententias, vt etiam ipse illis aures accuratè præbere velit. q. d.* Ego *hîc differā de rebus magnis & præclaris.* Aperiam cum cithara אפתח בכנור exponam adhibita cithara *ad quam scilicet decantatus fuit Psalmus.* AEnigma meum חידתי *Vox ista non debet hîc referri ad obscuritatem, vt fit apud* Ezechielem *cap. 17. a. 2: sed ad grauitatē rei quæ tractatur. Significat tantùm Propheta hîc simpliciter se de rebus arduis habere sermonem: nequis hæc tanquam non magni pretij contemnat.* 6 In diebus mali, בימי רע *id est quum res aduersæ sunt mihi molestæ. quum afflictionibus premor.* *Quum* iniquitas, *&c.* עון עקבי יסובני *Quidam hanc partem versus non iungunt priori parti. nam* Hebraicè *tantùm legitur*, Iniquitas calcaneorum meorum circundabit me. *vel*, circundaret me. *Alij futurum vertūt per præteritū*, Prauitas insidiatorū meorū circūdedit me. *id est improbi tendunt mihi insidias. Alij hunc versum quatuor sequētibus coniungunt, vertentes*, Ecquid pertimescerem in diebus malis, *dum* me circumuenit iniquitas supplantatorum meorum, Qui rebus fidunt suis, opésque suas grandes ostentant, Si frater neminem redimere, nec Deo quenquam reconciliare potest? Tanti quippe redemptio talium constat animarum, vt omittere cogatur id perpetuò, etiamsi viuat diutissimè, nec intereat, *&c.* Calcanei sui iniquitatem *vocat hostes, quòd sic ipsum vrgebant vt premerent eius calcaneū: quemadmodum* Gallicè *dicimus*, Il me poursuit aux talons. *Quum igitur iniquitas calcanei mei circundabit me, id est quando vndique ingruent hostes, imò vrgebunt, & quasi oppressum me tenebunt, non est tamen quod metuam.*

Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

7 'Qui fidunt opibus suis, & in multitudine diuitiarum suarum iactant se.

Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem suam,

8 'Fratrem redimendo, non redimet quisquam, nec dabit Deo pretium redemptionis eius.

Christus solus redemptor, non diuitiæ aut aliud quicquam.

Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem,

9 Nam pretiosa est redemptio animæ ipsorum: '& desinet in seculum,

Non videbit interitum:

10 Vt viuat vltrà in seculũ, nec 'videat foueam.

7 Qui fidunt opibus suis הבוטחים על חילם Qui spem collocant in opulentia sua, & multitudine diuitiarum suarum gloriantur. *subaudi, Timent tempore aduerso, quia opes fluxæ sunt. Vel, illi sunt qui circundant me. Alij, Sunt* qui sperant in, *&c. Alij*, Nitentes opibus suis, & qui de amplitudine diuitiarũ, *&c. referentes ad* calcaneos, *pro quibus verterunt*, insidiatores. *Ostendit quare non debeat timere, quòd scilicet hostes eius habeant vmbratilem potentiam quæ statim euanescit. Quum turbamur ab hostibus, reputare debemus quid sint ipsi, & qualis sit eorum conditio.* 8 Fratrem redimendo non redimet quisquam, אח לא פדה יפדה איש *Ad verbum legitur*, Fratrem non redimendo redimet vir. *Vbi negatio transposita est, pro*, Fratrem redimendo non redimet vir: *sic versu* 18, *Quoniã non quũ mortuus fuerit, accipiet quicquã. pro, Quoniã quum mortuus fuerit, nõ accipiet quicquam. Hebraismus autem est, pro, Nemo fratrem suum vlla ratione redimere potest quin moriatur, & impetrare vitam longiorem pecuniis. q.d. Nõ tantum ipse qui videtur sibi fœlix, non poterit diu frui hac vita: sed si contingat ipsum mori, & habeat fratres, nemo fratrũ redimet ipsum. q.d. nullo pretio nullisve diuitiis possunt effugere quin moriantur. Seipsum sequenti versu exponit.* 9 Nam pretiosa est redemptio animæ ips. ויקר פדיון נפשם Nimii siquidem pretii est redimi *à morte* animam ipsorum. *Doctus inter Hebræos exponit*, pretiosum, *pro*, *non erit, nec inuenietur: vt & 1. Samu. 3. a. 1, Et verbum Iehouæ erat pretiosum in diebus eorum. i. non erat ibi verbum Prophetiæ. Videtur tamen pretiosum dici potius illo loco Samuelis, pro raro. Relatiuum* IPSORVM *pro antecedente Hominum.* Et desinet in seculum וחדל לעולם & cessauit in æternum. desiit esse in æternum. *q.d. id nunquam fiet, nempe quod sequenti versu legitur, vt quis viuat in æternum. Alij legentes* חלד, *vertunt*, & seculũ perpetuũ. 10 Videat foueã יראה השחת *Hebraismus, videre foueã, siue sepulchrũ, pro corrũpi in sepulchro, siue mori.*

Studium diuitum & ruina.

Quia *quilibet* videt *quòd* sapiẽtes moriãtur, *quódque* simul stultus & insipiens pereant,& relinquant alienis diuitias suas. 11
Interiora eorum,*quòd mensuræ sint* domus suæ in seculum: *&* tabernacula sua in generatione & generationẽ:vocauerunt nominibus suis terras. 12
At homo in honore non permanebit: similis est iumẽtis *quæ* intereunt. 13
Hæc via eorum, stultitia ipsis:& *tamen* posteri eorum 14

11 *quum viderit sapiẽtes morientes, simul insipiens & stultus peribunt:*
Et relinquẽt alienis diuitias suas: & sepulchra eorum, domus illorum in æternum. 12
Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo quum in honore 13 *esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*
14 *Hæc via illorum, scandalũ ipsis: & postea in ore suo*

11 Videt יראה *Fut.Heb.* Videre est *vt* sapiẽtes,*&c.* *Quidã versum istũ iungũt sequẽti,hoc modo,* Quũ *quilibet* eorũ videat etiã sapientes mori,*&c.tamẽ* interiora eorũ, *&c.i.fingunt sibi perpetuũ fore in hoc mũdo domiciliũ.* Alienis לאחרים aliis.*nõ filiis,quos nullos relinquũt, atque ita extinguitur nomen familiæ illorũ.* 12 Interiora eorũ *q.m.sint* domus suæ קרבם בתימו *Ad verbũ,* Intima illorum, domus illorum.*Est autẽ Hebraismus,pro,in animo cogitant quòd mansuri sint perpetuò in domibus suis.* *Quidam,* Intima illorum *cogitatio quòd* domus ipsorũ *futuræ sint* sempiternæ, *Alij,Et tamen* cogitatio eorum est *quòd* domus suæ *maneant* in æternum. Tabernacula sua משכנתם habitacula sua. Nominibus suis terras. בשמותם עלי אדמות *Ad verbũ,* in nominibus suis super terras.*i.indiderunt nomina regionibus,vt scilicet monumentũ gloriæ suæ posteris relinquerent. Aliis videtur Prophetam aliud voluisse, nempe quòd famã suam velint celebrari in mundo:atque hoc vnum propositum sit illis vt celebrẽtur in terra, & versentur in ore hominum. q.d. fecerunt vt nomina sua haberent sonitum suum in terra,vt vbique exandiretur.* 13 In honore ביקר in splendore.in pretio.*Istud repetit postremo versu huius psalmi.*

Intereunt נדמו *Fut.Heb.pro præs.* 14 Hæc via eorũ, stultitia ipsis: זה דרכם כסל למו Hæc via ipsorũ stultitia est eis. *Vel,* stultitia eorũ est.*id est,(vt quidã vertunt)Hoc illorũ institutũ,planè stultitia illorũ est.Aut vt alij, Quúmque hæc eorũ consuetudo tam stulta sit, tamen posteri eorũ,instituto ipsorũ delectantur. Alij subandiũt causalem particulã* כי, *hoc sensu,Ipsi sic instituunt vitã suam,quia stulti sunt:hoc est,destituuntur recto consilio. Alij existimant Prophetam simpliciter loquutum fuisse,perinde acsi diceret, Hæc via ipsorũ cedit in ruinam.q.d. reipsa coarguuntur stultitiæ, quia Dominus cogitationibus ipsorum maledicit,quemadmodum alibi dicitur, Dominus dissipat consilia ipsorum, ac cogitationes dispergit.*

complacebunt.

Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos: Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorũ veterascet in inferno à gloria eorum.

'ore ipsorum ibunt. ʘSélah.

15 "Tanquam pecora, in inferno ponentur, mors "pascet eos: at dominabuntur illis recti° mane: '& figura eorum vt veterascat, *egredietur ad* foueam ab habitaculo *quod erat* sibi.

Diuitum cruciatus, & piorum resurrectio cum Christo.

Ore ipsorum ibunt בפיהם ירצו in ore ipsorum ambulant. *Alij*, currunt. *Fut. Heb. pro præs.* בפיהם in ore eorum, *pro* כפיהם secundum os eorum *positum est.* Os *pro sermone, præceptis & sententiis. Propterea quidam vertunt*, Præcepta ipsorum cupidè sectantur. *Alij*, ori ipsorum acquiescent. *Alij*, Verbum eorum approbāt. *Horum versionem probant doctiores. Vident filij patres suos mori postquam somniauerant non modò æternum vitæ statum, sed immortalitatem nunquam finiendam: vident illos rideri à Domino, & consilia ipsorum euerti, & tamen ori eorũ & præceptis acquiescunt: hoc est idem sentiunt & idem loquũtur. Nonnulli*, Os eorum diligũt *.i. quæ illi cõmendarunt, placent. vel. gratißima habent eorum præcepta & sententiam de diuitiis coaceruandis. Non desunt qui vertũt*, Vt asserunt, perficient. *nam verbũ Hebraicum id etiam significat* 15 Tanquam pecora, *&c.* כצאן וגו' *.i. quemadmodum in ouile aggregantur oues, ita etiam descendent in sepulchrum.* Pascet eos: ירעם reget eos. *id est pastorem aget erga illos. q.d. quum isti velint omnium domini esse, adeòque vsurpent sibi primatũ inter homines, tandem venturi sunt sub iugum mortis: hoc est, ad extremas miserias redigentur: priuabuntur enim vita æterna, qua fruentur recti.* Mane לבקר exorta luce. *Sic vocat futurũ statum quem nunc speramus, & qui non apparet. Dicit confidentes in diuitiis priuandos esse vita æterna: pios verò futuros æterni & cælestis regni hæredes, & regnũ commune cum capite suo habituros, vt, sicut ille inimicos suos subijcit pedibus suis, ita & pij dominentur impiis, & subijciant eos pedibus. nam dominium Christi commune est omnibus eius membris.* Et figura, *&c.* וצירם לבלות שאול מזבל לו *Multa subaudienda.* Et figura eorum *ita cõparata est* vt absumat *eam* sepulchrum, *tralatam* de termino suo. *Vel*, habitaculo suo. Figuram eorũ *vocat gloriam illorum quæ nihil habet solidi, quemadmodũ Paulus loquitur*, Præterit huius mundi figura. *1. Cor. 7. f. 31, significans mundũ istum habere speciem euanidã, quæ admirabilis quidem est primo aspectu, sed interim nihil aliud est quàm flatus. Alij, pro* figura, *siue* forma, *vertunt* robur, *sic*, Et robur illorum peribit: infernus cuique illorũ pro habitaculo erit. *Nõnulli*, Et forma eorũ vt veterascat, *vel*, aboleatur, infernus domiciliũ eius. *pro, ipsis. Alij vertũt posteriorẽ partẽ versus ferè eodẽ sensu cum nostro interprete*, in vetustatem sepulchri à domicilio illis. *acsi diceret, ab ipsorum domicilio est illis sepulchrum. hoc est, habitant quidem in suis ædibus magnificis: sed Dominus ipsos tandem cogit egredi: & exitus eorum tem-*

dit ad sepulchrum. vel, sepulchrũ illos statim excipit. Alludit Propheta ad vanas pompas in quibus sibi placent homines terreni, qui prodeunt in publicum sese ostentaturi.

Certè Deus redimet animam 16
meã "de potestate inferi, "quo-
niam suscepit me. Sélah.

Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, quum acceperit me.

Exhortatio, ne diuites metuamus propter diuitias.

Ne timueris "quum ditatus 17
fuerit vir, quũ multiplicata fue-
rit gloria domus eius:

Ne timueris quum diues factus fuerit homo, & quũ multiplicata fuerit gloria domus eius:

Iob 27.d.19

Nam "quum morietur, non 18
accipiet quicquam, neque de-
scendet post eum gloria eius.

Quoniam quum interierit, non sumet omnia: neque descendet cũ eo gloria eius.

Quoniam "animæ suæ in vita 19
sua benedicet:

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confite-

16 De potestate מיד Ad verbũ, de manu. *Quod testatus est præcedente versu de filiis Dei, id iam agnoscit suũ esse, & priuatim sibi accommodat. sic quum vocamus Christũ Redemptorem nostrum, debet quisque nostrum statuere, redemptionem hanc esse suã.* Quoniã suscepit me, כי יקחני *Fut. Heb. pro præt. sic cũ nostro interprete alij quidam, hoc sensu, Quia semel me elegit, quia assumpsit me quasi vnum ex suis, ideo redimet animam meam de sepulchro. i. resurgere faciet me ad vitã. Ita electio gratuita, qua Dominus nos sibi adoptat in filios, causa est omnium bonorum quibus nos prosequitur: deinde per totam vitam, in ipsa morte, & vltra mortẽ. Alij per fut. vertunt, vt est Hebraicè, atque ita exponunt, Etiam si corpus in terrã descendat, & putredine corrumpatur, vt videatur quodammodo anima hominis euanescere quum è corpore migrat, etiamsi non cernatur amplius vlla vita: Dominus tamẽ suscipiet suos, & est fidelis custos animarũ. Quoniã igitur non abijcit Deus animas nostras vt pereãt, sed recipit in sinũ suum, vbi fideliter seruantur: ideo exprimit redemptionem illam è sepulchro.* 17 Quũ ditatus fuerit vir, כי יעשר איש Quũ diues factus fuerit quispiam. 18 Quũ morietur, nõ accip. quicq. לא במותו יקח הכל Ad verbũ, Non in morte sua accipiet omnia. *Negatio inuersa, i. in morte nõ accipiet quicquã, siue ne minimũ quidẽ ex omnibus quæ habet.* 19 Animæ suæ in vita sua benedicet נפשו בחייו יברך *Hebraismus, i. beatũ se prædicabit quãdiu viuet: aut, quòd viuat in hoc mundo.* Nõnulli *fut. in præs. cõuertunt,* Animæ suæ benefacit. *i. diuitiis fruitur dum viuit, iuxta illud Luc. 12.c.19, Anima mea, habes multa bona, &c.* Benedicere animæ suæ *alij exponunt, benedicere sibi in corde suo, hoc est blandiri. Sic Moses Deut. 29.c.19, Vt benedicat sibi in corde suo, &c.* Benedicet igitur animæ suæ in vita sua, *id est intus sibi faciet delicias incredulus, quandiu potietur suis deliciis: & postposito timore Dei, abiectóque omni pietatis sensu, finget se ideo esse beatum quoniam in mundo bene habeat.*

bitur tibi quum benefece-ris ei.

Introibit vſque in progenies patrum ſuorum: & vſque in æternum non videbit lumen.

Homo quum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis fact' eſt illis.

XLIX.

D *Pſalmus Aſaph.*
Eus deorũ Dominus

"& laudabũt te quum benefece
ris tibi.
20 'Introibit vſque ad ætatẽ pa-
trum ſuorum: vſque in ſeculum
non videbunt lumen.
21 Homo "in honore, & nõ intel
ligit. ſimilis eſt iumentis *quæ* in-
tereunt.

L.

1 D ¶Cantus "ipſi Aſaph.
'Eus deorũ Iehoua loquu-

De vero Dei cultu contra hypocritas. Ad homines ſuæ ætatis hæc accõmodauit Propheta.

Et laudabunt te, ויודך *Mutatio perſonæ, Scripturis freqũẽs, Laudabunt te ò impie, & qui diuitiis tuis confidis, quũ, &c. pro, Et laudabunt eum quum benefecerit ſibi. i. quum ſuauiter vixerit in mundo. Dicit illos communem plauſum habere ab hominibus: id eſt non tantum populi iudicio eſſe fœlices, ſed etiam omnes illis applaudere, & eorum errores confirmare ſuis blanditiis & adulationibus: neminem eſſe qui nõ celebret illorum fortunam, Quid, ille eſt fœlix, inquiunt omnes.*

20 Introibit תבוא *ſub.* anima. *nam* תבוא *eſt fœmineum. Anima autem pro ipſo homine. q. d. tandem morietur cum maioribus ſuis. Hic locus ſic ferè ab omnibus exponitur, Veniet ad ætatem patrum ſuorum, pro, deſcendet in ſepulchrum vnà cum patribus ſuis. & Patres hîc intelligunt qui ſimiles fuerunt. Alii, ſubauditis particulis Quamuis & Tamen, ſic vertunt, Quamuis* venerit ad ætatem patrum ſuorũ, *tamen* in perpetuum nõ videbunt lucẽ. *Per lucem intelligit præſentis vitæ vſum. q. d. quamuis ad ætatem patrum ſuorum veniant increduli, tamen non ſunt viſuri lucem in perpetuum. hoc eſt nõ potientur hac luce niſi ad breue tempus.* 21 In honore, & non intel. ביקר ולא יבין in pretio, & non intelligit, *Alij,* in ſplendore *viuens,* & ſciẽtia deſtitutus. *Alii, quũ ſit* pretioſus vel nobilis non expendit. *Repetit quod ſuprà verſu 13 dixerat.*

IN PSALMVM L.

1 Ipſi Aſap. לאסף *ſub. traditus vt decantaretur.* Deus deorum אל אלהים Fortis Deus. *vel,* fortiſſimus deorum. *Significat Propheta Deum coram cælo & terra acturum cum populo ſuo hypocrita, vt ex quarto & octauo verſu huius pſalmi apparet. Sic Moſes loquitur, Deuter. 32. a. 1, Audite cæli quæ loquar, & audiat terra verba oris mei. Et 4. d. 26, Teſtor contra vos hodie cælum & terram quòd, &c. Extollit autem hîc magnificè vocem Domini: acſi diceret, Si putatis vos eſſe tutos in iſto angulo Iudææ, & alii aliis applauditis, & ita contemnitur Deus à vobis, Deus exurget in aliud iudicium maius, & aduocabit terram ab Ortu ſolis vſque ad Occaſum. Quidam exiſtimãt propter principium pſalmi, non poſſe exponi niſi de Chriſti regno. Ex quo enim patefactum fuit*

toti mundo Euangelium, Deus tunc terram vocauit. nam inclusa erat prius vox Dei in sola Iudaea. Deus quum Legem suam promulgauit, non vocauit totam terram, sed Iudaeam duntaxat. Sic etiam audita fuit eius vox in templo: silebat interea apud alias gẽtes. Prior expositio verior.

tus est, & aduocauit terram, ab Ortu solis vsq; ad Occasum ei⁹.

Ex ᵡSiión ᶻperfectione decoris Deus resplenduit.

Veniet Deus noster, & non ᵃsilebit: ignis ᵇ coram eo vorabit, & in circuitu eius ᶜtempestate commouebitur *terra* vehementer.

ᵈAduocabit cælos desuper, &

loquutus est: & vocauit terram

2 *A solis Ortu vsque ad Occasum: ex Sion species decoris eius,*

3 *Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in cõspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.*

4 *Aduocauit cælum desur*

2 Perfectione decoris Deus resplenduit. מִכְלַל יֹפִי אֱלֹהִים הוֹפִיעַ consummatæ pulchritudinis Deus emicuit. *vel*, ornamento pulchro Deus effulgebit. *aut*, perfectè decorat⁹ Deus illustris prodiit. *Hebraicè legitur*, Vniuersitate formæ, *per appositionem. i. perfectæ pulchritudinis. Huius versus talis est sensus*, Dicetis, *scio*, Deũ è Sion *resplẽduisse, hoc est dedisse vobis Legẽ: iactabitis etiã vos habere Legẽ, propterea nõ oportere aliud afferre quam quod iã recepistis: at illud nihil proderit. Deus enim ab ipsa Lege petet regulam sui iudicii quod aliquando de vobis faciet, ex eadem de vobis pronuntiabit sententiã.* Vocat ᵡSiión perfectionẽ decoris, *siue pulchritudinis, quòd* Deus *peculiariter locũ illũ sibi delegisset, vbi inuocaretur.* Deinde *scimus totum mundum tunc fuisse demersum in tenebris, & alibi non fuisse cognitum Deum. Quoniam ergo Deus illic se patefecerat Iudæis, ideo Sion habet tam honorificum nomen.*

3 Silebit: יחרש tacebit. obsurdescet. *Iudæi non semper habebant Prophetas qui eos acriter pungerent. propterea Deus silere videbatur quũ illi suis sacrificiis defuncti, negligebant totum spiritualem cultum & veram pietatem: interea non putabant se Dei iudicio obnoxios. Sensus est, Tandem coget vos audire vocem suam quæ penetret vsque in conscientias vestras, vt sentiatis vos nihil habuisse præter externas cæremonias. Alludit ad Legis promulgationem. tum enim aer refertus fuit fulgoribus, tonitru auditum in cælo, terra commota, ignis vbique accensus.* Vide Exodi *19.c.16.* Coram eo vorabit, לְפָנָיו תֹּאכַל de conspectu eius flagrabit. Tempestate commouebitur נִשְׂעֲרָה *Præt. Heb. pro futuro, fæmineũ autẽ: nam subauditur terra, hoc modo*, in circuitibus eius perturbabitur *terra* valde. *Quidam indefinite accipiunt*, turbabitur valde. *i. turbo excitabitur, in circuitu* Dei *scilicet. hoc pacto illis plenior & clarior allusio erit ad Legem.*

4 Aduocabit, *&c.* יִקְרָא אֶל *q. d Deus quotidie sedet pro tribunali in Ecclesia sua, mittendo Prophetas & verbi sui ministros: sed quum vi*

deat vos contemnere, exurget & attollet tribunal suum, vt sentiatis rem seriò agi: non patietur vltrà vos torpere, vt hactenus, sed protrahet vos in lucem & iudicium.

sum: & terram discernere populum suum.

terram, vt iudicet populum suum.

Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

5 Cõgregate mihi sãctos meos qui pepigerunt pactum mecũ super sacrificio.

Et annuntiabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.

6 Et annũtiabunt cæli iustitiã eius: quoniam Deus iudex est. Sélah.

Audi populus meus, & loquar: Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tu' ego sum.

7 Audi populus mi, & loquar: Iisraël, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum. *Fiduciam sacrificiorũ reiicit Deus.*

5 Sanctos meos חסידי misericordes meos. bonos meos pios meos. *Deus tanti æstimat suos qui in vera pietate manẽt, licet exiguus sit numerus, vt denominet totam multitudinẽ ab ipsis. Quoniam adhuc erãt in populo sinceri Dei cultores, propterea quũ de tota multitudine loquitur, præcipuè respicit illos qui erant instar pretiosi thesauri.*

Pactum meum. &c. בריתי עלי זבח Ad *verbum*, pactum meum [*pro, mecum*] cum sacrificio. *vel*, adhibito sacrificio .*i. sacrificijs vtuntur, non quòd cultus meus in sacrificijs subsidat, sed vt fœdus meum apud illos magis ratum sit, vt signetur in ipsorum cordibus, quemadmodum solent incidi in tabulas fœdera. Alij exponunt*, super sacrificio, *loco sacrificiorum, id est ratum habent cultum meum pro sacrificijs. quasi opponat Propheta veram pietatem externis illis exercitijs quę per se nihili erant. Alij exponunt*, præter sacrificia.*i. percutiunt fœdus præter sacrificia. acsi diceret, Agnoscunt me altius aliquid requirere in fœdere meo quàm externas cæremonias. non igitur subsistunt in istis externis, sed spiritualiter me colunt. Doctioribus magis placet prior expositio.*

6 Et annuntiabunt ויגידו *Scripturæ mos est vt id cælis & terræ committat dicendũ quod vult esse notissimum, quæ enim cæli annuntiant, maximè nota sunt, quum ab omnibus conspiciantur & luce cuncta detegant. q.d. Vos existimatis totam iustitiam & pietatem sitam esse in sacrificijs quę sunt puerilia exercitia: verùm cæli ipsi ostendent longè aliam esse iustitiam meam quàm quæ in mentibus vestris insidet: ego ipse iudex mũdi qui penetro vsque ad intimas cogitationes, ipse discutiã tandem vestras tenebras. De se loquitur in tertia persona.*

7 Et testificabor tibi: ואעידה בך & cõtestabor te. *Alij per præsens*, testificor per te. *id est, teipsum in testem adhibeo. Vel, conueniam te de pacto inter nos inito.*

Nō super ſacrificia tua arguā te, nec *ſuper* holocauſta tua *quòd non fuerint* coram me ſemper.	8	*Nō in ſacrificiis tuis arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.*
Nō accipiam è domo tua iuuēcum, *nec* de ſeptis tuis hircos:	9	*Nō accipiā de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos.*
Quoniam mea *eſt* omnis beſtia ſyluæ, & animalia *paſcentia* in montibus mille.	10	*Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues.*
Noui omne volatile montium: & fera agri mecum *eſt*.	11	*Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum eſt.*
Si eſuriero, non dicam tibi: quia meus eſt orbis, & plenitudo eius. (Pſal. 24.a.1)	12	*Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ & plenitudo eius.*
Nunquid comedam carnes taurorum, & ſanguinem hircorum bibam?	13	*Nūquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?*

8 Super עַל, propter. *i. ſacrificia ſimpliciter nō poſtulo, nec moror, ſed vt ea præſtetis in quem vſum inſtituta ſunt à me. Cęremoniæ, ſi per ſe reputentur, nihili ſunt: ſed dū referuntur ad ſuum finē, ſunt vtiles, & probātur* Deo. *Deus ergo non voluit fruſtra occupari Veterem populum in ſacrificiis, ſed voluit illa eſſe pietatis exercitia quæ fidem alerent & confirmarent. Multi ſunt tales loci in Scripturis, vt Ieſa. 1. c. 11. Ierem. 7. e. 21. Verſum 14, cum iſtis coniunge.* Nec *ſuper, &c.* ועולותיך לנגדי תמיד *Ad verbum legitur,* & holocautomata tua coram me iugiter. *Negatio præcedens repetenda, ac præcedentibus ita connectenda,* Non arguam te propter ſacrificia tua, nec propter holocauſta tua *quæ* coram me *ſunt* ſemper. *vel,* corā me ſem. *ſub. eſſe debent* Alii, quòd holocauſta tua non *ſint* iugiter coram me. *i. quòd rarius mihi hoſtias combures* Alii, holocauſta tua non coram me ſemper. *q. d. Nō eſt quòd putes haberi reſpectum tuarum cęremoniarum. ego enim non tanti eas facio vt aſpectu meo digner. Quare? Oculi enim Domini reſpiciunt veritatem. Ierem. 5 a. 3. Alii nihil ſubaudiunt,* holocauſta tua circa me ſemper *i. vſque ad faſtidium tu offers mihi holocauſta. nam quod aßiduum eſt, nō ſolùm vileſcit, ſed afficit nos quodam tædio.* 9 De ſeptis tuis ממכלאתיך de caulis tuis. 10 Mea *eſt* omnis כי לי חיתו *Singulare pro plurali,* Meæ ſunt omnes beſtiæ, *&c. Hîc* ו *in* חיתו *redundat, vt docti inter Hebræos ſcribunt.* 11 Noui ידעתי *id eſt In numerato habeo.* Mecum *eſt.* עמדי apud [penes] me *eſt. i. in animo meo. vel in poteſtate mea. Aut idem eſt quod* לי *ſequentis verſus,* meus eſt orbis.

12 Et plenitudo eius ומלאה & quicquid illum implet. *i. quicquid ille continet.* 13 Nunquid comedam האוכל Nunquid veſcor. *aut veſci ſoleo.*

Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.

14 Immola Deo laudem,& redde Altissimo vota tua.

Vota, quæ & laudes.

Et inuoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me.

15 Et inuoca me in die angustiæ:eruā te,& honorificabis me.

Vt inuocetur, exhortatur Deus.

Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meum per os tuū?

16 Impio autē dixit Deus, Quid tibi vt enarres statuta mea, & assumas pactum meum in os tuum?

Ab impiis iactantibus obseruantiā Legis, non vult Deus verbum suum annuntiari.

Tu verò odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum.

17 Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti verba mea post te.

Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionē tuam ponebas.

18 Si vides furem, statim curris cum eo:& cum adulteris portio tua est.

Os tuum abūdanit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

19 Os tuum mittis in malum,& lingua tua concinnat dolum.

14 Deo לאלהים *Antecedens pro relatiuo, Mihi. Ostendit quinam sit verus Dei cultus, nempe ipsum laudare, & gratias agere: inuocare quoque in die angustiæ. si iste cultus cæremoniis iungatur, tum placent Deo cæremoniæ, quæ ad id hominem inducere debent. Obserua vt vota vocet* laudes *siue gratiarum actiones.* 16 Quid tibi Vt enarres,&c. מה לך לספר וגו׳ *i. quomodo tu audes, siue quæ est ista audacia quòd verba mea ore tuo profers, & fœdus meū accipis? Hic Enarrare verba Domini, & Assumere fœdus eius, nihil aliud est quàm ostendere eius nomen, vel pietatem apud homines profiteri. Hoc enim præcipuum est in profitenda pietate, quum testamur nos habere vnicum Deum. & complectimur eius fœdus, atque ore testamur esse certam veritatē, doctrinámque salutis. Talis confessio præcipua est pars externæ pietatis.*

17 Disciplinam, מוסר correctionem. *Quid disciplinam vocet, siue correctionem, mox dicit, nempe verbum Dei. idem enim bis repetit diuersis verbis. Verbū Dei est nobis, id est carni nostræ aduersum, mortifiat omnes concupiscentias nostras, est quasi gladius qui penetrat vsque ad carnis intimum. Quoniam ergo Dominus prosternit nos verbo suo, mortificat, & redigit in nihilum: durum est & asperum. hinc excandescimus, quòd correctio eius ferri nequeat à nobis. tandem proiicimus post nos, omnes eius sermones, id est abiicimus omnem reuerentiam verbi ipsius.*

18 Si vides ראית אם *Præteritum Hebræis,* Quando vidisti. Statim curris ותרץ *Ad verbum,* & cucurristi. *Docti inter Hebræos etiā vertunt,* volebas cū illo. *sub. esse, vel sociari,* Vel, volebas *vt manus tua esset cum illo. i. consentiebas cū illo. Sequuntur fructus impietatis & contemptus verbi Dei.* 19 Mittis in malū שלחת ברעה *Præt. Heb.* Misisti in malum. *sub. sermonem. i. sermone tuo lædis fratrem tuum.* Concinnat תצמיד cōcinnas. *vel,* nectis, *vt* LINGVA *sit ablatiuus.*

20 'Sedes, & contra fratrem tuũ
loqueris, contra filiũ matris tuæ
'das probrum.
21 Hæc fecisti, '& tacui: *propterea*
existimasti *quòd* 'futurus sum si-
cut tu: *sed* arguam te, '& ordina-
bo in oculis tuis *quicquid fecisti.*

Exhortatio ad hypocritas.

22 Intelligite quæso hoc, qui o-
bliuiscimini Dei: ne fortè rapiã,
& non sit qui eruat.

Sacrificiũ laudis.

23 'Qui sacrificat laudem, 'hono
rificabit me: '& ponenti viam
Dei coram se, ostendam

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduer sus filium matris tuæ ponebas scandalum. hæc fecisti, & tacui:
Existimasti inique quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.
Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
Sacrificiũ laudis honorificabit me: & illic iter quo

20 Sedes תֵּשֵׁב *sub. cum alijs in compitis. Alii subaudiunt, in porta. hoc est in ipso foro, vbi calumniantur improbi bonos viros, & grauãt eos falsis criminibus.* Das probrum תִּתֶּן דֹּפִי ponis probrum. *Hebraismus, pro, filium matris tuæ probro afficis. Quidam, struis calumniam. q. d. nõ solùm alienis obloqueris, sed etiã fratribus. Hoc dicit vt melius exprimat quàm inhumani sint hypocritæ, qui etiam sanguini suo nõ parcunt.* 21 Et tacui: *prop.* exist. וְהֶחֱרַשְׁתִּי דִּמִּיתָ *Præteritum Hebræum pro præs.* & taceo: *ideo* arbitraris. *Perinde est ac si dixisset, quoniam ego ad tempus dissimulo, putatis non agnosci à me tam crassa scelera. nam non agnoscitis me iudicem nisi coacti.* Futurus sum. הֱיוֹת אֶהְיֶה *Ad verbum*, essendo ero. *Hebraismus, pro*, omnino futurus sum. planè ero. Et ordinabo, &c. וְאֶעֶרְכָה לְעֵינֶיךָ & proponam ante oculos tuos. *Alii*, resistam tibi in faciem. *vel*, statuam me contra oculos tuos. *Alii*, & producam *quæ fecisti* ante oculos tuos. *q. d. cogam te, velis nolis, agnoscere mala tua. Solẽt enim hypocritæ & securi Dei contemptores proiicere peccata sua post tergum.*

23 Qui sacrificat laudem זֹבֵחַ תּוֹדָה Qui sacrificat *sacrificium* laudis. *Nam verbum includit nomẽ verbale. i. qui laudat me ex animo.*

Honorificabit יְכַבְּדָנְנִי *Fut. Heb. pro præs.* glorificat me. *i. honore me afficit.* Et ponenti viam. וְשָׂם דֶּרֶךְ & componenti viam *.i. rectè instituenti viam suam. Vel vt alii*, siquis rectà ad me veniat, *hoc est, qui non peruertit cultum meum, quemadmodum passim faciũt improbi qui habẽt obliquas vias & flexuosas: illi quidem simulant se quærere Deum, vt est in Iesaia, 58. a. 2, Me tamen per singulos dies quærunt, & scire vias meas volunt: veluti gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit, interrogant me iudicia iustitiæ, appropinquare Deo volunt. Alii*, Et hic iter est. *nam varia est lectio: legitur enim &* שָׁם *cum puncto in dextro cornu, hic, illic, ibi: &* שָׂם *cum puncto in sinistro cornu, & significat posuit.*

ostendam illi salutare Dei.

L.

In finem, psalmus David, quū venit ad eū Nathan propheta, quando intrauit ad Beth-ſabee.

MIſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiā tuā, Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me:

Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco: & peccatum meum cōtra me eſt ſemper.

ˈſalutem Dei. LI.

1 ¶ˈVictori pſalmus ipſius Dauidis,

2 Quando venit ad eum Nathan propheta, poſteaquamˈintrauerat ad Bath-שſabaע.

3 MIſerere mei Deus ſecundum miſericordiam tuā, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum deleˈpræuaricationes meas.

4 ˈMultiplica lauare me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me:

5 Quoniamˈpræuaricationes meas ego agnoſco, & peccatum meum coram me eſt ſemper.

Salutem Dei. בישע אלהים *Quidam exponūt* ſalutem Dei *pro eximia ſalute. nam* Hebræi *Diuinum appellant quicquid excellit. Alii ſimplicius exponunt, Ego oſtendam me illi ſeruatorem. nam Dominus hîc loquitur. & antecedēs ponetur loco relatiui, ſalutem Dei, pro ſalutem meā. Ipſi (inquit) ſentient ſe ſincerè quæſiſſe Deum.*

IN PSALMVM LI.

1 Victori למנצח *Vide Pſal.4.a.1.* 2 Intrauerat ad Bath-ſabaע. בא אל בת שבע *Ingredi, ſiue intrare ad mulierem, pro congredi cum illa, & rem habere, more* Hebraico *dicitur. ſic* Gene.*29.c.21.*

3 Præuaricationes meas. פשעי ſcelera mea. 4 Multiplica lau. me הרבה כבסני Multiplica *miſericordiā*, laua me. *Aut*, In multitudine laua me. *Vel*, Multum laua me. Plurimū, *&c.* *David hoc genere dicendi teſtatur ſe non opus habere mediocri* Dei *clementia vt purgetur à peccatis ſuis, ſed ſibi neceſſe eſſe vt* Dominus *ſingulariter ſe demonſtret beneficum & miſericordem. q.d.* Domine, *ſordes meæ non ſunt vulgares, ſed tenaciter hærent, imò ſunt profundæ: ergo niſi tu me inſolito quodam & raro modo expurges, ego certè manebo ſemper pollutus & inquinatus.* 5 Præuaricationes meas פשעי ſcelera mea. *Emphaſin habent iſta. q.d.* Domine *tu ſcis me non ſimulatè abs te hoc petere vt me recipias in gratiā. ſcis enim quātis in tenebris verſer, quoniam peccatum meum coram me eſt ſemper. i. ſentio quàm grauiter peccauerim: igitur neceſſitas cogit me ad iſtam precandi vehementiam. Quidam hæc vſque ad illam partem ſequētis verſus,* Vt iuſtificeris, *&c. includūt parentheſi, vt illud* Vt iuſtificeris, *&c. referatur ad tertium præcedentem verſum.* Vide *ſequenti verſu.*

"Tibi, tibi soli peccaui, & ma 6 *Tibi soli peccaui, & ma-*
lum in oculis tuis feci:" vt iustifi *lum coram te feci: vt iustifi*

Rom. 3. a. 4

• Tibi, tibi soli לך לבדך *Quidam id perinde exponunt acsi* David *dicat se neminem habere conscium sceleris sui præter* Deum. *Alij ita accipiunt,* Domine *etiam si offenderim homines, vnum tamen hoc me excruciat, quod tam impiè violauerim* Legem *tuam.* Alij *simplicius,* Domine *etiamsi homines me absoluant, tamen mihi plus quam satis est, quod scio quàm grauiter coram te peccauerim: & conscientia mea sic me accusat vt nihil proficiāt oēs leuationes quæ mihi afferri possunt ab hominibus, ita premor grauitate iudicij tui, & obruor, vt videar mihi habere totum mundu aduersum.* Vt iustificeris dū loq. *&c.* למען תצדק בדברך וגו' vt iustus sis in sermone tuo, & purus quum iudicaueris, Alij, vt iustus agnoscaris in verbis tuis, *&c. Hebraice ad verbum,* Vt iustificeris in loquendo te, purus sis in iudicando te. *Quo loco* Hebræis *pronomen affixum potest significare personam agentem & patientem.* Idcirco *quidā sic vertunt,* Quapropter iustificaberis in verbis tuis, & purus eris quum iudicaberis. *aut,* quum iudicaris. siue reprehenderis, *ab alijs scilicet tanquā iniustus, qui non stes promissis.* Nō *debet hæc pars versus coniungi cū tertio, quinto, & priore parte huius versus inclusis parēthesi, vt satis apparet ex loco* Pauli *ad* Rom *cap.* 3. *a.* 4, *vbi quum hoc testimonium citat iuxta* LXX *interpretum versionem, non loquitur de misericordia* Dei, *sed opponit iniquitatem hominis* Dei *iudicio. dicit enim,* Quid ergo? *iniustus erit* Deus *si quidam ex* Iudæis *fuerint increduli? vel* Deus *nō erit stabilis in suis promissionibus?* Absit: *imo sit* Deus *verax, omnis autē homo mendax, quemadmodum scriptum est.* Vt *iustificeris in sermonibus tuis, & vincas quum iudicaris. vt autem intelligatur iste locus, notandum est, si quem videmus præditum aliqua* Dei *gratia qui postea deficiat a fide, aut in aliquod grauius peccatum incidat, non simpliciter dānamus illum, sed attollimus capita nostra in cælum, & exquirimus quare* Deus *ita illum extulerit, & tam celebrem esse voluerit inter alios, vt postea tam grauiter cadere permitteret.* Videbatur Deus *posse quodammodo trahi in iudicium, & esse implicitus vt posset reus fieri cum* Dauide. Quorsum *(inquiunt impii) electus fuerat* David? *quorsum donatus tam eximiis beneficiis? voluerat* Deus *in* Dauide *extare quasi imaginem suæ gratiæ, vt esset conspicuus in tota ecclesia. quid? ille cecidit in tam graue peccatū: an non videtur simul collapsa esse* Dei *gratia?* Hanc *ob causam dicit* David, *ego in te peccaui solùm, &c. q. d.* Non *est quòd homines vel transcribant in te partem aliquam culpæ, quod ita ceciderim: ego enim solus sum obnoxius: tu interea manebis integer; tua iustitia erit illæsa & veritas.* Vt *ergo iustificeris in sermonibus tuis, & purus sis quum me iudicas, ego fateor me vnum esse reum, & improbè facturos omnes qui voluerint deriuare in te culpā. siquid est mali, illud volo ab omnibus mihi imputari.* Sermones Dei *vocat iudicia quibus nos iudicat: res enim diuersas non exprimit, sed vnam duntaxat.* Præterea VT *particula non tantum est finalis, nec consequentiam longè petitam notat, sed illationem ra-*

let, hoc sensu, Tibi peccaui *: proinde iure de me pœnas sumere tibi licebit.* H*æc loquutio,* Et purus eris, *vel,* sis in iudicãdo te. *Vel,* quũ iudicas, *aliud non vult quàm* Deum *in omnibus suis iudiciis omni laude dignum esse, quantumuis obstrepant impij.* Iustum *&* purum *pro eodem posuit.*

ceris in sermonibus tuis, & vincas quum iudicaris.

ceris dum loqueris, & sis puru dum iudicas.

Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

7 Ecce, in iniquitate ʻgenitus sum, ʻ& in peccato ʻcalefacta est de me mater mea. *Deprauata natura etiam à conceptione.*

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

8 Ecce, veritatem ʻvoluisti in renibus: ʻ& in occulto sapientiã scire fecisti me.

Asperges me Domine *hyssopo, & mundabor: lauabis*

9 ʻPurifica me hyssopo, & mũdabor: laua me, ʻ& præ niue

7 Genitus sum, חוללתי fictus sum. formatus sum. natus sum, *siue,* in lucem editus. Et in peccato ובחטא *Quidam vertunt* ו, *quod significat &, in* postquam, *sic,* Postquam in peccato calefecit me mater mea, *acsi dicat, Postquam me peccatum habẽtem gestauit vtero mater mea.* Calefacta est, *&c.* יחמתני calefecit me. *Doctus inter Hebræos vertit,* calefecit se de me, *id est, grauida facta est de me, acsi legeretur,* יחמה ממני. *Aliis magis placet,* calefecit me. *i. fouit me in vtero suo mater mea postquam formatus fui, & inclusum me habuit in vtero suo iam refertum & delibutum impietate: ita vt in vtero clausus, iure tamen reus coram Domino peragi possem.*

8 Voluisti in renibus. חפצת בטוחות dilexisti in intimis. optasti in interioribus, *vel,* in reconditis. *Præterita quidam vertunt per præsens: alij per præt. imper.* Significat Deũ *nõ modò requirere vt vita nostra composita sit ad aliquam iustitiæ formam: sed illi probari integritatem cordis, ita vt nihil fictum sit vel duplex in homine.* Id *significat dictio* Veritas. Et in occulto, *&c.* ובסתום חכמה תודיעני & in abstruso sapientiam notam mihi faciebas. *Vel,* & in penetrali [*.i. in corde*] sapientiam mihi manifestam facis. *Alij,* & in absconditis ostendisti mihi sapientiam. *Amplificatio est. nam eo minus excusabilis erat Dauid, quum ita patefacta esset illi* Dei *voluntas. quanta enim fuit ista ingratitudo, quòd quum excelleret intelligentia cælestis doctrinæ, tamẽ instar brutæ pecudis proiecit se ad fœdam libidinem?*

9 Purifica תחטאני *Fut. Heb.* Expiabis me, *vel,* Lauabis: *pro imperatiuo. Hyssopi meminit alludens ad legales cæremonias. nam in solenni expiatione adhibebatur hyssopus. Exod. 12. d. 22. Leuit. 14. a. 4. q. d. tu ratũ hoc esse mihi ostendes quod testaris per externas cæremonias populo tuo, expiatũ scilicet esse peccatũ meũ.* Vides D*auidẽ non locare fiduciã salutis suæ in externis cæremoniis, & tamen hîc mentionẽ hyssopi facere quòd illæ vtiles essent ad confirmationẽ piorũ.* Et præ niue, *&c.* ומשלג אלבין & niue candidior. *vel,* præ niue albescam.

dealbabor. | *me, & super niuem dealbabor.*

Pax à peccatis per Christum.

10 Audire fac me gaudium & lætitiam: *&* exultent ossa *quæ* contriuisti.

10 *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.*

11 Absconde faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

11 *Auerte faciem tuã à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*

Cor mundum. Spiritus rectus.

12 Cor mundũ crea mihi Deus: & Spiritum rectum innoua in visceribus meis:

12 *Cor mundum crea in me Deus: & Spiritum rectum innoua in visceribus meis:*

Spiritũ sanctum petit.

13 Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

13 *Ne proiicias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.*

14 Redde mihi gaudium salutis tuæ, & Spiritus volũtarius confirmet me.

14 *Redde mihi lætitiam salutaris tui: & Spiritu principali confirma me.*

10 Cõtriuisti. דכית *Subaudiendum* אשר *quæ* contriuisti. *Alij, quæ* percussisti. *His verbis significat David se tam grauiter fuisse afflictũ vt non potuerit concipere gustum aliquem lætitiæ, nisi Deo placato. quod nemo scire potest nisi per eius verbum, quod est nobis tanquam vnicum pignus, vt ita loquar.* 12 In visceribus meis. בקרבי in intimo meo. *siue,* in medio mei. *vel,* intra me. H*ic versus iungi debet sequenti, vt intelligamus quid velit.* Per Spiritum rectum, *nempe Spiritum sanctum, qui cor mundum in nobis creat, & facit vt recta velimus.* Innouari *petit gratiam Spiritus in se, quam agnoscit ita suffocatã fuisse in medullis suis, vt iam non possit in eo videri quicquam luminis.*

14 Salutis tuæ, ישעך *i. de ope tua. q. d. tum verè mihi gaudere licebit vbi tu mihi fueris seruator, vbi potero salutem abs te certò sperare.*

Et Spiritus, *&c.* ורוח נדיבה תסמכני & Spiritus libertatis [*vel,* liberalis & vltroneus] suffulciat me, *id est, quo pronus & facilis reddar ad faciendum quæ præcipis.* Vel, *potius* David *petit sibi restitui spiritum liberum, ne scilicet constrictus sensu iudicij* Dei *& mala conscientia, & constrictus peccati seruitute, sit satanæ mancipium.* Verè *(inquit* Christus*) liberi eritis, si* Filius *vos liberauerit.* Iohan. 8. c. 36. Alij, & Spiritu munifico sustẽta me. Vel, Spiritu principali. *Hoc erat* Dauidi *speciale quòd* Rex *esset creatus à* Domino. *Necesse autem habebat ab illo erigi supra alios: quia non erat homo priuatus.* Scimus *autem principes (quorum est difficile & arduum munus) opus habere singulari* Spiritus *moderatione.* David *autem dignus erat quem* Dominus *abdicaret regno, ideo dicit,* Et Spiritu principali stabilias me. *Vel,* & Spiritu spontaneo [*aut,* voluntario] stabili me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertētur.
15 Docebo'præuaricatores vias tuas, & peccatores ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meę: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
16 Erue me'de ſanguinibus De⁹ Deus ſalutis meæ, & 'prædicabit lingua mea'iuſtitiam tuam.

Petit vt cædes Vriæ ſibi ignoſcatur

Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.
17 Domine labia mea'aperi, & os meũ annũtiabit laudẽ tuã.

Quoniam ſi voluiſſes ſa-
18 Quoniam'non eſt tibi acce-

Sacrificia Deo grata.

15 Præuaricatores פשעים trãſgreſſores. ſceleratos. iniquos. *q. d. vbi mihi ignoueris, ſcelerati habebũt inſigne in perſona mea exemplum vt reſipiſcant, freti tua bonitate, vbi viderint te ita fuiſſe mei miſertum. Docemur etiam ex hoc, vt recepti à Domino in gratiam, omne ſtudium noſtrum & operam ponamus vt alios ab exitio reducamus.*

16 De ſanguinibus מדמים Per ſanguines, *Hebræi cædes & homicidium intelligunt: & de cæde Vriæ eum loqui exiſtimant. Aliis potius videtur* ſanguines *hoc loco accipi pro ſcelere capitali: acſi dicat David, Domine, ego fateor me dignum eſſe qui peream: ſed libera me. Hoc autem nota tu dignum ac vtile, quòd toties repetit eandem precationem.* Deum ſalutis ſuæ *vocat, à quo ſalutẽ expectat. acſi dicat ſe eſſe perditum, niſi ſalutem Dominus reſtituat à qua ipſe ſua culpa exciderat.* Prædicabit. תרנן decantabit. reſonabit cum ouatione. cõmendabit. clara & læta voce declarabit. Iuſtitiã tuam צדקתך iuſtitiam *pro bonitate accipit. Nam Deus nõ ſemper ideo vocatur in Scripturis iuſtus (vt multi exiſtimãt) quòd pœnas exigat de peccatis, quódque rigidus ſit ad exigendam vindictam de peccatis: ſed ſæpe vocãt iuſtum, quod tueatur ſuos, & non patiatur illis fieri iniuriam. deinde quòd benignè parcat, ſiquis ad eius miſericordiã confugiat: quòd paratus ſit ad dandam veniam peccatoribus.* 17 Aperi, תפתח Fut. *Heb. pro imperat. Aliis magis placet futurum per optatiuum vertere, vt ſit,* aperias. *Quidam hunc locum ſic exponũt, acſi dicat David, Dirige linguam meam Spiritu tuo: quia nihil proferre poſſum ad laudem tuam, niſi tu aperias os meum, niſi verba ſuppedites, & tanquam praeas. Alij verò hunc ſenſum afferunt, Domine labia mea aperias. i. ſuggeras mihi argumentũ lætitiæ, ita vt poßim canere laudes tuas. Sicuti aliis locis cõqueritur David ſe fuiſſe mutum quandiu oppreſſus erat manu Dei, vſqueadeo vt vndique circunſpiciens, nullam ſpem vitæ aut ſalutis hab'ret: tunc obmutuit. Vbi autem ſentit Deum ſibi fauere, & peccata ſua eſſe abolita, tunc habet os apertum. Petit igitur hîc David, vt Deum ſentiat miſericordem, vt poßit hac de cauſa laudes Dei canere. Alio loco dicit, Dedit in os meũ canticum nouum, Pſal. 40. a. 4. i. materiã canendi laudes Deo.*

18 Non eſt tibi acceptum ſacrificium, לא תחפץ זבח non delectaris ſ*ine*, oblectaris ſacrificio. non vis ſ deſideras ſacrificium. *Alij,*

non habebis acceptum. *David testatur se confidere* Dei *misericordia, etiamsi nulla sacrificia adducat, quibus expiet peccata sua, & recōciliet sibi* Deum*.q.d.* Domine,*etsi nudus ad te venio ac inops, tamē non reijciar.* Quare? *Quia non moraris sacrificia: non est illa ratio qua se homines reconcilient tibi, vt scilicet sacrificia offerant: sed vnicum est sacrificium quod postulas, spiritus scilicet contritus & humiliatus.* Non reijcit David *sacrificia:(neque enim dubium est quin obtulerit sacrificium pro peccato, item sacrificium pro gratiarum actione, vbi audiuit ex ore* Nathan *prophetæ sibi remissum esse peccatū) sed dicit sacrificia per se nō esse* Deo *accepta, nisi afferatur cor contritum & afflictum: nisi præterea doceantur fideles talibus cæremoniis, quoties agitur de peccatorum remissione, confugiendum esse ad verum & vnicum sacrificium* Christi.

ptum sacrificium, "& dedissem: holocaustum" non placet. — *crificium, dedissem vtique: holocaustis nō delectaberis.*

Sacrificia Deo grata.

Sacrificia Dei, spiritus "con- 19 *Sacrificium* Deo, *spiritus*
tritus: cor contritum" & confra- *cōtribulatus: cor contritum*
ctum, Deus, non despicies. *& humiliatum,* Deus, *non despicies.*

Ecclesiā Dei prædicatione Euangelij ædificari orat.

Benefac" in voluntate tua ipsi 20 Benignè *fac* Domine *in*
ẏSiión," ædifices muros Ieru- *bona volūtate tua* Sion, *&*
ẏsaláim. *ædificentur muri* Ierusalē.

Tunc "accepta habebis sacri- 21 *Tunc acceptabis sacrifi-*

Et dedissem ואתנה alioqui darem. *Alij,* & dabo. *i. non enim vis sacrificia, etiāsi dedero. Sunt qui coniungunt hoc sequentibus, sic,* Et si dem holocausta, non moraris. Non placet לא תרצה nō amas. non desideras. non exigis. non vis. 19 Contritus נשברה confractus. Et confractum ונדכה & deiectum. *Alij,* & depressum. *vel,* concussum. 20 In voluntate tua ברצונך in beneplacito tuo. *Variè vertunt interpretes verbum istud* Hebraicum, *eodem tamen sensu. Quidam,* cum *vel,* ex beneuolentia tua. *Alij,* per bonā voluntatem tuam. *vel,* secundum voluntatem tuā. *aut,* voluntate tua. Non *priuatim* Dominum *orat* David *pro se, sed pro tota* Dei Ecclesia: *quòd per ipsum non stetit quin concideret totum regnum* Christi. *erat enim creatus* Rex *in hunc finē, vt esset* Christi *speculum & imago, vt esset caput totius* Ecclesiæ. AEdifices, *&c.* תבנה חו' *Erat quidē* Ierosolyma *extructa, sed nōdū ad perfectionē suā venerat: præcipua nāque pars defuit sub regno* Dauidis*, quod erat templū in quo poneretur arca* Domini*: erat nāque duntaxat tuguriū.* Nec *tantùm de ædificio vnius mēsis loquitur, sed vt* Dominus Ierusalem *retineat in suo statu.* Proprium *igitur* Dei *est ædificare* Ecclesiam*. possunt quidem homines extruere lapidibus, materia, & cæmento vrbes: sed spirituale hoc ædificium requirit manum* Domini. 21 Accepta habebis sacrificia iustitiæ תחפוץ זבחי צדק oblectaberis sacrificiis iustitiæ. *Vel,* acceptabis sacrificia iustitiæ. Sacrificia iustitiæ *opponit sacrificiis quæ nihil habēt*

præter inanem pompam: & sunt veluti mortua, vbi deest fides. sacrificia quæ offerebãt Iudæi sine pœnitentia & corde contrito, sine fructu erãt, quum vellent offerre ea meriti & compensationis causa. Sacrificia autem iustitiæ, id est iusta & legitima, ea erant fidei exercitia quæ valebant ad profitendam pœnitentiam: dum fideles se confirmarent in speranda misericordia Domini, & Christi sacrificio: deinde quum fideles se stimularent ad pœnitentiam & gratiarum actionem.

cium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponẽt super altare tuum vitulos.

ficia iustitiæ, holocaustum "& oblationem: tunc offerent super altare tuum "vitulos.

Vituli labiorum, laudes.

LI. LII.

1 *In finem, intellectus David.*

¶ "Victori "intellectus ipsius Dauidis:

2 *Quum venit ad eũ Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum Abimelech.*

Quum venisset Doeg "Edomæus, & nuntiasset ipsi Sauli, ac dixisset ei, Venit Dauid in domum Anhimélech.

1. Samu. 22. b. 9

3 *Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in*

CVr iactas te de malitia, "ô potens? misericordia Dei

Describit David peruersum animũ Doeg, & omnium impiorum.

Et oblationem וכליל *Docti inter Hebræos dicunt idem geminari, quia holocaustum erat* כליל*: totũ enim comburebatur. Vel appellat* כליל *sacrificium sacerdotis, quia erat* כליל*. i. totum combustum, vt legimus Leuit. 26. d. 23. Sed quoniam in sacrificiis Sacerdotum libatio cõburebatur, ideo alij putant distinctè positum esse pro Sacerdotum sacrificio. Significat autem David, quũ diuersas species accumulat, hac vna ratione probari Deo sacrificia, nempe quando sunt sacrificia iustitiæ, id est quando referũtur in rectũ suũ finem, exercendo scilicet homines in fiducia gratiæ Christi, in pœnitentia, & ad gratiarũ actionẽ stimulando.* Vitulos פרים *Quidã existimãt Dauidẽ hîc metaphoricè per* vitulos *notare gratiarum actiones, & spiritualem sacrificandi ritũ qui hodie viget in Ecclesia, de quo Osee 14. a. 3. ita vt iam nullo in loco essent ceremoniæ & illi visibiles ritus & carnales. Aliis istud videtur nimis argutum, & simplicius accipiunt, quòd tunc grata erunt Deo sacrificia laudis & gratiarũ actionis, quum scilicet primùm receperit Dauidem ipsum in gratiã: deinde complexus fuerit fauore suo Ecclesiam totam. Notandum aduerbium* Tunc: *quum scilicet ignoueris mihi peccata mea, & toti Ecclesiæ fueris propitius.*

IN PSALMVM LII.

Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Intellectus משכיל *Vide Psal. 32.* 2 Edomæus האדמי *Sic dictus quòd in terra Edom peregrinatus esset, non quòd natione esset Idumæus. Vide hanc historiã in 1. Sam. 22. b. 9.* 3 Cur iactas te de malitia, מה תתהלל ברעה Quid gloriaris in malo. *vel,* de malo. O potens? הגבור *. i. qui etiam in san*[ct]*is te viribus pollere arbitraris, & hac de causa gloriaris. Hoc nomine*

notatur Doeg non fuisse hominem sordidum & gregarium qui excubias ageret ad custodiendum gregem Regium, sed fuisse præfectũ Regiis pecoribus. habebat enim Saul diuersa armẽta procul domo. In 1. Sam. 22. b. 9 legitur, Respõdit Doeg Edomæus qui cõstitutus erat super seruos Saulis.

ᵃomni die. — *iniquitate?*

4 ᵃContritiones cogitat lingua tua, sicut nouacula acuta ᵃfaciens dolum. — *Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolũ.*

5 ᵃDiligis malũ potius quàm bonum: mendaciũ potius quàm loqui iustitiam. Sélah. — *Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.*

6 Diligis omnia ᵃverba perditionis, ᵃlinguam dolosam. — *Dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam.*

Interitus Doeg.

7 Etiam Deus ᵃdestruet te in æternum: ᵃtollet te, ᵃ& euellet te è — *Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & e-*

Omni die. כל היום *sub. est cum sanctis, & nunquam ea destituuntur, quantũuis affligãtur. Quidã vertũt,* quotidiana est. *Ostẽdit Dauid Doeg frustra se iactare, & ante victoriã canere triũphũ: quòd daturus esset pœnas suæ malitiæ. Dominus enim nunquã deserit suos fideles quin illis subueniat in tempore.* 4 Contritiones cogitat הוות תחשב Perniciem meditatur. Prauitates, *aut,* peruersitates cogitat.

Faciẽs dolum. עשה רמיה *Referri potest & ad nouaculã (quæ aberrans, petit iugulum: vel quam si leniter contingas, sua acutie vulnerat grauissimè:) & ad linguam: item ad* Doeg. Tu es faciẽs dolũ, *pro, dolosè agis mecũ.* 5 Diligis malũ potius, *&c.* אהבת רע מטוב *Ad verbum,* Dilexisti malum præ bono: mendacium præ quàm loqui iustitiam. *siue* quod iustum est. *Substantiuum pro adiectiuo, & præt. pro præs.* Iustitiam *vocat veritatem, siue quæ vera sunt, æquitatem & rectitudinẽ.* 6 Verba perditionis דברי בלע verba corruptionis. absorptionis. demersionis. voraginis. *i. quæcunque perniciem afferre possunt proximo. Versio illa* verba absorptionis, *siue,* verba quæ absorbẽt, *meliꝰ loco quadrare videtur: quoniã hîc agitur de lingua. lingua enim attrahit quũ aliquid sorbemus vel deglutimus. Ita hæc metaphora optimè cõpetit in linguam hominis. quum enim studet quis alterum perdere suis calumniis, tunc quodammodo illum deglutit: lingua autem attrahit homines, ita vt absorbeãtur.* Linguam dolosam לשון מרמה *Hebraismus, pro, dilige sermonem fraudulentum & delatorium. Quidam vertunt in vocatiuo,* lingua. 7 Destruet te, יתצך perdet te. confringet te. euellet te. *q. d. quod patrasti, nõ impune feres: Deus quoque te perdet, vt sacerdotes Nobe occidisti manu tua.* Tollet te יחתך *sub. è medio. Vel,* exuret te, *à verbo* חתה. Et euellet te ויסחך abra-

det te. demolietur te. *Nomen* tabernaculi *videtur positum esse respectu Doeg: alludit enim ad statum eius. scimus nanque pastores habitare solitos in tabernaculis.*

tabernaculo, & eradicabit te è
terra viuentium. Sélah.
8 Et videbunt iusti, & timebūt,
& super eum ridebunt, *dicentes,*
9 Ecce vir *qui* non posuit Deū
fortitudinē suam: sed fidit mul-
titudini diuitiarum suarum, ro-
boratus est in prauitate sua.
10 Ego autē *ero* sicut olea viridis
in domo Dei: speraui in miseri-
cordia Dei in seculū & seculū.
11 Celebrabo te in seculū, quo-
niam facturus es: & expectabo
nomē tuum, quoniam bonum

migrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.
Videbunt iusti, & timebunt, & super eū ridebunt, & dicēt, Ecce homo qui non posuit Deū adiutorē suum,
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū, & preualuit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in aeternū, & in seculū seculi.
Confitebor tibi in seculū, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in con-

Impiorum lapsus eruditio est piis vt Deo fidant.
Pij in misericordia Dei fidunt.
Gratiarum actio.

Et eradicabit te ושרשך *Quidam putauerunt esse nomen, vertentes,* & radicem tuam. *at verbum est ex coniugatione Pihel.*

9 Fortitudinem suam, &c. מעוזו ויבטח ברוב עשרו יעוז בהותו robur suum, sed spem posuit in multitudine diuitiarū suarum, & in prauitate sua obfirmatus est. *Vel,* robur suum ponit in pernicie sua. *i. in hoc putat se fortem si alios laeserit. Alij,* roboratus est per fraudē suā. *Obserua, Ponere Deum fortitudinem suam, & Fidere multitudini diuitiarum, contraria.* 10 Viridis רענן *Malè quidam vertunt,* frondosae. *In* seculum & seculum. עולם ועד *in* sempiternum & perpetuó. *Qui vertunt,* in seculum & vltrà, *obscurius sanè, & praeter veram Hebraicae dictionis* עד *significationem, maximè quum praeponitur, aut postponitur dictioni* עולם *quod seculum significat. Quidam subaudiunt* עולם *vt sit* in seculum, & vltra seculum, *pro perpetuó.*

11 Quoniam facturus es: כי עשית quòd feceris. *Praet. Heb. quod nonnulli pro futuro positum putant more prophetico,* quòd futurus sis. *sub. quod dixi. Rectius videtur per praeteritū,* quia tu fecisti. *i. agnosco hoc esse opus tuum quòd elapsus sim è manu Doeg, quòd non perierim centies, quum tam multi possent eius exemplo conspirare in meam perniciem. hoc dicit quòd quum liberantur homines, non semper agnoscant Deum authorem eius gratiae. transferūt enim ad fortunā: aut siquid illis succedat ex voto, attribuunt illud suae industriae.* Nomen tuum, שמך Nomen *pro fauore.* Expectare nomen Domini, *est patienter expectare Dominum, quum occultat suam gratiam, & videtur non respicere nostras miserias: vel saltem ita auxilium differt vt possimus labascere.*

eſt coram miſericordibus tuis.

ſpectu ſanctorum tuorum.

LIII.

¶ Victori ſuper Maħaláth intelligentia ipſius Dauidis.

1 LII. *In finem, pro Amaleth intelligentia David.*

Quales ſint infideles. Vide eadem. & pſalmo 14.

DIxit ſtultus in corde ſuo, Non eſt Deus: corruperũt *uiam ſuam*, & abominabilẽ fecerunt iniquitatem: non eſt qui faciat bonum.

2 DIxit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.*

Deus è cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat an ſit intelligens, *&* requirens Deum.

3 *Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*

Omnes ipſi retroceſſerunt pariter, fœtidi facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, nõ eſt etiam vnus.

4 *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Nónne cognouerunt omnes operantes iniquitatẽ, qui comedunt populũ meum *acſi* come-

5 *Nónne ſcient omnes qui operãtur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?*

Coram miſericordibus tuis. נגד חסידיך Miſericordes Dei vocat *quos bonitate & miſericordia ſua dignatus eſt. Alij exponunt humanos, ſiue qui clementer & benignè agunt cum proximis ſuis. Senſus eſt,* Nihil *magis probatum eſſe debere fidelibus, quàm patienter expectare* Dominum: *tũc enim nobis ſuccurrere & opẽ ferre ſolet. Alij* bonũ *adiectiuè exponunt pro ſancto & æquo. Iuſtitia & bonitas nominis* Dei *inde eſt, quòd* Dominus *beneficus eſt erga ſuos: & quia quũ ſemel eos recepit in gratiam, nunquam eos deſtituit. Increduli expertes ſenſus, illam* Dei *bonitatẽ ſentire non poſſunt, quum tamen multis modis declaret ſe beneficum erga ipſos. omnia enim* Dei *beneficia conculcant. Quidam referunt hanc poſteriorem partem ad priorem,* celebrabo nomen tuum coram miſericordibus tuis. *Sed iſtud coactius videtur.*

IN PSALMVN LIII.

1 Victori, למנצח *Vide Pſal. 4. a. 1* Super Maphaláth על מחלת *Nomen eſt inſtrumenti muſici: aut initium cantilenæ vulgaris apud* Hebræos, *ad cuius modulos decantatus fuit hic pſalmus.* Intelligentia משכיל *Vide Pſal. 32.* 2 Dixit ſtultus אמר נבל *Vide varias lectiones pſalmi* XIIII, *qui eſt idem cum hoc, paucis mutatis, vt in ſexto verſu.* Iniquitatem עול In XIIII. *pſalmo legitur* עלילה *opus.*

5 *Acſi* comederent אכלו *Ad verbum,* comederunt. Non *de externis tyrannis, vel profeßis* Eccleſiæ *hoſtibus habetur ſermo, ſed de proceribus*

pſius populi qui potentia & honore pollebant. Cum admiratione exclamat, Quænam eſt iſta dementia, quòd ferarum more, abſque vllo humanitatis ſenſu in populũ meum graſſantur qui eum fouere & omnibus officiis proſequi debebant? Similis etiam querrimonia legitur Michææ 3. a. 1, Audite principes domus Iſrael, Annon veſtrum eſt ſcire iudicium? Rapitis verò pellem à populo meo, & carnem ab oſſibus.

Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? quum conuerterit Deus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.

LIII.

In finem, in carminibus 1 intellectus Dauid.

Quum veniſſent Ziphæi, 2 & dixiſſent ad Saul, Nónne Dauid abſconditus eſt apud nos?

Deus in nomine tuo ſaluũ me fac, & in vir- 3

derent panẽ, & Deũ nõ inuocãt?

6 Ibi timebunt timore *ubi* non fuerit timor: quoniam Deus di-ſperſit oſſa caſtrametantis contra te: pudore affeciſti *illos*, quoniam Deus ſpreuit eos.

7 Quis dabit ex Siión ſalutes Iiſraelis? quando conuerterit Deus captiuitatem populi ſui, exultabit Iaacób, lætabitur Iiſraél.

LIIII.

¶ Victori in Neginoth, intelligentia ipſius Dauidis:

¶ Quum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saúl, Nónne Dauid abſcõditus eſt apud nos? *1. Samu. 23, c. 19, & 26. a. 2*

DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in fortitudine tua *Implorat Deum contra Ziphæorũ inſidias.*

6 Non fuerit timor לא היה פחד non fuit pauor. *Docti inter Hebræos ſubaudiunt, ſimilis iſti pauori. Alij referunt ad cæcas perturbationes quibus vexantur mentes impiæ. Sic minatur Dominus Leuit. 26. c. 17, Fugient nemine perſequente, &c. Alij exponunt quòd rebus tranquillis & proſperis, repentè in ipſos Deus fulminet. Nam vbi dixerint, Pax & ſecuritas, &c. 1. Theſſ. 5. a. 3.* Diſperſit פזר diſſipauit. *Clarius explicat quomodo iuſtis præſideat Deus: nempe dum eos eripit è mortis faucibus, acſi quis obſidione liberet qui in anguſtum redacti erant. Oſſa metaphoricè robur & potentiam ſignificant. Populum Dei alloquitur.* Spreuit eos. מאסם contemptibiles eos reddidit. Vel, probro & ignominiæ ſubiecit.

IN PSALMVM LIIII.

1 Victori in Neginoth למנצח בנגינות *Vide Pſal. 4. a. 1.* Intelligentia משכיל *Vide Pſal. 32.* 2 Quum veniſſent Ziphæi, &c. בבוא הזיפים וגו *Dauidem ſæpius quæſiiſſe latebras in deſerto Ziphæorũ notum eſt ex 1. Samu. 23. c. 15. & 26. a. 2.*

'iudica me. | *tute tua indica me.*

4 Deus, audi orationem meam, ausculta sermones oris mei. | *Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei:*

5 Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me, ' & formidabiles quærunt animam meam, nõ posuerũt Deum coram se. Selah. | *Quoniam alieni insurrexerunt aduersũ me, & fortes quæsierũt animã meã: non proposuerũt Deum ante conspectum suum.*

Auxiliũ Dei præsens, vnde illi gratias agit.

6 Ecce, Deus auxiliatur mihi: Dominus est 'inter sustentatores animæ meæ. | *Ecce Deus adiuuat me: Dominus susceptor est animæ meæ.*

7 'Reddet malum *istud* inimicis meis: ' in veritate tua 'succide illos. | *Auerte mala inimicis meis: in veritate tua disperde illos.*

Agnitio beneficij accepti, & gratiarum actio.

8 'Volũtariè sacrificabo tibi: ce | *Volũtariè sacrificabo ti-*

3 Iudica me. שָׁפְטֵנִי age[disceptal causam meam *Quidam*, vindica me, *Hebraismum exponentes*, *Vel*, ius meum tuere, *siue*, innocentiam. *q.d. Domine, tu quidem mihi testis es meæ causæ: ego ex animo tuũ auxilium imploro, sed interea nullus apparet in mũdo qui mihi manum porrigat. Asseras igitur bonam causam meam: quoniam vnicus superes meus vindex fortis & robustus.*

5 Et formidabiles עָרִיצִים & tyranni. præpotentes. terribiles, præualidi. *Saulem cum assentatoribus suis intelligit: quos alienigenas vocat, tametsi Israelitas, quòd (vt mox dicit)* Deum non ponerent in conspectu suo, *hoc est, Dei nullam haberent rationem.*

6 Inter sustẽtatores animæ meæ. בְּסֹמְכֵי נַפְשִׁי inter eos qui tutãtur animam meam. *i. aderit iis qui auxilium ferent, atque meas partes tuebũtur. Alij*, inter eos qui circundãt animã meã. *Alij*, qui fulciunt[stabiliunt]animam meam. *Non significat Dominum esse vnum ex numero eorum qui illum iuuant, sed potius Dominum stare à parte eorum quibus vita eius esset curæ. q.d.* Ego *quidem paucissimos habeo qui mihi faueant, vt Ionathan & similes: sed sufficit mihi quòd Dominus à parte ipsorum stat, & præest, qui non patietur vanum esse ipsorum auxilium. Constituit Dominum præsidẽ salutis suæ.* 7 Reddet יָשִׁיב Fut. Heb. *quod quidam per optatiuum vertunt*, Rependat. *Alij*, Reuertetur malũ ad inimicos meos. In veritate tua בַּאֲמִתְּךָ in fide tua. per fidem tuam. *i. vt promisisti, siue vt promissa præstes.* Succide illos הַצְמִיתֵם *Mutatio personæ, quòd vehementi affectu rapetur. Quidam precationem esse existimant: quorum sentẽtia tametsi non improbatur doctioribus, existimãt tamen Davidẽ potius prosequi suũ contextũ, licet mutetur tertia persona in secundam, præ vehemẽti affectu.*

8 Voluntariè sacrificabo tibi בִּנְדָבָה אֶזְבְּחָה Spõte [vel, liberaliter] sacrificabo tibi. Voluntariũ sacrificiũ faciam tibi. Vltroneo sacri-

ficio sacrificabo tibi. *Vtitur hac loquendi forma, non tantùm quòd gratiarũ actiones essent voluntariæ (quippe quæ non quotidie, vel certis diebus fierent, sed tantùm quoties experti erant singulare aliquod* Dei *beneficiũ) sed ideo etiã* volũtariè *dicit, q. elapsus periculũ, non vt ingrati homines, postquã liberati sunt, inuito animo offert, sed prompto & alacri.*

bi, confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est:

lebrabo nomen tuum Iehoua, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

9 Quoniam ex omni angustia ʹeruit me, & in hostibus meis ʹ*quod uolui* vidit oculus meus.

LIIII.

In finem, in carminibus intellectus David.

L V.

1 ¶ʹVictori in Neginoth, ʹintelligentia ipsius Dauidis.

Petit Dauid à Deo vt liberetur à coniuratione Absalom 2. Samu. 15. 16. Christus autē ab inimicis.

2 E*xaudi* Deus *orationē meam, & ne despexeris deprecationem meam: intēde mihi, & exaudi me.*

A Vribus percipe Deus orationem meam, & ne ʹabscõdas te à deprecatione mea.

3 *Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris:*

Intende mihi, & exaudi me: ʹ*nam* clamo in sermone meo, & tumultuor,

4 *Quoniam declinauerunt in me iniquitatem: & in ira molesti erant mihi.*

A voce inimici, & ʹà facie angustiæ impii: quoniã ʹconiiciũt super me mendacium, & in furore ʹaduersantur mihi.

5 *Cor meum conturbatum*

Propterea cor meũ ʹdolet in me-

9 Eruit me הִצִּילָנִי *Mutatio personæ, pro eruisti, siue liberasti. Quod volui. vel, vltionem.*

IN PSALMVM LV.

1 Victori in Neginoth, לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת *Vide Psal. 4. a. 1.* Intelligentia מַשְׂכִּיל *Vide Psal. 32.* 2 Abscondas te à deprecatione mea. תִּתְעַלַּם מִתְּחִנָּתִי auerseris orationem meam.

3 Nã clamo, &c. אָרִיד בְּשִׂיחִי וְאָהִימָה *Fut. Heb.* clamabo in sermone meo, & strepã. *vel,* tumultuabor. *quod per præsẽs vertũt interpretes,* Dum cõqueror in lamẽtatione mea, & strepo. *Alij, dum* plango [*vel* vlulo] in meditatione mea. *Pro* meditatione, *docti inter Hebræos vertũt,* in afflictione. infirmitate & angustia. 4 A facie angustiæ מִפְּנֵי עָקַת à facie violentiæ. *vel* afflictionis, *aut* tribulationis. *Hebraismus aũt est,* à facie, *pro propter.* Coniiciũt יָמִיטוּ *Fut. Heb. pro præs. aut præt.* voluerũt, inclinarunt. *Ad verbũ,* labi [*aut* cadere] facient. *i. comminiscuntur aduersum me consilium iniquum, siue conspirant aduersum me.* Aduers. mihi. יִשְׂטְמוּנִי *Fut. Heb. pro præs. i. me insectantur, & odio prosequuntur.* 5 Dolet יָחִיל *Fut. Heb. pro præs.* trepidat. contremiscit. parturit. afflictatur.

dio mei, & terrores mortis ceci
derunt super me.

Timor & tremor venit super 6
me: & operuit me tremor.

Fugiens Iudæos, erat contra eos.

Et dixi, Quis dabit mihi alas 7
sicut columbæ? auolarem, & re-
quiescerem:

Ecce elongarem fugam, cõ- 8
morarer in deserto. Sélah.

Festinarem eruere me à ven 9
to qui excitatur à turbine.

est in me: & formido mortis cecidit super me.

Timor & tremor venerũt super me: & contexerunt me tenebræ:

Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?

Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.

Expectabã eum qui saluũ me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.

Mortis מות *.i. lethales, siue lethiferi.* Significat *mortem sibi ante oculos obuersari. q. d.* Domine *non tantùm cernis quàm violenti sint impetus hostium meorum, sed tu vides cor meum esse trepidum.* Nõ *tantùm habeo certamen cum externis hostibus, sed sentio quasi in me luctari cor meũ.* 6 Et operuit me tremor ותכסני פלצות & obtexit me terror. *vel,* adobruit me horror. 7 Quis dabit מי יתן Hebraismum *sic quidam vertunt,* Vtinam essent mihi alæ *tam celeres quàm sunt* columbæ. *Existimãt vulgò hanc auẽ pernici esse volatu.* Perinde *itaque est acsi dicat,* Domine, *ego tantùm mihi dari peto columbæ alas, quũ nusquã habeã quietẽ nisi in exilio: si non possum hoc impetrare vt quiescã, in patria, saltem detur mihi elabi in aliquem angulum & recessum.* Exula*bo igitur, ac quiescam: hoc est, cedam hostibus meis, non resistam illis in faciem, tantùm mihi liceat petere latebras aliquas, & effugere eorum aspectum.* 8 Elongarem fugam, ארחיק נדוד Chald. *paraph.* Elongabo locum ad fugiendum. *vel,* fugiendo. *Quidã vertunt,* longè profugerem. *Alij,* elongarem me aufugiendo. *siue,* migrando. *nam sunt qui* נדוד *volunt esse macor, siue infinitiuum. q. d. non habitabo in finibus* Iudææ, *sed potius mare trajiciam.* 9 Eruere me, &c. אחישה מפלט לי מרוח סועה מסער liberationẽ [*vel,* effugium] mihi *velocius* vento qui excitatur à tempestate. *Alij,* saluationem mihi propter ventum turbinis & tempestatis. *Vel,* à vento euellente & disperdente. *Aut,* à vento procelloso & tempestate. *Festinatione, siue acceleratione liberationis, ostendit se nolle moras nectere, quemadmodum faciunt quibus adhuc aliquid spei superest: nam quærunt inducias, & protrahunt tempus quantũ possunt: siquid spei affulgeat, procrastinant.* David *autem hîc testatur mortem ita sibi esse præsentem, vt statim arrepturus sit fugam, modò pateat aliquis exitus.* Verbũ סעה *pro quo* excitatur *vertit noster interpres, nusquã alibi legitur in* Scripturis, *vt dicunt* Hebræi *doctiores.* Comparat *David impietatem* Saulis *vento procelloso, & repentè à procella excitato. hac comparatione valde apta vtitur volens exprimere se paratum esse ad fugam, acsi procella aliqua ventum vrgeret.*

10 *Præcipita Domine, & diuide linguas eorũ: quoniam vidi iniquitatẽ & contradictionem in ciuitate.*

10 Perde Domine, 'diuide linguam eorũ: quoniam vidi 'violentiam & contentionẽ in vrbe:

11 *Die ac nocte circundabit eam super muros eius: iniquitas & labor in medio eius, & iniustitia.*

11 Die ac nocte 'circundãt eam super muros ei⁹, & iniquitas '& peruersitas est in medio eius. *Consilia inimicorũ frangi postulat*

12 *Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.*

12 'Prauitates sunt in medio eius, & non recedit 'è platea eius fraus & dolus.

13 *Quoniam si inimicus me maledixisset mihi, sustinuissem vtique.*

Et si is qui oderat me, super me magna loquutus

13 Neque enim inimicus 'probris affecit me: 'alioqui sustinuissem, neque odio habẽs me, aduersum me 'magnificauit os,

10 Diuide פַּלַּג finde. disperti. *i. dissipa sententias eorum varias. Videtur esse allusio ad pœnã quæ inflicta fuit Babylonis quãdo Dominus vltus est superbiã illorum hominum qui volebãt arcem extruere, Genes. 11. b. 7. q. d. fac vt mutuo inter ipsos non conueniat. Sæpe enim videmus subitis dissidiis abrumpi impiorũ consilia, vel quia inter se laborant diffidentia: vel quia vnusquisque vult dominari, & alter alterius consiliis cedere non sustinet: vel quum flectuntur ad varios affectus.* Violentiam חמס iniquitatem. iniuriam. vim. *i. in vrbe Ierusalem nihil ordine geritur, nec moderatè, sed per vim & iniuriam omnia.*

11 Circundant יסובבוה *Fut. Heb. pro præs. Sub. violentia & contentio. acsi diceret, Ierosolyma (non enim loquitur de Ceila, vt quidam putauerunt) vndique cincta est violentia & iurgiis ac contentionibus.*

Et peruersitas וְעָמָל & molestia. *vel,* & dolor. *i. infert damna. & molestiis afficit innoxios. siue, homines quieti & innoxij illic multis molestiis vexantur, & iniquè multas sustinent iniurias. Seipsum exponit sequenti versu.* 12 Prauitates הוות Fraudes, Corruptelæ. Alij, Prauitatum. *sub. homines. i. praui homines illic regnant.* E platea eius. מרחובה in compitis eius. *Sing. pro plur. Non intelligit singulas vias vrbis: sed vbi solebant haberi magis frequentes conuentus, quemadmodum in plateis. In hac descriptione sumit David quæ cõtraria sunt politiæ bene compositæ & ordinatæ.* 13 Probris affecit me יחרפני *Fut. Heb. pro præt.* Alioqui sustinuissem: ואשא *Ad verbũ.* & feram. *Modus loquendi Hebraicus, aliis linguis durus: pro, alioqui tulissem. sub. patienter. Quidam existimãt* ואשא *hic potius significare repellere: vt dicimus Gallicè, l'eusse receu les coups, Ego tulissem, vel eleuassem, & eleuando ego abstulissem. q. d. potuissem opponere aliquã defensionem. cauemus enim nobis à professo hoste, quem scimus nobis maximè insidiosum esse. nihil autem facilius quàm decipi prætextu simulatæ amicitiæ. Quod sequitur,* abscondissem enim me. *sensum istum docere videtur.*

Magnificauit os *s.* הִגְדִּיל *sese* erexit. *vel,* extulit.

suũ, abſcondiſſẽ enim me ab eo.
Sed tu homo ' iuxta æſtima- 14
tionem meã, ' dux meus, & no-
tus meus,
Qui ſimul ' dulciter commu- 15
nicabamus ſecretum, in domo
Dei ambulabamus ' in ſocietate.
' Exigat debitum mors ab eis, 16
deſcendant ' *in* infernum viuen-
tes: quia mala ſunt ' in ſocietate
eorum, in medio eorum.
Ego *autem* ad Deũ ' clamabo, 17
& Iehoua ſeruabit me.
Veſpere, & mane, & meridie 18

fuiſſe, abſcondiſſem me forſitan ab eo.

Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus,

Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei *ambulauimus cũ conſenſu.*

Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

Ego *autem ad* Deum *clamaui: &* Dominus *ſaluauit me.*

Veſpere, & mane, & me-

14 Iuxta æſtimationem meã, כערכי *.i. quantum ego iudicare potui.* Alij, iuxta pretium meum. *i. quem in tanto pretio habebam atque me haberi cupio. Vel vt iungatur ſequentibus*, quem habebã loco ducis. *i. qui reputabaris à me dux meus.* Nonnulli, ſecundum ordinem meum *id eſt, æqualis & ſocius meus.* Debet *hoc eſſe cauſa mutuæ cõiunctionis, quũ* Dominus *nos aſſociat: cõſtituit enim quaſi in eadem ſtatione.*

Dux meus, אלופי præceptor meus. *vel,* magiſter. N*on quòd fuerit magiſter* Dauidis, *ſed magiſter cum ipſo. q. d. debebas mecum lucere in populo* Dei. Notum *vocat familiarem.* 15 Dulciter communicabamus ſecretum. נמתיק סוד *Ad verbũ,* dulceſcere faciebamus ſecretum. *i. cum ſumma animi voluptate de rebus noſtris conſiliũ inibamus.* F*ut.* Heb. *pro præt. imperf.* N*onnulli vertunt,* Dulciter fruebamur ſecreto. *Alij,* Dulce erat ſecreta communicare. In ſocietate. ברגש. *i. cõiunctim & ſimul.* Alijs, in cœtu. *i. quũ celebres eſſent conuẽtus, & turmatim populus conflueret in templum.* Alij, In ſtrepitu. *neque enim fieri poteſt, quum magna turba hominum concurſat, quin tumultuetur, & edat magnum ſtrepitum.* Cõqueritur Dauid, *ab eo homine ſe proditum, quem non tantùm in terrenis negotiis ſocium & familiarem habuit, ſed qui etiam comes erat in cultu* Dei. Religio *enim ſacratiſſimum eſt inter homines vinculum.* 16 Exigat debitũ mors ab eis: ישי מות עלימו Exactricem cõſtituat Deus mortem aduerſus illos. Alij, Irruat ſuper illos mors. *Vel,* Condemnet illos mors. *Coacta eſt iſta verſio. Imprecatio vel prophetia de fine proditoris & conſortium.*

In infernum שאול *in* ſepulchrum. *Alludit ad pœnam quæ inflicta fuit ipſi* Core, Dathan, *&* Abiram, Nume. 16. *d.* 26. In ſocietate eorum, במגורם in habitatione ſ *vel,* in conuenticulis, *aut* congregatione eorũ. 17 Clamabo, *&c.* אקרא ויהוה יושיעני clamabam, & Iehoua ſeruauit me.

ridie narrabo & annũtiabo, & exaudiet vocẽ meã.

Redimet in pace animã meam ab iis qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet Deus, & humiliabit illos qui est ante secula.

Non enim est illis cõmutatio, & nõ timuerũt Deũ: extendit manum suam in retribuendo.

"loquor & tumultuor, & exaudiuit vocem meam.

19 "Redemit in pacem animam meã à bello *quod erat* contra me: quoniam "multi erant mecum. Exauditur.

20 "Audiet Deus, & affliget illos: "& manens ab initio, "סSélah: "quibus nõ sunt mutationes, nec timent Deum.

21 "Misit manus suas "in eos qui

18 Loquor & tumultuor אשיחה ואהמה *Futura Heb. quæ per præsens aut imperf. quidam vertunt*, loquebar & fremitum edebam. *vel*, clamabã & conquerebar. *aut*, precabor & importunus ero, & exaudiet vocem meam. *Verbo* Tumultuari, *non significat* David *se fuisse tumultuatum, ita ut pleno gutture clamaret atque vociferaretur: sed eo exprimit vehemẽtiam & feruorem suũ, quàm nõ frigidè sit precatus, aut precaturus. Præterea hìc ostẽdit quantus futurus erat ille clamor, quum dicit se precaturum* vespere, & mane, & meridie. *Simul docet statas fuisse horas ad orandum.* 19 Redemit in pacem, &c. פדה בשלום וגו *Hebraismus, pro, Eripuit me à prælio, & restituit mihi pacẽ. Dicit autem redemptã fuisse animã suam, vt melius exprimat quàm graue fuerit periculum à quo ereptus sit. acsi dicat fuisse prælium capitale, nec sese potuisse effugere mortem nisi Dei manu & auxilio.* Multi erãt mecum. ברבים היו עמדי *Sic 2.Reg.6.c.16, dicebat Eliseus, Plures qui nobiscum sunt, quàm qui cum illis. Hebraicè verò legitur*, In multis. *quod nonnulli vertunt*, cum multis fuerunt mecum. *i. multi impugnauerũt me. Prior expositio verior.* 20 Audiet ישמע *sub. eos.* Et manens וישב & qui sedet. *Non frustra hoc epitheton adiectũ: nam quũ res in mundo confusæ sunt, putamus nullũ amplius Deũ esse in cælo, aut ad tẽpus quiescere dum hìc tumultuãtur homines, causas ignorantes. Quidã vertũt* ET *in* nam, *vel* quia. סSélah סלה *Vide Psal.3.* Quibus nõ sunt mutationes, אשר אין חליפות למו nam nõ sunt mutationes ipsis. *i. non est spes illos mutatum iri: obstinati sunt in malitia. Alij exponunt*, Non sunt illis mutationes, *id est prosperè semper habent, nõ videntur vllis incommodis esse subiecti. Si ita exponas, quod sequitur, vertendum erit*, ideo non timent Deum. *Quidam vertunt*, quibus non sunt excisiones, *eodem sensu cum posteriore expositione. Psal.73.a.5, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur.*

21 Misit שלח *sub. fictus ille amicus.* In eos qui, &c. בשלמיו *Ad verbũ*, in paces suas. *Vel*, in *virum* pacium suarũ. *aut*, fœderum suorũ. *Sic & Psal.109.a.4, Et ego oratio. pro, vir orationis. i. adortus est virũ quietũ in tranquillitate summa viuebat. Quidã vertunt eodem sensu*, in pacificos suos. *Accusat* David *hostes suos perfidiæ, quòd in media pace bellum intulerint, ac violauerint fidem datam.*

Cura rerum omnium in Deum reiicienda.
Matth.6.d.25.
luc.12.c.22.
1.pet.5.b.7.

pacifici erant cum eo: polluit pa
ctum ſuum.
Leniora ſunt magis quàm bu
tyrũ *uerba* oris eius: at prælium
in corde eius: leniora verba eius
oleo, & ipſa *ſunt* gladii.
¶ Proiice ſuper Iehouam pon-
dus tuum, & ipſe ſuſtentabit te:
non dabit in ſeculum nutatio-
nem iuſto.
Tu autem deſcendere facies
eos in foueam corruptionis, vi-
ri ſanguinarii & doloſi non di-
midiabunt dies ſuos: ego autem
fidam tibi. LVI.
¶ Victori ſuper columbam

Contaminauerunt teſtamẽtum eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.
Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ: & ipſi ſunt iacula.
23 *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, non dabit in æternum fluctuationem iuſto.*
24 *Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.*
Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te Domine.
LV.
1 *In finem, pro populo qui*

22 At prælium *in* corde eius: וּקְרָב לִבּוֹ *Ad verbum*, & prælium cor eius. *ſub. meditatur.* Et ipſa gladii וְהֵמָּה פְתִחוֹת & ipſi *ſunt homines* gladiorum. *i. quũ tamen ſint ſanguinarij, & ſtudeant me perdere. Quidam ſubaudiunt ſermones. q. d. ipſi quoque ſermones, inſidioſi erant gladij.* 23 Pondus tuum יְהָבְךָ onus tuum. moleſtiam tuam, quod te malè habet. *Docti inter Hebræos vertunt*, dare tuum. *vel*, donum tuum. *ſiue*, quod dedit tibi: *& exponunt*, Proijce *ſuper illum id quo habes opus, & ipſe educabit te vt hactenus fecit. remitte illi, & reſigna cură omnium eorum quæ tibi vſui ſunt, & reijce in ipſum* Deum. *Iſtud* dare *nihil aliud eſt quàm quod expetimus nobis dari.* Suſtentabit te יְכַלְכְּלֶךָ ſuffulciet te. *Alij*, paſcet te. *q. d. ne dubites quin* Dominus *ſuppeditare tibi velit ea quæ tibi opus erunt*. Paſcendi *verbo comprehendit* David *quicquid opus eſt ad vitam noſtram ſuſtinendam.*

Nutationem מוֹט lapſum. caſum. Hebraiſmus, *pro, non ſinet perpetuò moueri vel labaſcere iuſtum*. Videmus *quidem ad tempus nutare iuſtos, & agitari huc & illuc quaſi variis procellis, ſed tandẽ* Dominus *ipſos ſtabiliet vt non nutent in perpetuum.*

24 Deſcendere facies eos in foueam corrupt. תּוֹרִדֵם לִבְאֵר שַׁחַת deduces eos in foueam perditionis. *aut*, deiicies [*uel*, detrudes] eos in foueã ſepulchri. *vel*, in puteum interitus. *i. in gehennã. Significat* David *inſtare hoſtibus ſuis nõ modo cladẽ temporalẽ, ſed æternũ exitiũ.*

IN PSALMVM LVI.

1 Victori לַמְנַצֵּחַ *Vide* Pſal.4.a.1. Super columbam mutam in remotis עַל יוֹנַת אֵלֶם רְחֹקִים de columba taciturnitatis in remotis. *i. De columba taciturna & muta, conſtituta in locis remotis à Terra*

ſancta. Columbam *ſe vocat* David, *metaphora qua prius petebat ſibi dari alas columbæ quæ perniciter volat.*

à ſanctis longè factus eſt, David *in tituli inſcriptione, quum tenuerunt eu allophyli in Geth.*

mutã *in* remotis,ipſius Dauidis *ad* Michtham, quũ cõprehendiſſent eũ Peliſthim in Gath. 1.Sam.21.d.11

2 *Miſerere mei Deus, quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.*

Miſerere mei Deus: quoniã abſorbere voluit me homo, quotidie bellans opprimit me.

Orat vt à periculo præſenti ipſum eriperetur, Saulis & aſſentatorum eius dolos & vim apud Deum accuſans.

3 *Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me.*

Abſorbere voluerũt me inimici mei omni die: certè multi pugnãtes aduerſũ me, ô Excelſe.

4 *Ab altitudine diei timebo: ego verò in te ſperabo.*

Die quo timebo, ego tibi fidã.

5 *In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperaui: nõ*

In Deo laudabo verbũ eius: Deo fidã, non timebo quid fa-

Ad Michthãm מכתם *Hæc vox Hebræis ſignificat aurũ: propterea quidam vertunt,* Dauidi inſigne aureolũ. *ac ſi dicat,* Pſalmũ, *ſiue cantũ iſtum tam pretioſum fuiſſe* Dauidi, *quàm aurum.* Vide Pſalmũ XVI. *Hæc hiſtoria ſcribitur* 1.Samu.21.d.11. 2 Abſorbere voluit me שאפני *Præt.Heb.*abſorpſit me, *vel* hauſit, *aut* deglutiuit me. *quod nõnulli vertũt per præſ.* abſorbet me. *aut,* abſorbere me conatur. *q.d. Domine, tẽpus eſt vt me recipias in tuam tutelã ac fidem: parati ſunt enim homines ad me vorandum & deglutiendum.* Quotidie bellãs, *&c.* כל היום לחם ילחצני tota die oppugnans diuexat me. *vel,* iugiter impugnando coarctat me. 3 Abſorbere voluerunt me inim. שאפו שררי *Præt.Heb.*abſorbuerunt me, *&c. pro præſ.* Abſorbẽt me hoſtes mei per ſingulos dies. *aut,* iugiter. *Vt magis amplificet quod dixerat, eandem ſententiã repetit in plurali numero.* O excelſe מרום *Quidam vertunt,* elato animo, *referentes ad dictionem* Pugnantes. 4 Quo timebo *&c.* יום אירא אני אליך אבטח *Vel per præt. imperf.* timebam, ego te nitebar. *Aut per præſens,* Quocũque die metu corripior, fiduciam ego meam in te colloco. *Alij,* Licet per diẽ timerem, tamen in te ſperabã. 5 Laudabo verbũ eius: אהלל דברו, *Hebraiſmus, pro,* Deum laudabo propter verbum ſuum. *Quidã vertunt,* gloriabor *de* verbo eius. *Promiſſionem intelligit de regno* Iſraelis. *Alij,* In Deo laudabo, verbum eius. *ſub. laudabo. i. gloriabor in* Deo. *vnde enim laus, niſi ex gaudio? quũ ſcilicet* Deus *nos exhilarat: tunc enim laudamus, & gratias illi agimus.* Verbũ *eius laudabo, etiamſi nullam mei curã habere videatur, adhuc tamẽ ſperabo in verbo eius, & eius promiſſiones celebrabo, quibus promiſit ſe nunquã defuturũ ſuis.* Vide *paulo poſt vndecimum verſum.* Fidam בטחתי *Præt.Heb.*ſperaui.

ciat caro mihi.

Tota die verba mea dolore 6
afficiunt *me*: aduerſum me ſunt
omnes cogitationes eorum in
malum.

Congregantur, deliteſcunt, 7
ipſi veſtigia mea obſeruant, dũ
expectant animam meam.

Propter iniquitatẽ euaſio eis? 8
in furore populos deiice Deus.

Migrationes meas numera- 9
ſti: pone lachrymas meas in v-

timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur: aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt & abſcondent. ipſi calcaneum meum obſeruabunt,

Sicut ſuſtinuerunt animam meam: pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus, vitã meam annũtiaui tibi: poſuiſti lachry-

6 Verba mea dolore afficiunt *me*: דברי יעצבו Hebraiſmus, Res meæ, *ſiue*, negotia mea me fatigant. *Subauditũ eſt pronomen. Alij vertunt*, Quotidie *hoſtes mei* verba mea [ſermones meos] conturbant. *vel*, moleſta reddunt. *Alij*, Quotidie *hoſtes mei* conturbant [moleſtiã afficiunt] *propter* ſermones meos. *Conqueritur* David, *ſibi omnia malè cedere, vt vbique occurrat triſtitiæ materia, etiãſi varia conſilia agitet, etiamſi conetur malis ſuis mederi, etiamſi expendat omnes rationes apud ſe quibus ſeipſum leuare poſſit. q.d. Quicquid volo, quicquid inſtituo & loquor, hoc totum mihi in triſtitiam vertitur.*

7 Congregantur, deliteſcunt, יגורו יצפינו *Fut. Heb. pro præſ.* Simul ipſi morantur, & deliteſcunt. *Alij*, Conuenerunt, contemplati ſunt. *Alij*, cõſpirant & inſidiãtur. Dũ expectãt animã meã. כאשר קוו נפשי ſicut [*vel*, quũ] expectãt animã meã. *Alij*, ſi quo pacto capiãt animã meam, *Præt. Heb. Nonnulli*, quemadmodum expectauerunt animam meam. 8 Propter iniquitatẽ euaſio eis? על און פלט למו Quia peccauerunt, ſeruabis eos? *Aut ſine interrogatione*, Spẽ euadendi collocant in verſutia. *Alij legunt vno contextu*, Super iniquitate euaſio ipſis, in ira populos deiicies. *i. Quanuis ſit illis euaſio in prauitate, tamen tu deiicies populos. Loquitur* David *ex ſenſu impiorum: freti enim ſuis viribus, deinde quia* Deus *diſſimulanter fert illorum iniurias & malitiam, & quieſcunt ad tempus, ideo imaginantur ſe ſemper ſaluos fore: propterea dicit hîc* David, *Quanuis ita ſtatuant, & ſibi perſuadeant poſſe ſe effugere malè agẽdo, hoc tamen nihil impediet quominus exerceas in eos tuum iudicium.* 9 Migrationes meas נדי Vagationem meam. Fugas meas. *Ad verbum*, Motionem meam. *Sing. pro plur.* Numeraſti ספרתה numeratas habes. *i. cognoſcis numerum migrationũ quib⁹ migraui. i. quoties fugerim. q.d.* Tu *ſcis* Domine *quod multis annis ſum vagus homo & profugus, nec vſquam datur mihi quies.* Pone lachrymas, &c. שימה דמעתי בנאדך Hebraiſmus, *& metaphora ab aquis, acſi dicat*, Memor *eſto lachrymarum mearum quas fudi coram te, & ne obliuiſcaris. Solebant enim in vtribus ſeruare*

vinum & oleum, & liquores alios quos habebant in suis penariis: propterea dicit, Repone lachrymas meas in vtre, vt eas illic serues.

mas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum,

In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo qd faciat mihi homo.

In me sunt Deus, vota tua, quæ reddam, lau-

tre tuo: nónne in libro tuo *sunt*?

10 Tunc vertētur inimici mei retrorsum, die qua clamauero: hoc noui quòd Deus pro me *est*.

11 In Deo laudabo verbū *eius*: in Iehoua laudabo verbum.

12 Deo fido, non timebo quid faciat homo mihi.

13 Super me Deus *sunt* vota tua, *Vota sua (quæ vocat laudem) Deo reddit, laudans eum.*

Nónne in libro tuo? הלא בספרתך nónne in commentario tuo *sunt? Hæc interrogatio præparationem siue accinctionem quandā ad rem peragendam notat: & etiam confirmationē, reique certitudinē. propterea quidam vertunt,* Certè in libro tuo sunt. *Prouidentiam Dei prædicat, quòd, siquid molestiarum patiātur homines, illæ veniāt in rationē coram Deo, & ab eo numerentur omnes nostræ fugæ & molestiæ. Sic Christus, Quin & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Luc.12.a.7. Hinc nascitur illa precandi fiducia, vt lachrymas nostras conseruet Deus in vtre suo.* 10 Tunc vertentur, *&c.* אז ישובו *Hac particula* Tunc *notare voluit opportunum tempus quod Deus prauiderat apud se: interea tribuit hoc precibus suis: acsi diceret,* Dominus *quidem non ita festinat quemadmodum ego cuperem, nec eodem momento hostes meos dissipat quo precatus sum: sed tamē preces meæ non erunt irritæ. ex quo enim inuocaui, exauditus sum, atque ita fit vt inimici mei retrorsum vertātur. Quidam* אז tunc, *vertit in* quoties: *& fut. per præs. sic,* Quoties inuoco, hostes mei retrocedunt: in hoc certè scio quòd, *&c.* Pro me *est* לי *Ad verbum,* mihi. *sub. fauet. Alij vertunt,* mecum est. *Alij istam clausulam sic transferunt, in* hoc cognoscam quòd Deus pro me est.

11 In Iehoua ביהוה *Repetitione hac, vim fiduciæ suæ in Dei promissione exprimit. Debemus in Deo laudare bonitatem & sapientiam & virtutem, debemus laudare omnia beneficia quibus nos prosequitur: hæc enim sunt nostra exercitia & studia: celebrare debemus Dei gratiam, cuius experimenta quotidie nobis præbet. Sed vbi hæc nobis deficiunt, id est, vbi nobis videtur auferre à nobis Dominus omnē sensum suæ bonitatis & potentiæ, debemus tamen contenti esse verbo quo promisit auxilium. & si patitur nos diutius languere, debemus tamen persistere in hac tolerantia. Ideo bis posuit,* In Deo laudabo verbū, *&c. Iste versus cum sequenti, eandem sententiam habet quàm quintus præcedens.*

13 Super me עלי In me *Hebraismus, pro, mea interest reddere tibi*

vota, nempe vt te laudem: laudo igitur. Sunt qui Hebraiſmum ſic red-dunt, Vota nuncupabo tibi ô Deus. *Alÿ exponunt, Ego ſum damna-tus votorum: vt dicunt Latini, vbi conſequuti ſunt homines quod opta-bant. vbi enim ſentiunt ſe obſtrictos eſſe ad gratias agendas, dicunt ſe damnatos votorum. Sic etiam David damnatus erat votorũ: ipſe enim vo-tum conceperat: nam quum laboraret & eſſet in periculis, confugit ad Do-minum, pollicitúſque eſt ſe gratum & memorem fore beneficiorum Dei. Vota Davidis erant id quod ipſe promiſerat. erant & vota Dei: nam David obſtrictus erat Deo poſtquam promiſit ſe gratum fore.* Super ſe vo-ta illa *eſſe dicit, quia Dominus illum liberauerat. Sentiens ſe eſſe conſequu-tum ſalutem gratia Dei, ſimul potuit dicere ſe teneri obſtrictum, & fidem ſuam obligatam eſſe Deo. Vota enim ſub conditione concipimus: Domine, ſi tu me ex hoc diſcrimine eripueris, ego tibi ſolennes gratias agam in cœtu piorum. Vbi illa conditio eſt impleta, tunc vota debentur Deo. Præſtite-rat Dominus quod David petierat: ſupererat itaque vt David viciſſim vota illa quæ nuncupauerat, perſolueret.*

ʼreddam laudes tibi. | *dationes tibi.*

14 Quoniam eripuiſti animam meam à morte: ʼnónne & pedes meos à lapſu, ʼvt ambulẽ coram Deo in lumine viuentium?

Quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

LVII. | LVI.

1 ¶ ʼVictori, ʼNe diſperdas, i-

In finem, Ne diſperdas,

Reddam אשלם rependã. ſoluã. 14 Nónne & pedes, &c. הלא רגלי Certè pedes, &c. *Vide noni verſus annotationem. Hebræi interrogatione vtuntur quum magis affirmare volunt: quod Latinis inepium eſſet, apud quos vno contextu dicendum eſſet, Eripuiſti animam meam à morte, pedes meos à lapſu.* Vt ambulem coram Deo, &c. להתהלך וגו' *Ambulare coram Deo dicuntur fideles, quia conuertunt oculos & referunt omnes ſenſus ſuos in Dominum: & tribuunt illi quicquid habent bonorum: præſertim verò fatentur ſe vitã ſuam illi debere, & ſe totos pendere ex eius gratia. Hinc dicuntur ambulare & viuere coram Deo, & in eius conſpectu. Impÿ contrà, quia Deũ non reſpiciunt, dicũtur eſſe extra eius præſentiã. Aliàs Ambulare coram Deo, eſt cõponere vitam ſuam ad Dei arbitrium: quod & Ambulare cũ Deo dicitur, Gene.5.c.22, & 17.a.1.* In lumine viuentiũ, *id eſt inter mortales.* Vt ambulem in luce viuentium, *id eſt vt in vitam reſtituar, ſiue vt vita fruar. q.d. vt ego vita fruar & luce, agnoſcendo me Dei beneficio viuere.*

IN PSALMVM LVII.

1 Victori למנצח *Vide Pſal.4.a.1.* Ne diſperdas אל תשחת *Sub-me. Scimus Davidẽ tũc vix è præſenti morte elapſum eſſe: quumq; ſimilis eſſet perdito & deſperato, mirabiliter Domin⁹ eũ eripuit: ideo hũc Pſalmũ ſic inſcriptũ eſſe,* Ne diſperdas, *quidã exiſtimãt. Alÿ putãt initiũ fuiſſe cãtilenę veteris,* Ne perdas. *Alÿ putãt tã anxiè precatũ fuiſſe Davidẽ ne Dominus ſineret ipſum perire ac perdi, quũ inſtaret Saul, vixque vllũ*

pateret effugium, Domine *adsis mihi, ne perdas me. Quum enim* Saul *ad perdendum* Dauidē *instaret, videret antē* David *se nihil posse aduersus illū nisi* Dei *permissu: ideo in precibus suis petebat à* Domino *liberari. Alij scribūt inscriptionē hāc ideo positā fuisse, quia* Abisai *à* Dauide *reuocatus fuerit à medio impetu, quum iam parum abesset quin occideret* Saulem: *in qua quidem reuocatione hac obiurgatione vsus sit,* אל תשחיתהו, Ne disperdas ipsum. *vbi idē est verbū, nisi quòd pronomē additū est.* 1. Sam. 26. b. 9. *Sed non videtur sensus iste quadrare.* David *enim precatur valde anxius, quū nondū repressus esset ab eo* Abisai *ne* Regē *occideret. Vnde magis placet alterutrum ex duobus illis, aut cantilenæ initium fuisse: aut quòd* David *precationē suam ad* Deum *dirigat.* David *itaque ostendit quàm anxius fuerit, nec abs re, quum tanta sæuitia arderēt hostes. Dein gratias agit vbi videt se liberatum, vel saltem spe concipit quod nondum oculis eius patebat* Dei *auxilium.*

David in tituli inscriptione, quum fugeret à facie Saul in speluncam.

2 *Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te cōfidit anima mea:*

Et in vmbra alarū tuarum sperabo, donec trāseat iniquitas.

3 *Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.*

4 *Misit de cælo, & libera-*

psius Dauidis "Michthā, quando fugit à facie שSaulאl in spelūcā:

2 Miserere mei De⁹, miserere mei: quoniā in te "sperat anima mea, & in vmbra alarum tuarum "spero, donec "transierit contritio.

3 "Clamabo ad Deū altissimū, ad Deum "retribuentem mihi.

4 "Mittet è cælo, & seruabit me

1. Samu. 22. a. 1, & 24. a. 4

Michthám, מכתם *Vide Psalmū 16 & 56.* 2 Sperat חסיה *Præt. Heb.* confisa est, fiduciā habuit. Spero, אחסה *Fut. Heb.* cōfidam. sperabo. *vel,* hospitabor. *aut,* quiescam. *Alij,* ero tectus.

Transierit cōtritio יעבר הוות *Ad verbū,* transierit contritionū. *sub. tēpus. vel,* calamitatū, *siue* fraudum. *Alij volunt verbum singulare iungi nomini plurali, proinde vertunt,* transeāt cōtritiones. *i. afflictiones. quemadmodū si quis sub ramos arboris confugiat quū vrget grando vel imber.* 3 Clamabo אקרא *Fut. Heb. pro præt. vt quidam vertunt,* Clamaui. *Alij,* Clamabam. Retribuentē mihi גמר עלי perficientem mihi. *sub. quæ promisit. Alij,* qui benefacit mihi. *Alij,* reddentē mihi. *sub. misericordiā. Nonnulli,* qui transigit causam mihi *impendentem.* 4 Mittet ישלח *Futura Heb. pro præteritis, vt quidā vertūt. Quidam subaudiunt Angelos: ministerio enim Angelorum seruamur, quorū opera vtitur Dominus ad nos cōseruandos. Aliis verò is videtur esse sensus, Tam claro & euidenti miraculo me eripiet vt omnibus appareat meum esse liberatorem. Deus enim aliquando fert opem suis, sed obscurè: non semper virtus eius cōspicua est. Aliquando verò tā illustrem habemus eius gratiam, vt non possit negari venire à Deo nobis auxiliū.*

d probro deglutire volentis me. *D* Sélah. mittet Deus misericordiam suam, *e* & veritatem suam.
5 *f* Anima mea *est* inter leones, *g* iaceo *inter* vrentes: *inter* filios hominum, quorum dentes *sunt ut* lăcea & sagittæ, & lingua eorum, gladius *h* acutus.
6 *i* Exalta te super cælos Deus, super omnem terram

nit me: dedit in opprobriũ conculcantes me.
Misit Deus misericordiã suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorũ leonum: dormiui conturbatus.
Filij hominum, dentes eorum, arma & sagittæ. & lingua eorũ, gladius acutus.
Exaltare super cælos, Deus: & in omnem terram

Probro deglutire volentis me. חרף שאפי probro absorbente me. *vel*, vorante. *Quidã Hebræorum dicũi* חרף *esse præteritũ, vertentes*, probris affecit absorbentem me. *vel*, spreuit *robur illius qui* me absorbere cupit. *Alij, in* opprobrium expectantibus me. *Verbum Hebræum significat absorbere & expectare: atque id in malã partem, quum quispiã inhiat alterius malis, & cupidè expectat dũ aliqua adueniat calamitas: vel occultus in insidiis latet vt possit ex inopinatò nocere. q.d. Videor illis iã perdit⁹, sed* Dominus *mirificè me seruabit, ita vt pudefiãt qui nullum sperant mihi fore effugium.* Et veritatem suam ואמתו *veritatẽ promissionum* Dei *intelligit. sciebat enim quid sibi promissum esset per* Samuelem: *& tot oraculis confirmatus erat vt meritò posset iactare se seruandum esse, quia fidelis esset* Dominus.

5 Anima mea, *&c.* נפשי וגו' Anima *pro vita, vt aliàs sæpissime.* Dicit *vitam suam obsessam esse à leonibus, hoc est ab hominibus truculentis, qui leonum potius similes sunt, quàm hominũ.* Iaceo *inter* vrentes: אשכבה להטים habito *inter* flamma succensos. Accubui *inter* flammis exurentes. inflammantes. *sub. me suis sycophantiis & maledictis.* Repetitur INTER *primo loco positum.* Fut. Heb. *pro præs.* Exprimit *quid sibi voluerit per præcedentem metaphoram,* Ardent *(inquit) furore & sæuitia.* 6 Exalta te super cælos רומה על השמים attolle te supra cælos. *q.d.* O*stende potentiam, vt homines te extollant supra cælos. Alij istum* Hebraismum *sic exponunt, Quia aduersarij, quòd non mox mihi succurras, ita se attollunt vt supra cælos se efferant, & cælum digito attingere videãtur: ac ita terram occupãt vt effrænè imperiũ sibi vsurpent, nobis imperent & dominentur: ostende vim tuam & potentiam è cælo. insigni miraculo me libera, vt terreni homines glorificent te. Quando* Deus *nõ opitulatur suis, tũc magis ferociunt improbi: nec tãtùm insultant bonis & iustis, sed etiam contra* Deum *ipsum insurgunt. putãt enim vel* Deum *nihil posse, vel non curare res humanas: vel etiam imaginantur se esse* Deo *superiores. Atque ita* Deus *probris exponitur tanquam iacens & dormiens, nec videtur amplius tribunal suum tenere: ideo dicit* Dauid, Exaltare, *&c.* V*oluit* Deus *in eo gloriam suam statuere inter homines, si adesset suis & verax esset: quapropter non patietur nos opprimi, in magnam gloriæ suæ iacturam.*

gloria tua.

"gloria tua.

Laqueū parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam:
Foderunt ante faciē meā foueam, & inciderūt in eā.

7 Rete parauerūt gressib' meis,
"incuruauit *ille* animā meā: fo-
derunt ante me foueam, "cecide
runt in medium eius. Sélah.

Paratum cor meū, Deus, paratū cor meum: cātabo, & psalmum dicam.

8 ‖ "Paratum cor meum Deus, *Psal.* 108.2
paratum cor meum: cantabo, &
psallam.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

9 Excitare "gloria mea; exurge *Bene confirmatus*
"nebel & cithara: "exurgam di- *& affectus, laudes*
luculo. *canit.*

Confitebor tibi in Popu-

10 "Celebrabo te ī Populis, Domi-

Gloria tua כבודך *sub. extendatur*. *Sunt qui vertunt*, gloriam tuam *sub. attolle.*

7 Incuruauit *ille* כפף depressit. *sub. Saul. i. studuit me prosternere.* Anima *pro toto homine. Alij*, incuruata est anima mea *Verbum masculeum substantiuo* נפש *iunctū, quod etiam masculeo genere legitur. quū videret sibi vndique paratas insidias, vt solent meticulosi, contrahebat se. quemadmodum aues quum metuunt sibi, non audent alas expandere, sed anxiè clàm aufugiunt: sic etiam* David *dicit se fuisse quasi incuruatū: quū enim videret vndique laqueos, & se circundatū multis mortibus, contrahebat animam suam in angustum, vt laqueos sibi paratos vitare posset.* Ceciderunt נפלו *Nondum fortè ceciderant: sed* David *spe iam cernebat quod nondum completum erat. sciebat enim quid pollicitus esset illi* Dominus, *ideo gloriabatur de eius virtute, tanquam iam expertus esset.* 8 Paratū נכון *Gallicé dicimus*, Ie *suis dispose & deliberé.* Significat *hoc verbo animi promptitudinē & alacritatem: acsi dicat*, Accensus *sum cupiditate canendi laudes tuas.* Alij *eodē ferè sensu vertunt*, Confirmatū. *vel* Firmum. *aut*, Stabile. *vt significet se diu meditatū esse istas laudes quas nunc persoluit* Deo. Similia *prorsus legūtur &* Psal. 108. *a*. 2. 9 Gloria mea כבודי decus meū. *i. anima mea. aut vt alij, laus quam illis instrumentis volebat reddere.* Hebraismus. *ita enim solet se excitare & hortari ad laudē* Dei. Idem Psalmo 146. *a*. 1, *dicit*, Lauda anima mea Iehoua. *Alij malūt linguā significari, vt illam aduocet cū cithara, & vt præsto sit ad celebrandum nomen* Dei. *q d. & assa voce, & instrumentis musicis celebrabo nomen* Dei. *poeticè enim exprimit illā vehementiā & illum ardorē affectus sui de quo loquuntus est.*

Nebel הנבל psalterium. Exurgam אעירה euigilabo. *vel.* suscitabo. *sub. vos ad laudandū* Dominum. Alij, quum euigilauero. *q. d. quotidie mane dicam*, Excitare, *&c.* Vel, quū expergiscar *in* aurora.

10 Celebrabo te אודך Quidam *subaudiunt* Quia, *sic*, Quia laudaturus sum te.

ne, & 'canam tibi in Gentibus:
11 Quoniam magna est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes 'veritas tua.
12 'Exalta te super cælos Deus, super omnem terram gloria tua.

LVIII.

1 '¶Victori, 'Ne disperdas, ipsius Dauidis 'Michthám.

Malitiam assentatorum Saulis & inimicorum Christi describit.

2 NVm verè, ô congregatio, 'iustitiã loquimini, æquitates iudicatis 'filii hominum?
3 'Quin potius in corde iniquitates 'machinamini: in terra

lis Domine, psalmum dicã tibi in Gentibus:
11 *Quoniã magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.*
12 *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua.* LVII.
1 *In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.*
2 *SI verè vtique iustitiam loquimini: recta iudicate filij hominum.*
3 *Etenim in corde iniquitates operamini: in terra inin-*

Canam, &c. אזמרך בלאמים psallam tibi in nationibus.

11 Veritas tua אמתך Fides[*vel fidelitas*]tua. *q.d. Vbique omnes te veracẽ & fidelem in promißionibus experiũtur. Non temere hæc duo ferè semper cõiungit Dauid, misericordiã, siue clementiã: & veritatẽ, vt ostendat nobis fontem omnium beneficiorum Dei: acsi diceret, Deũ gratuitò esse liberatorẽ nobis, non quòd alibi causam reperiat, sed quòd petat ex seipso. Quia autem diffidimus, tametsi toties experti ipsum esse clementẽ & beneficum, ideo additur* veritas: *acsi diceret* Dauid, *Dominũ non minus cõstantem esse in suis promißionibus, quàm promptum in benefaciendo.*

12 Exalta te רומה *Idem versus cum sexto.*

IN PSALMVM LVIII.

1 Victori, למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.*] Ne disperdas, אל תשחת *Vide Psal. 57. & 59.* Michtham. מכתם *Vide Psal. 16. & 56.*

2 Iustitiam loquimini, צדק תדברון *Fut. Heb. pro præsenti. Quidam vertunt,* Quod iustum est decernitis. *vel,* pronuntiatis. *Ideo sic hostes alloquitur, quòd vulgò iactarent ipsum esse hominẽ nequã & sceleratũ, sumendásque esse de ipso pœnas, quòd cõspirasset aduersus* Regem. *Sciebat* Dauid *illos sinistros rumores vulgò sparsos esse, idque ab ipsis iudicibus: propterea nunc cum ipsis expostulat. Quidam* Congregationem *interpretantur conspirationem impiorũ, quemadmodum impij suos conuentus habere solent. & hîc Dauidẽ metaphoricè loqui de suis hostibus quod inirent inter se sceleratum consilium. Alij existimãt Dauidem ad consiliarios Saulis respexisse, qui conuenerant quasi acturi de bono publico. q.d.* O cõcilium: *habetis conuentus quasi legitimos, interim estis infensi hostes iustitiæ.* Filii hominum: בני אדם filiis hominum. *vel,* mortalibus.

3 Quin potius אף Etiam. Machinamini תפעלון *Ad verbum,* operamini.

ſtitias manus veſtræ concinnant.

ra "violentiam manuum veſtrarum appenditis.

4 *Abalienati ſunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa.*

Abalienati ſunt impii à vulua, errauerunt ab vtero, loquentes mendacium.

5 *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obthurantis aures ſuas,*

Venenum eſt illis inſtar veneni ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ quæ obthurat aurem ſuam:

6 *Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantãtis ſapiẽter.*

Quæ non audit vocẽ incantãtium, "incantantis incantationum periti.

7 *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorũ: molas leonum confringet Dominus.*

Deus contere dentes eorũ in ore ipſorum: molares "catulorũ leonum confringe, Iehoua. *Prædicit exitium eorum, vindictámque precatur.*

8 *Ad nihilũ deuenient tãquã aqua decurrẽs: intẽdit*

"Colliqueſcant ſicut aquæ, "& abeant ſibiipſis:

Violentiam manuum, &c. חמס ידיכם תפלסון vim [calumniatem iniuſtam] manus veſtræ appendunt, *Hebraiſmus, pro, quaſi in pondere & æquitate factum videri vultis quod per vim agitis.* Dicit *David illos ſe opprimere ſub ſpecie æquitatis. Acſi dicerent, Annon aſſerendus eſt nobis honor regius? annon etiã nobis retinenda pax publica? iſte cõtumax fuit aduerſus Regem, & quietem populi turbauit. Alij exponunt Hebraiſmum iſtum, quòd hoſtes manibus ſuis exequantur id quod ſceleratè conceptum in cordibus habebãt. nam verbum ſignificat etiam ordinare & dirigere q.d. in terra ordinatis, ſiue dirigitis quæ in corde concepatis.* 4 A vulua, מרחם *q.d. à prima infantia imbiberũt hanc licentiam: imò non tantùm vnà cum lacte matris imbiberunt malitiam, ſed nati ſunt peruerſi & improbi: ipſa malitia, ipſa crudelitas, ipſa perfidia cum ipſis nata eſt.* A vulua, & Ab vtero, *idem.*

6 Incantantis incantationum periti. חובר חברים מחכם *magi* inter *magos* præſtantis. *Vel,* magi magicas artes ſcitè exercentis: *aut* eruditi. *David dicit, hoſtes ſuos nõ quibuſuis ſerpẽtibus eſſe ſimiles, ſed illis aſtutiſsimis ſerpentibus qui etiam ſibi cauent à faſcinis & magicis artibus.* 7 Catulorum leonum כפירים *Sic vocat hoſtes ſuos David, quòd in illis tãta eſſet crudelitas, vt feris beſtijs potius ſimiles eſſent quàm hominibus.* 8 Colliqueſcant ימאסו Diffluãt. *Modum precãdi habent hæc quibuſdã: alijs magis placet vt ſint prædictiones pœnarũ aduerſus impios. Similitudine aquarũ vſus eſt & Pſal. 22.b.15, Sicut aqua effuſus ſum. Eadem ſimilitudine vtitur Scriptura, 2.Sam. 14.c.14, Moriendo morimur, & ſumus veluti aquæ quæ defluũt in terrã quæ non congregantur.* Et abeant ſibiipſis יתהלכו למו Re-

dundat SIBI IPSIS, *sicut* Gene.12.a.1, לך לך Vade tibi. *id est euanescant prorsus vt aquæ euanescunt quum vertuntur vi caloris in vaporem aut aerem. q.d. irriti sint conatus illorum. Alij ad aquas referunt, vertentes*, quæ pertranseũt in seipsis. quæ dilabũtur. quæ abeũt sibi.

"intendat *quisque eorum* sagittas suas, "*sed sint* acsi essent excisæ.

arcum suum, donec infirmentur.

Sicut limax quæ liquescit, abeat *quisque eorum, sicut* "abortiuũ mulieris, *quæ* non viderunt solẽ. 9

Sicut cera quæ fluit, auferẽtur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.

"Antequã sentiant lebetes ve- 10

Priusquam intelligerent

Intendat ידרך *Ita & alij quidam, quòd tenso arcu tendatur & sagitta. Alij*, dirigat. *Sed sint* acsi, *&c.* כמו יתמללו *Ad verbum*, acsi exciderẽtur. *vel*, confringerentur. *Quidam vertunt istam versus partem*, extendant arcum suum, [*& sint*] quasi cõfractæ *sagittæ*.

9 Abortiuũ mul. [*quæ*] non viderunt solem. נפל אשת בל חזו שמש Non viderunt. *nempe* lumẽ & abortiuum. *Magni nominis apud Heb. vir coniunctim legit* נפלשת *talpam. Creatura (inquit) est cui non sunt oculi. Nã Lenit.* 11.e.30, *pro* תנשמת *talpa: Thargũ habet* חולדא. *Hãc expositionẽ affert doctus inter Hebræos, qui* אשת *subaudit, & exponit vt noster interpres vertit. Alij exponunt disiunctim, & subaudiunt cõiunctionem, sicut* abortiuum *&* talpa *quæ* non viderunt solẽ. *Sic Chaldæus paraph.* Sicut reptile [vermis] tabefactũ, quod liquefit in via sua: sicut abortiuũ & talpa quæ cæca sũt, & non viderũt solem. *Alij per futurum vertunt*, non aspicient solem. 10 Antequam, *&c.* בטרם יבינו סירותיכם אטד כמו חי כמו חרון ישערנו *Ad verbum*, Antequam intelligant lebetes vestri [*vel*, spinæ vestræ] rhamnũ: sicut viuum [*aut* crudum, *siue* caro cruda] sic ira, vt turbo, perdat eũ. *aut* perdet eos. *singul. pro plur. Petit vt celeriter pereant aduersarii sui. aut præuidet eos citissimè perituros. quod duabus similitudinibus, spinarũ videlicet & carnis crudæ citò raptæ ostendit: aut vna tantùm, nempe carnis crudæ. nã varia est lectio. Si vna fuerit similitudo, inuersus est ordo, qui sic ordinabitur, Quàm citò cruda caro rapitur antequam lebetes in quibus ipsa coquitur, senserint (id enim hoc loco* INTELLIGERE *significat) ignem rhamni velociter excitatum: tam celeriter* Deus *perdat istos impios. siue perdet, per futurũ: si præuideat. Vel, Quàm subitò extinguitur ignis spinarũ, antequam lebetes senserint illum: vnde fit vt caro remaneat cruda: sic* [*vel, tam citò*] *iratus* Dominus *perdat eos, siue tollat de medio. Si verò similitudines duæ fuerint, pro ollis vertendo spinas (nam vtrunque significat* סירות*) rectus erit ordo, hoc sensu,* Antequam *spinæ vestræ minores adoleuerint & excreuerint in rhamnum, & vt caro cruda celerrimè rapitur antequam excocta sit: sic tam repentè pereant impii, aut peribunt: vt præuideat potius (vt dictum est) quàm optet, futurum vt impii illi perdantur, & id quàm celerrimè, antequam peruersitas illorũ crescat.*

spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

11 *Lætabitur iustus quum viderit vindictam: manus suas lauabit in sãguine peccatoris.*

12 *Et dicet homo, Si vtique est fructus iusto? vtique est Deus iudicans eos in terra.*

LVIII.

13 *In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domũ eius vt*

stri *ignem* rhamni: sicut caro cruda, sic ira vt turbo perdat eum.

11 ˈLætabitur iustus quũ viderit vindictã: pedes suos ˈlauabit in sanguine impii. *Lætitia iustorum videntium pœnã impiorum.*

12 ˈEt dicet homo, Verè est fructus iusto: vtique est Deus ˈiudicans in terra.

LIX.

ˈVictori, ˈNe disperdas, ˈipsius Dauidis Michthám, quum misisset ᵕSaul ˈvt obseruarent

Chald. paraph. Priusquam impij teneri durescant sicut spinæ, donec sunt herba, turbine destruet illos. Quidam notam similitudinis secundam omittunt, ac vertunt, Antequam ollæ vestræ sentiãt rhamnum, quasi crudam carnem ira Dei dissipet eos quasi per turbinem.

11 Lætabitur. ישמח *Verti potest per optatiuum,* Lætetur iustus, *&c. Videtur Dauid crudelem affectum tribuere iustis. At notandum est, Dauidem laudare affectus puros & rite compositos in filiis Dei: quum enim dominatur in illis Spiritus Dei, caro non euomit impetus suos, neque ebullit in illis, sed Spiritus Dei habet suam moderationem.*

Lauabit, ירחץ lauerit. *id est, dum viderit Deum tam grauem vltionem de impiis sumere, vt possit pedes suos lauare in sanguine ipsorum. Si pœna sumitur de sceleratis, necesse est iustos gaudere: vidẽt enim Deum habere curam mundi, vt sequenti versu dicitur: vidẽt suam salutem charam & pretiosam esse Deo. vnde ipsum glorificant, videntes auxilio eius non destitui fideles. ita lauant pedes suos in sanguine impiorum.*

12 Et dicet homo, ויאמר אדם *Singulare pro plur. Hac loquutione significat longè latéque patere hãc confessionem. q. d. passim celebrabitur iustitia Dei a fidelibus.* Iudicans שופטים *Impij qui affligunt fideles, fingunt Deum inclusum esse suo cælo, & fortunam in mundo dominari. at iustis aliter est persuasum: nempe Dei prouidentiam extendi ad hunc mundum: agnoscunt se non ludere operam quum purè Deum colunt. vident enim, Deum, postquam res confusæ fuerunt ad tempus, tandem impios persequutores iudicare, hoc est, de impiis supplicium sumere.*

IN PSALMVM LIX.

1 Victori, למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Ne disperdas, אל תשחת *sub. me. i. ne sinas me perdi. Vide Psal. 57.* Ipsius Dauidis Michthám, לדוד מכתם *Vide Psal. 16, & 56.* Vt obseruarent, *&c.* וישמרו את הבית להמיתו *Ad verbum,* & custodierunt domum, vt interficerent eum. *pro,* vt custodirent [*siue* obseruarent] domum, & interficerent eum.

domum vt interficerent eum.

Dauid proximus periculo, opem petit à Deo, violētiā inimicorum declarans, & ſuam innocentiam.

ERipe me ab inimicis meis 2
Deus mi, ab inſurgentibus
contra me 'attolle me.

Eripe me ab operariis iniquis, 3
& à viris ſanguinum ſerua me.

Quia ecce 'inſidiantur animæ 4
meæ, cōgregati ſunt aduerſum
me robuſti 'abſque præuarica-
tione mea, & abſque peccato
meo Iehoua.

'Abſque iniquitate *mea* accur 5
rerūt, & parauerunt ſe: 'excita te
in occurſum meum, & vide.

Et tu Iehoua Deus exercituū, 6
Deus Iſraël, expergiſcere ad vi
ſitandum omnes gentes: neque
miſerearis omnium 'præuarica-
torum iniquorum. Sélah.

Studium inimicorum in obſidenda domo ſua, deſcribit.

'Reuertuntur ad veſperam, la 7
trant vt canis, & circūeunt ciui
tatem.

interficeret eum.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatē, & de viris ſanguinum ſalua me.

Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine. ſine iniquitate cucurri & direxi.

Exurge in occurſū meū, & vide: & tu Domine Deus virtutum, Deus Iſrael,

Intende ad viſitandas omnes gentes: nō miſerearis omnibus qui operātur iniquitatem.

Conuertentur ad veſperam: & famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem.

2 Attolle me: תשגבני ſtatue me in loco alto. i. tuto. *nam ſublimis locus pro tuto ſæpe ponitur.* *Alij*, recipe me. *Alij*, protege me.

4 Inſidiantur. ארבו *Præt. Heb. inſidias parauerunt.* inſidiati ſunt. Abſque præuaricatione mea. לא פשעי nō *ob* ſcelus meū. *aut* iniquitatem meā. *Alij*, non tranſgreſſionis meæ gratia. *vel*, nulla tranſgreſſione mea adducti. *Teſtatur* Dauid *ſe iniuſte pati talem violentiam ab hoſtibus ſuis.* 5 Abſque iniquitate, &c. בלי עון ירוצון ויכוננו *Ad verbum*, In non iniquitate current, & inſtruent ſe. *Fut. pro præt. aut præſ.* Excita te. עורה euigila. exurge.

6 Præuaricatorum iniq. בוגדי און præuaricatorū iniquitatis. *Vt magis amplificet ſceleratas ipſorum cogitationes, ſic loquitur. q. d. ne miſerearis omniū impie & ſcelerate agentium. i. quos tu vides Domine, data opera ita tranſgredi, & quos etiam iam adiudicaſti extremo exitio.*

7 Reuertuntur, &c. ישובו Futura *Heb. pro præſentibus.* Idē *verſus cum 15 ſequenti.* Cōparat *rabioſis canibus & famelicis hoſtes ſuos. Quum dicit*, Reuertūtur *ad veſperā: non ſignificat eos toto die quietos iacuiſſe: ſed perinde eſt ac ſi dixiſſet*, Vbi *cœperint ab aurora, & ſæpe conati*

fuerint me deprehendere, si nihil profecerint, tum singulis horis redeunt vt me apprehendant, etiam sub vesperam: nunquam fatigantur. Significat incredibilem sedulitatem hostium ad male agendum.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam Quis audiuit?

8 Ecce 'loquuntur ore suo, 'gladii *sunt* in labiis eorum: quoniã *dicunt*, Quis audit? Reiicit se in Deũ certus de auxilio.

Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

9 Tu autem Iehoua deridebis eos, subsannabis omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam: quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia eius praeueniet me.

10 'Fortitudinem eius tibi reseruabo: quoniam Deus 'eleuatio mea est.

Deus ostendit mihi super inimicos meos:

11 Deus 'misericordiæ meæ præueniet me: Deus videre faciet me *optata* in inimicis meis.

8 Loquuntur ore suo, יביעון בפיהם *Hebraismus, acsi dicat, non tantùm intra se machinantur mihi exitium, sed proferunt aperte quid sentiant, ac inter se consilia conferunt.* Gladii in labiis eorum: חרבות בשפתותיהם *Hebraismus, loquuntur meras cædes: singula eorum verba totidem sunt gladii ad iugulandos homines. Id faciunt quod putant Deum in cælo dormire, & res humanas non curare. De Deo enim potius dicunt illud,* Quis audit? *quàm de hominibus. nam nemo erat in populo qui mutire auderet pro Dauide, totúsque populus erat illi infensus propter calumnias.* 10 Fortitudinem eius tibi reseruabo: עזו אליך אשמרה *De se loquitur in tertia persona. i. apud te habeo fortitudinem meam repositam. Alij,* Robur illi [*sub. Sauli, at*] te obseruabo. *Istud,* custodiã ad te, *pro te obseruabo, more* Hebraico *dicitur. q. d. Video Saulẽ instructum esse magno robore: si cum illo cõparer, nihil sum. hoc vnũ superest, vt scilicet te obseruẽ. Alij,* fortitudinẽ eius ad te custodiã *perinde accipiunt, acsi dicat, Quamuis hostem meum videam robustũ, non terrebor tamen, quia scio robur eius esse in manu tua, vt nihil possit nisi permiseris: Fortitudinem eius igitur ad te custodiam. i. constituam te arbitrum & dominum fortitudinis eius qua gloriatur: conuertã oculos meos in tuam prouidentiam, omnémque euentũ tibi committam: quia scio, quicquid conetur, tamen irritum fore eius conatum, nisi tu permittas. Alij,* fortitudo eius ad te, custodiã. *q. d. eius fortitudo est tibi astricta, nec potest ea vti nisi quum voles. custodiã igitur, id est manebo placido & securo animo, stabo tranquillus, neque trepidabo, etiamsi* Saul *videatur instructus esse plus satis in meum exitium.* Eleuatio mea est. משגבי *arx* [protectio] *mea est: aut, vice arcis altissimæ & propugnaculi.* Paulo *post, versu 17, eleuationem & refugium coniungit.*

11 Misericordiæ meæ חסדי Hebraismus, *qui beneficus & misericors est erga me, qui tã clemẽter mecũ egit hactenus.* Celebrat Dei gra-

tiam quam ipse expertus est, *Scribitur* Hebraicè חַסְדּוֹ misericordia eius, *& legitur* חַסְדִּי misericordiæ meæ. *præueniet (inquit) me, id est occurret mihi, vt quum fuero in periculo, ipse me eripiat.*

Orat inimicos opprimi paulatim.

"Ne occidas eos, ne forte o- 12
bliuiscatur populus meus: "vaga
ri fac eos fortitudine tua, "& de-
pone eos, clypee noster Iehoua:

Propter peccatum oris eorum, 13
propter verbum labiorũ ipsorũ:
"& capiantur propter superbiam
suã, "& ob execrationẽ & men-
dacium *eorum quod* narrant.

Consume in furore, consume, 14
& ne sint. sciántque quòd Deus
dominatur in Iaꝝacób "*&* fini-
bus terræ. ʘSélah.

Iterum ostendit studium inimicorum in obsidenda domo sua.

"Et reuertentur ad vesperam, 15
latrabunt vt canis, & circumi-
bunt ciuitatem.

12 *ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.*

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:

Delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum: & cõprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & mendacio annuntiabuntur.

In consummatione, in ira cõsummationis, & non erũt.

Et scient quia Deus dominatur Iacob, & finium terræ.

Et conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem.

12 Ne occidas eos, אַל תַּהַרְגֵם *Chaldæus paraph. addit, statim. Quia facile obrepit obliuio indiciorum Dei, ideo imprecatur* David *hostibus suis lentũ exitiũ. q. d. teneas eos quasi in theatro, vt quotidie agnoscãt manũ tuã quicũque eos aspexerint*. Dicit enim *postea*, Vagari *fac eos, &c.*

Vagari fac eos fortitudine tua, הֲנִיעֵמוֹ בְחֵילְךָ commoue eos in exercitu tuo. *i. in populo tuo.* Alij, disperge eos in exercitu tuo.

Et depone eos, וְהוֹרִידֵמוֹ *sub. de dignitate sua.* 13 Et capiãtur propter sup. s. וְיִלָּכְדוּ בִגְאוֹנָם & illaqueentur in superbia sua.

Et ob execrationem, *&c.* וּמֵאָלָה וּמִכַּחַשׁ יְסַפֵּרוּ & de maledictione & mendacio *eorum* narrabunt *alij*. *Quidam pro* mendacio, *vertunt* maciem. *q. d sint fabula vulgo. dicat populus quòd à te maledicti sint, & confecti macie.* Alii, & de maledicto & de mendacio narrant. *vel*, loquuntur. 14 *Et* finibus, לְאַפְסֵי & vsque ad fines.

15 Et reuertentur, וְיָשׁוּבוּ Et conuertantur. *Rectius tamen per futurum: simplicissimus enim sensus est, Dauidem sibi promittere, cessurum hostibus suis aliter quàm sperent. Gloriatur igitur de victoria, quasi iam certus esset de successu & de victoria: quemadmodum fideles postquã suas curas in Deum coniecerunt, tunc sibi promittunt certam salutem.* Prius, *versu septimo, conquestus fuerat ipsos circuire ciuitatem, quum tenderent illi insidias, & nũquã fatigari: atque ideo dicebat,* Reuertũtur ad vesperam: *idem verò hîc dicit, sed alio sensu, nempe,* Reuertentur *famelici*

postquam toto die frustra sese fatigauerint, tandem reuertuntur ad vesperam,&c. Non est igitur ista querimonia, sed gloriatio potius.

Ipsi dispergentur ad mãducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

16 ʼIpsi vagabuntur vt comedant: si non fuerint saturati, murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiã tuã: Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.

17 Ego autem cantabo fortitudinem tuã, ʼ& laudabo mane misericordiam tuam: quia fuistiʼ eleuatio mihi, & refugiũ in die angustiæ meæ. *Laudes Deo pro victoria.*

Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

18 ʼFortitudo mea, tibi cantabo: quia Deus ʼeleuatio mea, Deus misericordiæ meæ.

LIX.

LX

In finẽ, pro iis qui immu-

1 ʼVictori super ʼשSuשsan yedúth.

16 Ipsi vagabuntur,&c. המה יניעון לאכול אם לא ישבעו וילינו Ipsi vagentur ad comedendum: profecto non saturabuntur quãdo hospitium ad pernoctandum quærent. *i. diuertent ad hospitium incœnati.* Hic אם לא *pro certe, &* ו *pro quando ponitur. Alij volunt* לא *præcedens seruire loco duorum, & legunt*, Ipsi vagabuntur vt comedant: si non fuerint saturati, & non dormient. *vel*, nec dormient. *Chald. paraph.* Ipsi fatigabuntur quærentes prædam vt comedant: & non quiescent donec saturẽtur, & dormiant. *Nonnulli futura per præsentia vertunt*, Ipsi vagantur ad edendum: si non saturantur, & dormiunt. *Quidam liberius, sic*, Vagabuntur pro cibo, at nec satiabuntur, nec tectũ eis subire dabitur. *Alij vertunt* ו *in attamẽ, siue nihilominus, sic*, quamuis non fuerint saturati, tamen ibunt cubitũ. *acsi dicat David hostes suos nihil profecturos quum toto die errauerint ad quærendum cibum. cogentur enim etiam tunc ire cubitum incœnati.*

17 Et laudabo, וארנן & ouabo. *vel* clara voce laudabo. Eleuatio mihi, משגב לי *Vide suprà versu* 10 18 Fortitudo mea,&c. עזי אליך אזמרה Fortitudo mea ad te, canam. *vel*, Fortitudinem meam ad te canam. *i. referam ad te totum robur meum. Significat David, se non cõfidere virtuti propriæ: sed tribuere Domino quicquid habet virtutis, & ferre illi acceptum.* Eleuatio mea, משגבי *Eadem vox Hebræa quæ versu proxime præcedenti, & suprà* 10 *versu.*

IN PSALMUM LX.

1 Victori למנצח *Vide Psal.* 4. שSusãn yedúth שושן עדות. *Nomen instrumẽti musici, aut initium vulgaris cãtilenæ fuit, ad cuius modos compositus fuit hic Psalmus. Quidam vertunt* rosam testimonii. *Alij*, Susan decorum. *Nonnulli*, Susan testimonii.

"Michthám ipsius Dauidis "ad docendum.

2.Sam.8.a.1.& 10.a.1. 1.paral.18.a.2.

2 "Quum bellum gereret "contra Aram Naharáim, & contra "Aram צSobah: & *quum* reuersus esset Ioáb,& percussisset "אEdom in Valle-salis duodecim milia.

tabuntur, in tituli inscriptione ipsi David in doctrinam.

Quum succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in Valle salinarum duodecim milia.

Gratiarum actio est pro victoria quā contulerat ei Dominus contra fortißimos hostes Syros.

3 DEus "proiecisti nos, "dissipasti nos,iratus es: *proinde* reuertere ad nos.

DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.

4 "Tremere fecisti terram, "scidisti eam: sana "fracturas eius, quia "nutat.

Commouisti terram, & conturbasti eā, sana contritiones eius, quia commota est.

Michthám מכתם *Vide psal.16, & 56.* Ad docendū ללמד *Id est, vt quidam exponunt, vt ij qui eum non agnoscebant pro Rege, ipsa experientia docerentur ipsum verè à Deo constitutum esse Regem, qui tot & tantis victoriis (quas hîc narrat) eum nobilitasset in oculis hominum.*

2 Quum bellum ger. בהצותו *Ad verbum,* in rixando eum. *i. Quum rixaretur. contenderet. Doctus inter Hebræos, quando desolauit Aram, &c.* Aram Naharáim, את ארם נהרים *Ad verbum,* cum Aram Naharáim. *quod quidam vertunt,* cum Mesopotamia. *Alij,* contra eā Syriæ partem quæ Mesopotamia dicitur. *Alij,* contra Syriā Mesopotamiæ. *Vide libellum interpretationum nominum Hebraicorū quem subiunximus Bibliis.* Aram צSobah, ארם צובה Syriam Soba. *Alij,* cōtra eā Syriæ partem quæ vocata est Soba. אEdom את אדום *Dilucidius verteris in genitiuo, Edomitarum.*

3 Proiecisti nos זנחתנו *Sūt qui istos duos versus per plusquāperf. vertunt,* repuleras, *siue* deserueras, *aut* abieceras: *aut vt quidam,* elōgaueras. *Quū Deus palàm ostenderet se gubernare regnum Dauidis, hîc, vt melius illustret gratiam illam, & amplificet gloriam Domini, ostēdit quale fuerit tempus sub Saule. Loquitur autem in persona totius populi.* Dissipasti nos, פרצתנו diripuisti nos. discerpsisti. *vel,* discerpseras. 4 Tremere fecisti terrā, הרעשתה ארץ. Commouisti terram. Cōcusseras terrā. Contremuit terra. Scidisti eam: פצמתה diripuisti eā. aperueras eā. *aut* dehiscere feceras eā. *Non quòd terra tūc chasmate perierit, sed sūt similitudines. sic enim vastauerāt hostes totam Iudæā, vt illæ clades essent quasi hiatus terræ: & quemadmodū deformis est vastatio post chasma, siue hiatum: sic etiam tam duræ fuerant clades, vt iam nulla esset facies vel forma terræ.* Fracturas eius, שבריה contritiones eius. confractiones. rupturas. Nutat מטה, mota est. inclinata. commota. *aut,* vacillat.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

5 "Videre fecisti populũ tuum dura, propinasti nobis vinum "soporiferum.

Punit De⁹ aliquã do populum ob peccata: at conuersus, versis vicibus liberat.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus:

6 At dedisti metuẽtibus te "vexillum ad eleuandum " propter veritatem: ℧Sélah:

Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.

7 " Vt liberarentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.

Deus loquutus est in Sancto suo, Lætabor, & parti-

8 Deus loquutus est " per Sanctitatem suam , *unde* lætabor,

5 Videre fecisti *&c.* הראית עמך קשה Ostendisti populo tuo dura. *Hebraismus, pro, Dura sæpe fecisti experiri populũ tuũ. vel, duriter & asperè illum tractasti.* Soporiferum. תרעלה lethale. toxicum. tremoris. perturbationis. *Hebraismus, pro, perturbasti nos plurimũ: fuim⁹ obstupefacti tanquã venefica potione, vt mentes non constarent nobis amplius.* 6 Vexillum ad eleuandum נס להתנוסס signum, vt triumpharent. *Alij,* signum ad sustollendum *ipsum. Alij præt.* dedisti *vertunt per imperatiuum,* Da timentibus te vexillum quod erigant. *Optat dari suis militibus in bello animum.* D*octioribus magis placet vt per præteritum vertatur, acsi diceret,* Iam D*omine affulsit nobis signum & testimonium bonitatis ac gratiæ tuæ: tu nanque dedisti signũ, vt iam quasi expanso vexillo triumphes. quemadmodum victores solent erigere vexillum, vel trophæum, ita eriges trophæum de hostibus tuis.* Propter veritatem: מפני קשט *Ad verbum,* A facie veritatis. *i. vt ostẽderes promißiones liberationis tuæ esse veras. q.d.* D*edisti signum, vt ostenderes te non frustra pollicitum esse Abrahæ hanc terram & semini eius.*

7 Vt liberarentur למען יחלצון *Quidam vertũt,* Propterea liberabantur. *Rectius vt noster interpres. vel,* vt euaderent. *nihil enim amplius restabat nisi vt hostes vndique populũ ipsum intercluderent, & quasi deprehensum tenerent.* 8 Per Sanctitatem suam, בקדשו in Sancto suo. *Alij,* in sacrario suo. *aut,* sanctuario. *hoc est (vt quidam exponunt) quemadmodum certa oracula, & quæ nunquam fallunt, edere solet* D*ominus è sanctuario suo, ita etiam nunc loquutus est, vt esset indubia fides promißionum. Alij simplicius interpretari videntur, nẽpe,* D*eus loquutus est in sanctitate sua, hoc est sanctè, firmè & asseueranter, ita vt certò statuere possem, non fuisse quicquam à* S*amuele confictum. q.d.* V*os quidẽ iam sentitis reipsa nunc* D*eũ nobis esse propitium, qui infensus fuerat sub* S*aulis regno: præcipuũ autẽ est vt reputemus promißionẽ* D*omini. ego enim non temere mihi sumpsi regnum hoc, nec vlla fuit factio quæ me* R*egem vobis crearet:* D*eus est author regni mei: ita promiserat mihi, & illius testimonio fretus, hactenus hæc bella gesi.* N*ũc igitur qui antea non*

poteratis fidem mihi habere,experimentis certis edocti, amplexamini oracula illa & promissiones Dei.

Se futurũ Regem super totũ Israelem confidit Dauid,quia promisit Deus.

quòd 'diuidam ᵘSechém,& vallem ᵒSuchóth metiar.

Meus *erit* Gilýád , & meus *erit* Menaʋſſéh,& ᴺEphráim "fortitudo capitis mei,Iehudáh "legifer meus. 9

Moab "olla ablutionis meæ: 10
ſuper ᴺEdóm "proiiciam calceamentum meum, "ſuper me Peléʋſeth iubila.

Quis deducet me '*ad* ciuitatẽ 11

bor Sichimã , & conuallem Tabernaculorum metibor.

Meus est Galaad,& meus est Manasses , & Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda Rex meus,Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in ciui-

Diuidam אחלקה Diuidere & metiri *dixit pro , possidere iure hæreditario, quòd eõ iure possidenda primùm diuidant & dimetiantur.* Lætabor, *inquit,nẽpe certa spe subnixus, quod omnia ita vt promiserat Deus, mihi euẽtura sint & cessura. Hæc loca, fortis* Ephraim *fuerut,in quibus* Abner *princeps exercitus* Saulis, *Regẽ constituerat* Isboseth *filium domini sui, propterea minus,quàm alia cessura erãt* Dauidi. *Ab hoc versu vsque ad finem* Psalmi,*eadem leguntur &* Psalmo 108,*paucis mutatis.*
9 Fortit.cap.m. מעוז ראשי Hebraismus, *pro quo quidam vertunt,* principatus mei robur. *Alij,* firmamentũ regni mei. Legifer m. מחקקי dux meus. *Vox* Hebræa *propriè conditorem legum significat, & etiam* Regem. Rex *autem pro regno accipitur. q.d. regio* Iuda *est regnum meum.* 10 Olla ablutionis meæ: סיר רחצי Hebraismus, *quem sic quidam conuertunt,* Moabitæ mihi seruiliter subditi erũt. *Alij,*Moab mihi subiecta erit,ceu lebes in quo lauem pedes.

Proiiciam calceamentum meum, אשליך נעלי *Phrasis Hebraica*,proiicere calceamentum, *pro, immittere pedem.q.d. calcabo Edom tanquam mihi subiectam.* Super me Pelétseth iubila. עלי פלשת התרועעי ad me Palæsthina veni cum plausu. *Alij*.mihi Philisthæa cum plausu acclama. *Quidam,*Aduersum me Palæsthina iubila. *vt sit ironia,qua* Palæsthinorum *superbiam taxat. q.d. non poteris iubilare,quia fortior te sum.* Palæsthini *diu riserant* Dauidem,*neque putabant vnquam futurum vt venirent in eius potestatem.superbè ergo illudere soliti fuerãt.propterea* Dauid *nũc pronunciat,nõ semper locum fore talibus ludibriis, quia cogerentur ipsum agnoscere* Regem,*quem prius contempserãt.Doctioribus magis probatur prior expositio,* Iubila Palæsthina,*in signũ obedĩetiæ,plausu testare me esse* Regem *tuũ:etiamsi non facias sponte,nec ex animo.* 11 Ad ciuitatẽ munitã? עיר מצור *Singularis numerus pro plurali,vt quidã existimãt,id est in vrbes munitas,nã deuictis munitionib⁹* Idumæi *venerũt sub ei⁹ imperiũ.* Dauid *oraculo illo & promissione*

cuius meminit versu octauo, fretus, perinde certus est de victoria, acsi iam haberet Idumæos sub pedibus. Dicit enim *mox*, Annon tu Deus? *quod est signum certitudinis: acsi diceret,* Rideant *hostes, ac putent me inanem canere triumphum, adhuc me magna molestia afficiant: vincam tamen.*

tatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæā?
munitam? quis deducet me vsque ad ℵEdóm?

Nónne tu Deus qui repulisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
12 Nónne tu, Deus, *qui* "proieceras nos, "& non egrediebaris, Deus, cum exercitibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
13 "Da nobis auxilium de angustia: "nam mēdax salus hominis. *Precatio pro victoria, & quare.*

In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.
14 "In Deo faciemus fortitudinem, & ipse conculcabit inimicos nostros.

LX. LXI.

In finem, in hymnis Dauid.
1 ¶ "Victori super Negináth, ipsius Dauidis.

EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ:
2 AVdi Deus "clamorē meum, attende orationi meæ: *Oratio est qua petit liberari à grauibus periculis, & se gratum fore pollicetur.*

A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor
3 Ab extremo terræ ad te "clamabo, "dum in mœrore est cor

12 Proieceras nos, זנחתנו *Idem verbum quod in principio tertij versus.* Et non egrediebaris, *&c.* ולא תצא וגו' *Hanc loquutionem vide Psal. 44. 10.* 13 Da nobis auxilium de ang. הבה לנו עזרת מצר Fer nobis auxilium propter tribulationem. *vel,* in tribulatione. Nam mendax ושוא nam vana. *Ad verbum, &* vanitas.
14 In Deo faciemus fort. באלהים נעשה חיל *Hebraismum sic quidam reddunt,* In Deo fortiter faciemus. *Vel,* Deo freti fortiter agemus. *Alij,* faciemus militiam, *id est, fauente* Deo *pugnabimus, & egregia facinora edemus.*

IN PSALMVM LXI.

1 Victori super Negináth, למנצח על נגינת *Vide Psal. 4. a. 1. Quidā vertunt,* Ad præcinendum in canticis Dauidis. *Alij,* Vincenti in melodiis Dauidis. *Quidam existimant hunc Psalmum compositū fuisse à Dauide quum esset in solio regni: & referri debere ad coniurationē Absalō: quia hic habetur,* Ab extremo terræ ad te clamabo. *quibus verbis significat Dauid se fuisse exulem à patria, vel saltem non licuisse sibi venire ad templum.* 2 Clamorem meum, רנתי vociferationem meam. 3 Clamabo אקרא *Nonnulli futurum conuertunt in præsens,* clamo. Dum in mœrore est בעטוף dum anxiatur. *Alij,* quum defecerit. *vel,* quando affligetur.

meum:ad petram"*quæ* celſior eſt
me,deduc me:
4 Quoniã fuiſti"ſpes mihi , & turris fortitudinis à facie inimici.
5 Habitabo"in Tabernaculo tuo in ſecula, "ſperabo in abſcõdito alarum tuarum:◘Sélah:
6 Quoniã tu Deus audiſti "vota mea : dediſti hæreditatem

meũ,in petra exaltaſti me.
Deduxiſti me , quia factus es ſpes mea : turris fortitudinis à facie inimici.
Inhabitabo in Tabernaculo tuo in ſecula : protegar in velamento alarũ tuarũ:
Quoniam tu Deus exaudiſti orationem meam : de-

Quæ celſior eſt me, ירום ממני *Ad verbum,quæ* exaltabitur à me. *Fut.pro præſ.Quidam vertunt*,editiorem quàm vt ego illam conſcendere queam. Petram,*ſiue* rupem,*per tranſlationem vocat arcẽ,& propterea tutum refugium : acſi diceret,* Tu *vides me obſeſſum eſſe tot periculis,vt non pateat mihi à morte effugium: deduc me igitur in locũ tutum, hoc eſt libera me è præſenti periculo* . *Quidam vertunt*, exaltatur ſupra me: *vt tranſlatitiè loquatur* David. *quoniam enim circunſpiciebat an aliqua eſſet liberationis ſpes,videbantur illi omnia propugnacula,omnes arces,& omnia perfugia quaſi in ſublime tolli,ne illuc aſcẽderet.* Fingit *igitur* David *ſe ſimilem eſſe homini deſtituto omnibus auxiliis:qui quũ videret mortem vndique ſibi inſtare,vertebat huc atque illuc oculos. Quid? annon potero ſaltem hac parte effugere ? annon aliquod aliud effugium patebit ab altera parte? Quum* David *ſe ita huc & illuc verteret,perinde erant omnia ab ipſo aliena acſi vellet in arcem conſcendere,& arx illa abriperetur in altum,ne poſſet illuc peruenire.*
4 Spes מחסה protectio.aſylũ. N*ihil eſt quod melius animet nos ad bene ſperandũ, quàm recordaio gratiæ* Dei *: ſi enim ſemel & ſæpius nos liberauit , hoc idem facturus eſt in poſterum.*
5 In tabernaculo tuo באהלך Tab*ernaculum erat ſymbolum ac pignus præſentiæ* Dei.Q*uũ* David *in ſolio eſſet,voluit* Deus *cõiunctum eſſe eius palatio* San*ctuarium,vt* Rex *ipſe eſſet quaſi* Dei *vicarius.* D*icit igitur,*Habitabo in Tabernaculo tuo, *id eſt reſtituar in regnum meum.*De *palatio autem ſuo non loquitur,quia pluris habuit cultum* Dei *, quàm potentiam ſuam & opes, & quicquid illi propriũ fuit.* A*lludit autẽ ad præſentem ſuam fortunã,*Domine*(inquit) nunc exulo à* San*ctuario tuo , ſed mox reſtituar : neque tamen ad breue tempus, ſed vt illic habitem in ſecula.* Sperabo אחסה tutus agã. Ali*j*,ſecurè agam ſub velamento,&c.*Quibuſdam,nomine* alarum *videtur alluſiſſe ad* Cherubim *: verùm ſimpliciter videtur eſſe expoſitio, vt* David *ſe contulerit ſub* Dei *tutelam , & metaphoricè vſus ſit nomine* alarum,*quemadmodum aliis locis ſolet.*
6 Vota m.לנדרי Hîc David vota *intelligit preces illas quibus annexa fuerant vota. neque enim ſimpliciter orauit, vt ſolemus quotidie: ſed addidit quod fieri ſolet in maximis periculis, vota : acſi dixiſſet,* Domine, *ſi me ſeruaueris , ego me tibi obſtrictum ita fatebor, vt tibi gratias acturus ſim ſimulque ſolenne eius liberationis teſtimonium redditurus.*

disti hæreditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies Regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.

Permanebit in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?

Sic psalmũ dicam nomini tuo in seculum seculi: ut reddã vota mea de die in diem.

ᵃtimentium nomen tuum.

7 Dies super dies Regis ᵃ adiicies,ᵃ *& erunt* anni eius vt generatio & generatio.

8 ᵃHabitabit in seculum coram Deo: ᵃmisericordiã & veritatẽ præpara *quæ* conseruent eum.

9 Sic canam nomini tuo in seculum, vt reddam vota mea ᵃ*de* die *in* diem.

Regnũ Dauidis, regnum Christi permanens.

Vota gratiarum actionis.

Timentiũ יראי *.i. quod soles dare cultoribus tuis, hoc mihi etiã præstitisti. Alij vertunt in datiuo,* timentibus: *acsi dicat David, Iam experior, nunquam falli cultores tuos dum te inuocant in suis miseriis. nã etsi illos exerces ad breue tẽpus, tamẽ nõ fraudãtur sua hæreditate perpetua: tandem sentient se habere æternam salutis & vitæ possessionẽ: impij autẽ quantumuis sibi placeant, tamen semper sunt miseri.*

7 Adiicies תוסיף addas. *Et erunt* anni, *&c.* שנותיו כמו דור ודור anni eius *erunt* vt ætas & ætas. *i. quantum homo viuere natura solet, ipse viuet.* Alij, annos ei⁹ generationi ac generationi *æquabis.* Alij, annos ei⁹ in multas generationes *produces.* Hîc David *sibi promittit regnũ diuturnũ. quanquã certum est, hoc debere potius referri ad* Christũ. *Sciebat enim quã personã sustineret: ideo ita de seipso loquutus est semper, vt tamen haberet oculos defixos & intentos in* Christum. *Ad vltimum quidem senium peruenit, & ad vnius hominis dies duntaxat: non igitur dies super dies adiecti sunt ei, & anni non fuerũt ei sicut generatio & generatio: hoc est, non excesserunt ætatem hominis. Dicuntur ergo anni* Christi *esse sicut generatio & generatio, quoniam conseruat mirabiliter* Regem *suũ, & tuetur* Ecclesiã *suam per successiones continuas: in qua non regnat vsque ad finem vitæ duntaxat, sed vltra hanc vitam.*

8 Habitabit ישב Sedebit. *Vel per optatiuum,* Sedeat. *Aliis verbis repetit quod quinto versu dixerat,* Habitabo in Tabernaculo tuo in secula. *Videtur idem significare quod etiam* Psalmo 56, *versu vltimo dixit,* Habitabo coram Deo *in lumine viuentium. Potest fieri vt alludat ad* Tabernaculum: *sed potius intuetur veritatem ipsam, neque subsistit in figura illa externa: vt scilicet* Deus *ipsum gubernet, & sit regni eius custos, atque etiam vitam eius protegat.* Misericordiam & veritatem, חסד ואמת B*ifariam potest exponi: primum,* Domine, *ostende te beneficum & veracem, vt hoc modo* Rex *custodiatur. vel, serua eum clementia & veritate tua. hoc est, in eo seruando ostende te esse misericordem, & veracem in tuis promissionibus.* Secundo, *Fac* Domine *vt* Rex *semper sequatur rectitudinẽ & clemẽtiam: quoniam virtutes istæ sunt fidæ regni custodes.* Sic Psal. 45. 5, *Equita super verbũ veritatis, & mãsuetudinis, & iustitiæ.*

9 De die *in* diem. יום יום *Ad verbũ,* dies, dies. *vel,* die die. *i. quo-*

tidie, siue per singulos dies. Significat *Dauid hoc loco se non tantùm loqui de votis illis quæ in Lege præscripta erãt (neque enim quotidie solui poterant) sed de gratiarum actione quæ semper vigere debet.*

L X I I.

¶ 'Victori 'ipsi Ieduthún, psal 1
mus ipsius Dauidis.

David proijcit se in Deum in aduersis, à quo solo auxilium expectat.

T'Antùm Deo silet anima 2
mea: *nã* ab ipso salus mea.
Tantùm ipse est 'petra mea, 3
& salus mea, 'eleuatio mea, 'nõ
labascam multo *lapsu.*

Audacter compellat improbos.

Vsquequo 'cogitabitis praua 4
contra vnũquenque? interficiemini
vniuersi vos, '*eritis* tanquã

L X I.

In finem, pro Idithun, Psalmus David.

N*Onne Deo subiecta erit anima mea, ab ip so enim salutare meum.*

Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus susceptor meus, nõ mouebor amplius.

Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos, tanquam

I N P S A L M V M L X I I.

1 Victori למנצח *Vide Psal 4.a.1.* Ipsi Ieduthún על ידותון *Vide Psal. 39. Quidam vertunt,* pro Ieduthun. *vt scilicet illi cõmitteretur decantandus. Quibusdam, quia inscriptio habet* Victori, *siue* Præfecto cantorum, *magis placet vt* ipsi Ieduthun, *fuerit initium celebris cantilenæ.* 2 Tantùm אך Duntaxat. *Alij,* Vtique. *Sic versu sequenti. Quidam vertunt* אך *aduersatiuè,* Attamen [*siue* Et tamen] Deo silet, *&c. dicúntque abruptum esse initium Psalmi: quia David hîc loquitur postquam victor euaserat supra tentationes in quibus multum habuerat negotij & molestiæ.* Neque *enim fieri potest vt tam bene compositæ sint piorum mentes vt non percellat eos satan vbi obijcit graues machinas: sed tamen emergunt ex difficultate. & hoc nobis ostendit David. Istud Silere, nihil aliud significat quàm se subijcere Deo, & patienter expectare quicquid daturus est.* 3 Petra mea, צורי propugnaculum meum. Eleuatio mea, משגבי exaltatio mea. arx. munimentũ. perfugium. *significat arcem sublimem ad quam ascendit quis vt tutus sit.* Non labascã multo *lapsu.* לא אמוט רבה nõ vacillabo multo. *sub. lapsu. i. graui, hoc est grauiter. Quidã,* nõ nutabo multum. *Alij,* non mouebor multum. 4 Cogitabitis praua contra vn. תהותתו על איש *Quidam,* loquemini contra virũ? *ab* הות. *Alii,* fraudẽ struitis cuique? *vel,* cogitatis praua cõtra quẽque? *ab* הוה *Alij,* insidiamini quibuscũque? *ab* הות *Fut. pro præs. Chald. paraph.* detrahetis singulis? *Alij scribunt vertendũ esse potius,* tẽdetis insidias viro? *vel,* cogitabitis super virum? *.i. super me. nam David conqueritur, impios sibi esse molestos.* Eritis tanquam paries כקיר *Ad verbum, tantùm legitur,* sicut paries. *Significat David sic improbos stare ad tempus, vt tamen subitò sint ruituri, quemadmodũ paries inclinatus, & maceria impulsa. nã paries inclinatus proijcit quidẽ ventrẽ, stat autẽ lõgo tempore: deinde momento ruit ita impetuoso impetu vt sua mole non modò frangat seipsum, sed prorsus conterat in minutas partes. propterea dicit David sic ruituros, vt violenta sit futura ipsorum mors.*

parieti inclinato, & maceria depulsa?

paries inclinatus, & maceria impulsa.

Veruntamen pretiū meū cogitauerunt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

5 'Tantūmodo à magnitudine ipsius Dei cōsultant repellere *alter alterū*: diligunt mendacium: ore suo benedicūt, & in intimo suo maledicunt. Sélah.

Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniā ab ipso patientia mea.

6 'Tantū Deo tace anima mea, quoniam ab ipso est quod præstolor. *Rursum se Deo fidere ostendit.*

Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor me', non emigrabo.

7 'Tātùm ipse est petra mea, & salus mea: 'eleuatio mea, nō nutabo

In Deo salutare meū, & gloria mea: De' auxilij mei,

8 'In Deo *est* salus mea, & gloria mea, 'robur fortitudinis meæ,

5 Tantummodo à magnitudine ip. Dei cōsultant rep. אך משאתו יעצו להדיח *sub. eos. i. Consultant quomodo depellant vnumquenque à fiducia quā habent in Deo excellenti, magno & potente.* Quidā, Vtique exaltationē eius cōsultarunt deiicere. *Alij*, Vtique dignitatē eius deturbare cogitāt. *Alij*, Vtique ne ipse *Deus* quenquā exaltet consultāt, moliunturque impellere. *Alij*, Attamen super eleuatione cōsultant vt impellāt. *Dauid duas res sibi proponit. ab vna parte ædificat fidē suam vt perstet in gratia Domini & auxilio: acsi dicat, Quanquā video me grauiter affligi, atque mens mea tumultuetur, ego nihilominus in Domino quiescā. Ex altera parte proponit sibi impetus hostiū, ac dicit,* Ego *tamen video istos plenos esse audaciæ, vt etiā conentur modis omnibus deijcere quod Dominus erigit.* 6 Tantùm אך Verūtamen. Vtiq; *Alij*, Attamē. *Vers. 2. dixerat*, Tātū Deo silet anima mea. *Nōdū erat in Dauide tā plena quies, quin sentiret aliquas agitationes carnis: & sciebat nos semper esse obnoxios tētationib', ideo hortatur seipsum*, Attamen *perge in hoc silētio, ô anima mea.* 7 Tantū ipse est petra mea, אך הוא צורי Vtique ipse est fortitudo mea. *vel*, rupes. *sub. in qua sita est fortitudo mea. Alij*, Attamen ipse est rupes mea. Eleuatio mea משגבי *Eadem vox quæ & Psalmo 59, versu 10, &, versu 3. huius psalmi.*

8 In Deo על אלהים Apud Deū. Super Deū. *i. Salus mea reposita est in Deo. itaque non glorior de meis viribus, neque carnis auxilio sufficit mihi vnus Deus. & quia statuo salutē meam in manu Dei esse, ego potero gloriari, quamuis hostes me irrideāt.* Robur fortitudinis meæ, צור עזי rupes roboris mei. *vel*, petra fortitudinis meæ. *Hoc ideo dicit Dauid, quòd vndique circundemur hostibus, à quibus non essemus tuti, nisi Dominus nos seruaret, & ipse nobis esset instar arcis.*

& spes mea in Deo est.

Ad sperandum in Deo, exhortatio.

Sperate in eo omni tempore 9
ô populi, effundite coram illo
cor vestrum: Deus est spes nostra. Sélah.

Vanitas hom.

"Tantùm vanitas *sunt* filii ho 10
minum: mendacium, filii viri:
"in stateras *si* ascendant ipsi, *leuiores erunt* vanitate simul.

Iniquitas. Rapina. Diuitiæ.

Ne fidatis calumniæ & rapi- 11
næ, neq; euanescatis: substãtia si
multiplicetur, ne apponatis cor.

Semel loquutus est Deus: 12
"bis hoc audiui; quòd fortitudo
est Deo.

& spes mea in Deo est.

Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra; Deus adiutor noster in æternum.

Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum: in stateris vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere.

Semel loquutus est Deus: duo hæc audiui, quia potestas Dei est.

10 Tantùm אַךְ Certé. *Simpliciter affirmat David, vt quidã scribunt. Exclamat autem, omnes homines esse vanitatem & mendacium.*

In stateras, *&c.* במאזנים *id est si simul ponantur in trutina, ipsa vanitate leuiores erunt. Quidam hæc præcedentibus iungunt sine distinctione, sic,* mendacium filii viri in lancibus; *sic* vt ascendant præ nihilo *sunt,* vanitate simul. *Ad verbum,* In statera ad ascendẽdum. *i. ita vt in statera ascendant præ vanitate. Si nõ sit æquilibrium, pars leuior attollitur in statera: quũ igitur hîc facit ascendere homines respectu vanitatis, significat ipsam vanitatem non tam esse leuem quàm sunt homines. Neque de singulis seorsum loquitur, sed de toto genere humano. addit enim* Simul. *q.d. Si in vnum cumulũ adducatur vniuersum humanũ genus, tamẽ oẽs sic coacervati, nihil aliud erũt q̃ mẽdaciũ & vanitas.*

11 Calumniæ & rapinæ, בעשק ובגזל in iniuria & rapina. in malè parto & rapina. *Quidam istud,* & rapina, *sequentibus iungunt,* & pro rapina ne inaniter satagite. *Vel,* & in rapinis ne confidatis. *Alij sic vertunt,* Ne cõfidatis in rapinis, & in præda ne euanescatis: diuitiæ si affluant, *&c.* 12 Bis hoc audiui, שתים זו שמעתי Duo hæc audiui. *Alij,* Vice vna loquutus est Deus, *atque* secundò, quod *&* audiui. *Vel,* Semel atque iterũ loquutus est Deus, idque audiui. *Hebraismus, pro, Sæpius audiui, nempe in Lege & Prophetis. Quidã sic locũ istum exponunt,* Dominus semel loquutus est, *hoc est pronuntiauit quod iam dicturus sum. vt sit certum decretũ & inuiolabile, nulloq; modo mutari possit sententia Dei.* Iam ego secundò hoc audiui. *i. sic me exercui in Dei verbo, vt nõ tantùm semel audierim quod profectũ erat ab ore eius, sed sæpius audierim propter cõtinuã meditationẽ. Sufficit enim semel loquutũ esse Deum: sed interea oportet nos aßiduos esse, nosq; exercere tota vita in Scripturæ lectione, & meditandis Dei promißionibus. Dicit autẽ*

Deū semel pronuntiasse sibi esse robur siue fortitudinē tam ad protegendos suos, quam ad perdendos impios: clementiam autem erga solos fideles suos, quibus bene vult & est propitius: ne dubitent de salute sua. Habet igitur Deus in manu sua *& arbitrio totum mundum, atque omnia ab ipso dispensantur & gubernantur.*

& tibi Domine misericordia. quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

13 Et quòd tibi Domine misericordia: quia tu reddis vnicuique secundū opus suū.

Potentia & misericordia Dei.

L X I I.

Psalmus David quum esset in deserto Idumaeae.

L X I I I.

1 Cantus ipsius Dauidis quum esset in deserto Iehudáh.

DEus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quā multipliciter tibi caro mea.

2 DEus Deus meus es, ʼquæro te mane. sitit te anima mea, ʼdesiderat te caro mea in terra ʼdeserti & sitibunda, *in qua* non est aqua.

Exul David magnum habet desiderium redeundi ad sacrum cœtū, quo æstuans petit restitui à Deo.

In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sā cto apparui tibi, vt viderē virtutem tuam, & gloriā tuam.

3 ʼSic *ut* in Sanctitate vidi te, vt videam fortitudinem tuam & gloriam tuam:

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

4 Quoniam melior est misericordia tua quàm vita: *propterea* labia mea laudabunt te.

Misericordia Dei omnia excedens.

IN PSALMVM LXIII.

2 Quæro te mane. אשחרך quæram te mane. mane vigilabo ad te.. *Fut. Heb. pro præsenti quibusdam.* Desiderat te כמה לך ardet te. concupiscit. *Præt. Heb.* Deserti, ציה siccitatis. *i. sicca & arida. Alij,* squalida. *vel,* horrida. *Testatur David, nunquā sibi fuisse excussam fiduciam quā habebat de bonitate & gratia Dei, neque ita se tentationibus fractum quin Deum inuocaret.* Nam *illud,* Deus meus es, *refertur ad fidē:* reliquū autē, Sitit te, *siue* sitiuit ad te, *&c. ad vota & gemitus referri debet.* 3 Sic *vt* in Sanctitate vidi te, בקדש חזיתך *Præ. Heb. quod per præsens quidam vertunt*, Sic *quasi* in sanctuario contemplor te. *Alij, in futurum,* Sic in sacrario contemplabor te. Rec*tius per præteritum vel per præsens. confirmat enim David quod præcedenti psalmo dicitur, Quum in deserto ageret, tamē se nunquam fuisse oblitum* Domini. Sic, *inquit: hoc est, etiam si nihil in hac solitudine appareat nisi horrendum & triste, non sum tamen immemor tui, sed erigo mentem meam & sensus meos ad te contemplandum quemadmodum faciunt qui in Sāctuario tuo versantur, atque intersunt sacrificiis, qui se exercent in illo cultu quem tu mandasti in* Lege. *Perinde igitur acsi particeps essem istorum omniū, ego conspicio ac cōtemplor & gloriam tuā & robur tuum.* Nomē Sāctuarii, *allusionē cōtinet: testatur enim se hoc me*

de adiutum fuisse Sāctuario Domini, & sacrificiis, & toto legis cultu: interea tamen non substitit in illis elemētis, sed spiritualiter Deum coluit.

5 'Sic benedicam tibi in vita mea: in nomine tuo 'leuabo manus meas.

Quàm iucundum bonitatem Dei cogitare ex qua omne auxilium.

6 Sicut adipe & pinguedine 'saturatur anima mea, '& labiis iubilationum laudat *te* os meum:

7 'Quum recordor tui in cubilibus meis, & in vigiliis meditor de te.

8 Quia fuisti auxilium mihi, '& in vmbra alarū tuarū 'exulto.

9 'Adhæsit anima mea tibi, me 'sustentat dextera tua.

Interitū inimicorum suorum prædicit.

10 'Ipsi autem *qui* ad desolationem quærunt animam meam, introibunt in inferiora terræ:

5 *Sic benedicam te in vita mea. & in nomine tuo leuabo manus meas.*

6 *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.*

7 *Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia*

8 *fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit*

9 *anima mea post te, me suscepit dextera tua:*

10 *Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ:*

5 Sic כן *Istud Sic, videtur complecti quod prius dictum est, id est, Quum ita res habeat, nempe quum ego tibi affixus sim, quum ego non desinam aspicere etiam in deserto gloriam tuam & robur tuum, quum sensus iste habitet in animo meo, misericordiam tuam esse meliorem vita, laudabo te.* Leuabo אשא extollam Alij, leuo. *Leuare manus suas in nomine Dei, est confugere ad Deum solum, & petere ab illo vt nobis suppeditet quicquid opus est ad salutem tam animæ quàm corporis.* Alij, In nomine tuo, *exponunt, in laudem tuā.* Alij. fretus tuo auxilio, *intrepidus ero contra hostes. qui duo sensus minus quadrare videntur.* 6 Saturatur תשבע *Fut.* Heb. satiabitur. *sub. etiamsi egestas mea me hîc solicitet ad desperationem:* Et labiis iubilationum ושפתי רננות cum labiis exultationum laudat *te* os meum.

7 Quum recordor tui אם זכרתיך Quum meditor te. *Præt. & fut.* Heb. *pro præsentibus. Quidam interrogatiuè legunt,* Annó tui recordatus sum in stratis meis, & in vigiliis meditatus sum de te? *Alij,* Certè recordabor, *vel,* recordor tui. *In vigiliis nocturnis se exercet in memoria Dei.* 8 Et in vmbra ובצל ideo sub vmbra.

Exulto. ארנן *Fut.* Heb. ouabo. exultans cantabo. 9 Adhæsit anima mea tibi, דבקה נפשי אחריך *Ad verbum,* Apprehendit anima mea post te. *i. Te amplexa est anima mea.* Sustētat תמכה *Præt.* Heb. *pro præs.* suffulcit. sustinet. 10 Ipsi au. *qui* ad des. והמה לשואה Illi autem frustra. *Alij,* Illi verò ad deuastandum. *Quidā,* Illi verò *qui* deuastare quærūt. *Quidā,* שואה *accipiūt pro* שאה *atque ita vertūt,* Qui ergo quærēt ad perdēdū animā meā. Inferiora terræ *vocat sepulchrū.*

uadentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

11 'Occident eum gladio, 'pars vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabitur omnis qui iurat in eo: quia obstructũ est os loquentium iniqua.

12 'Rex verò lætabitur in Deo, gloriabitur omnis 'qui iurat per eum: quia obstruetur os loquẽtium mendacium.

LXIII.

LXIIII.

In finem, Psalmus David.

1 'Victori cãtus ipsius Dauidis.

Exaudi Deus orationẽ meam quum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

2 Audi Deus vocẽ meam 'in oratione mea, à terrore inimici 'custodi vitam meam.

Orat aduersus falsas linguas: quæ illũ iniquè accusabant.

Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantiũ iniquitatẽ.

3 Absconde me 'à secreto malignorum, 'à congregatione operantium iniquitatem:

Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amarã: vt sagittent in occultis

4 Qui 'acuerunt vt gladiũ linguam suam: 'tetenderunt sagittã suam, verbum amarum:

De dolorum ingeniũ.

5 'Vt iaculentur in absconditis

11 Occidẽt eum, יגירוהו Occidẽt eum. *nempe Saulem, vel ipsum Saulem cum suo exercitu, vel vnumquenque ex hostibus meis perdet Dominus. Alij,* Fundere faciẽt eum. *Alij.* Distrahẽt eum in acie gladii. *Alij,* Pertraxit eum in manus: gladii. *Alij,* Deiicient eos in aciẽ gladii. Pars vulpium erunt. מנת שועלים יהיו Pars vulpium, *significat prædam vulpium, acsi diceres, partem luporum, partem canum. i. iacebunt insepulti, & vulpes sese pascent ex ipsorum cadaueribus.* Pars e*nim sæpe accipitur pro præda: vt siquis dicat Gallicè* Portion.

12 Rex verò, והמלך *De se loquitur David in tertia persona Lætabor in te quum uidero me tua manu liberatum, & gratia: neque solus agnoscam tuam gratiam. sed pii omnes quos tu in salute mea adiuueris.*

Qui iurat per eum: הנשבע בו *Hac nota vel titulo David designat cultores Dei. Nam profitemur nos colere Deum, & esse etiam ex eius populo, quum per ipsum iuramus. tribuitur enim illi summus honor quũ statuitur & testis veritatis, & index.* IN PSALMVM LXIIII.

1 Victori, למנצח *Vide Psal.* 4. 2 In oratione mea, בשיחי in sermone meo. in precatione mea. Custodi, תצר *Fut. Heb. pro imperatiuo.*

3 A secreto, מסוד à cõsilio. Dictio סוד *significat & ipsam deliberationem quam agitant inter se homines, & conentum consultantiũ. dicit igitur,* Occulta, *vel* Protege *me à conuentu hominum inter se consultantium contra me. vel, ab occultis illorum machinatiºnibus.* A congregatione מרגשת A societate. à turba. à commotione. *vel* tumultu.

4 Acuerũt שננו *Præt. Heb. pro præs. vt quidam vertunt,* exacuunt. Tetenderunt דרכו *Præt. Heb. pro præs.* dirigunt. emittunt.

5 Vt iaculentur in absconditis *in* integrum, לירות במסתרים תם

vt iciant abſconditè innocentem. *Alij*, Vt ſagittis impetant in abſconditis ſyncerum. *vel*, eum qui eſt integer.

in integrum, ſubitò ʹſagittas iaciunt *in* eum, & non timent. | *immaculatum: Subito ſagittabunt eum & non timebunt.*

6 ʹCorroborant ſibiipſis verbũ nequam, ʹnarrant de abſcondẽdis laqueis: dicunt, Quis videbit eos? | *firmauerũt ſibi ſermonem nequam. Narrauerunt vt abſconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?*

7 ʹScrutantur iniquitates, perficiunt ſcrutinium ſcrutatum, ʹ& intimum vniuſcuiuſque, & cor profundum. | *Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinia. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.*

8 ʹEt iaculatus eſt in eos Deus | *Sagittæ paruulorum fa-*

Sagittas iaciunt *in* eũ יורוהו *Fut. Heb. pro præſ.* eiaculãtur ſagittas. 6 Corroborant ſibiipſis verbum nequam, יחזקו למו דבר רע *Fut. Heb. pro præſ. vel præt.* Firmarunt[*ſiue* Confirmant] *ſibi* verbũ malum. *Vel*, Obfirmant ſibi rem malam. *i. multis technis corroborare ſtudent noxiam delationẽ apud Saulem. Quidam*, Corroborãt ſe in re mala. *Significat hoſtes ſuos fuiſſe obſtinatos in prauis ſuis conſiliis, quibus ſanè plus audaciæ dabat* Dauidis *infirmitas.* Narrant יספרו *Fut. Heb. pro præſenti, commentantur. i. inter ſe vltrò citróque loquuntur de abſcondendis laqueis. Vel, palàm vulgarunt ſermonem de abſcondendis laqueis.* 7 Scrutantur iniquitates, *&c.* יחפשו עולת תמנו חפש מחפש *Fut. Heb. pro præſ.* Inueſtigant prauitates, conſummãt perueſtigatã veſtigationem. *Alij*, Scrutantur occaſiones, perficiunt ſcrutiniũ aſtutè inueſtigatum. *Alij*, Exquirunt malitias, & exequuntur quod ſcrutando excogitatũ eſt. *i. ſubtiliter excogitarũt omne genus malitiarum & fraudum, fabricarunt omnes nocendi modos, & nihil reſiduum fecerunt ad exquiſitum ſcrutinium, hoc eſt ad omne artificium quamlibet ſubtile.* Et intimum, *&c.* וקרב איש ולב עמק, *ſub.* abſoluunt. *Repetitione vtitur. q. d. quicquid inueniri poteſt humana diligentia, quicquid excogitare poteſt homo: congerũt omnia cõſilia, ita vt nihil conſilij & aſtutiæ poßit in hominibus reperiri quod non ipſi ad ſe trahãt, vt me poſſint perdere: habent quicquid poteſt eſſe intimum in hominibus, vel reconditum. Alij ſic exponunt, ipſi non ita proferunt ſuam malitiam quin ſimul foueant occultas fraudes in corde ſuo. Gallicè, leur malice eſt cachee. q. d. Non adhibent hoſtes mei apertam vim, nec ſeſe proiiciunt ad nocendum, vt furioſi homines ſolent, qui interea nihil habent conſilij: ſed violenti ſunt, & rapido feruntur impetu, ſimúlque fouent malitiam in corde, Quidam*, etiam intimum, *&c. Alij in ablatiuo*, & intimo cuiuſque & corde profundo. 8 Et iaculatus eſt *in* eos ויורם Sed ſagittabit eos. *Alij*, Et iaculabitur in eos. *vt ſit* ויורם *pro* ויורה בם.

Et sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

9 *Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.*

10 *Et annuntiauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt.*

11 *Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.* LXIIII.

1 *In finẽ, Psalmus David, Canticum Ieremiæ, & Ezechiæ populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci.*

sagittam subitò: *mox* "fuerũt plagæ eorum.

9 "Et impingere fecerunt in semetipsos ipsam linguam suam: "fugient omnes videntes eos: Ruina illorum.

10 "Timebúntque omnes homines, atque annuntiabũt opus Dei, & opus eius "intelligent.

11 Lætabitur iustus in Iehoua, "& sperabit in eo: & gloriabuntur omnes recti corde. LXV.

1 "Victori psalmus ipsius Dauidis, "canticum.

Fuerunt היו *Præt. Heb. pro futuro quibusdam*, erunt, *inquam*, aut existent. *Alij vertunt*, subitæ *inquam* erunt plagæ illorum.

9 Et impingere fecerunt *&c.* ויכשילוהו עלימו לשונם. *Ad verbum,* Et impingere facient eam contra se linguam suam. *Relatiuum cum antecedente, pro antecedente solo, more* Hebræorum. *id est, facient vt lingua sua in seipsos impingat. q. d. suis delationibus perituri sunt.* Quidam, facient impingere seipsos linguis suis. *Alij,* Et irruere illum aduersum se lingua sua cogent. *Alij,* Prosternéntque super se linguã suã. Significat David *quod* Psal. 9. d. 16, *diuersa forma exprimit,* Demersæ *sunt gẽtes in fouea quã fecerũt, in reti quod absconderũt, captus est pes eorum. Vibrarunt & acuerunt linguas suas quasi gladium, vt postea vulnerent bonos: sed* Dominus *nõ permittet talem esse exitum machinationibus eorum qualẽ sperauerunt: imò faciet vt retorqueant gladios suos & sagittas in suum exitium.* Fugient יתנדדו exagitabuntur. commouebuntur. stupebunt.

10 Timebúntque, ויראו Videbúntque Intelligent. השכילו prudenter cõsiderabunt. *siue* expẽdent. *Alij,* & rem gestam intelligere facient.

11 Et sperabit in eo: וחסו בו & fiduciam in illum collocabit. *Iustos & rectos corde, eodem sensu posuit: vnde colligimus veram iustitiã esse quæ nõ tãtũ apparet corã hominibus, sed quæ interior est & in corde.*

IN PSALMVM LXV.

1 Victori למנצח Vide Psal. 4. Canticum, שיר *Ex hoc loco quidam colligunt aliquid discriminis esse inter* מזמור *psalmum, &* שיר *canticum: quòd vtrunque ponat hoc loco* David: *vt* מזמור *latius accipiant, pro carmine vel psalmo:* שיר *autem sit canticum in laudem compositum: quod genus carminis, oda* Græcis *dicitur. Hoc est igitur carmen quo celebrantur laudes* Domini. Vide Psal. 30.

Omnes inuitat Dauid ad Deum laudandum: & ostendit cur in toto mundo dignus sit laude.

TE' expectat laus Deus, in 2
Siiō, & tibi reddetur' votū:
Exaudiēs orationem, *propter-* 3
ea ad te omnis caro' veniet.
'Res iniquæ præualuerāt mi- 4
hi, *&* 'præuaricationibus nostris
tu propitiabaris.
Beatus '*quem* elegeris, & ap- 5
propinquare feceris *tibi, ut* habi-
tet in atriis tuis: saturabimur bo
no domus tuæ, '*loco* sanctiore tē
pli tui.
'*In* terribilibus *miraculis*, in iu- 6
stitia exaudies nos, Deus salutis

TE decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationem meā: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus saluta-

2 Te expectat לְךָ דֻמִיָּה Tibi silet. *q.d. Tanta sunt opera tua, vt te nemo dignè laudare posit. Verbum istud* דומי *silere quidē significat: sed metaphoricè magis placet doctis accipi, pro expectare, hoc sensu, Domine tu ita liberalis es erga tuos & quotidie nouis beneficiis eos prosequeris, vt nisi ingrati esse velint semper habent cur te laudent.* Votum. נדר *Hic votum pro solenni gratiarum actione accipitur. Confirmatio est superioris membri. q.d. semper fideles tui habebūt cur tibi vota soluāt.*

3 Veniet. יָבֹאוּ *Ostendit ideo facilem accessum patere ad* Deū, *quia preces exaudit.* 4 Res iniquæ דִּבְרֵי עֲוֹנֹת Verba iniquitatum. *vel,* prauitatum. *Alij,* Rationes iniquitatū. *i. iniquitates. q.d. Iniquitates nostræ facessunt nobis negotiū: neque id modo, sed etiā nos penitus obruūt.*

Præuaricationibus nostris, *&c.* פְּשָׁעֵינוּ אַתָּה תְכַפְּרֵם *Ad verbum,* scelera nostra tu expiabis [*vel,* condonabis] ea. *Relatiuum cum antecedente, pro solo antecedente.* Alii, præuaricationes nostras tu expias. *Quod dixerat in sua vnius persona, ad totam* Ecclesiam *postea extendit.*

5 *Quem* elegeris, *&c.* תִּבְחַר וּתְקָרֵב *Fut. Heb. pro præs. vt quidam vertunt,* quem eligis, & tibi adiungis. *Loco* sanctiore templi tui. קְדֹשׁ הֵיכָלֶךָ sanctioris loci tabernaculi tui. *vel,* sacrarii templi tui. *Alii,* sacræ regiæ tuæ. *Figuratè sub illo externo symbolo & visibili atriorum domus & templi describit nobis* Dauid *spiritualem illam coniunctionem quam habemus cum* Deo, *atque eius diuitias quas liberaliter in nos effundit.*

6 *In* terribilibus *mir.* in iustitia exau. nos, נוֹרָאוֹת בְּצֶדֶק תַּעֲנֵנוּ *Per* stupenda *miracula* pro *tua* iustitia exaudies nos. *Alii,* Ex iustitia *tua* stupenda annues nobis. *Alii,* Terribiliter pro iustitia respondes nobis. *Fut. Heb. quod per præsens quidam vertunt. Alii per præt. imperf.* respondebas. *Nonnulli,* Terribilia in iustitia respōdebis. *Hic* Dauid

alludit ad miracula quæ Moses edita fuisse narrat quum Dominus *populum suum liberauit: deinde in promulgatione* Legis. *Iustitia* Dei *hoc loco significat bonitatem qua tuetur suos: acsi diceret* David, *Domine, tu ita exaudies nos vt potentia illa tua perinde manifesta sit, ac fuit olim* Pa*tribus nostris quum liberati fuerunt ex* AEgypto*. quemadmodũ tunc apparuit visibilis tua potentia, sic etiam nunc non vulgariter nos exaudies, vel ordinario aliquo modo seruabis, sed cum magna potentia quæ homines exterreat: quia beneficus es erga populum tuum, & quia illũ soles tueri.*

ris noster: spes omnium finiũ terræ, & in mari lõgè.

nostræ: spes omnium finium terræ, & *insularum* maris distantiũ.

Præparans mõtes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuũ eius.

7 Qui firmat montes potentia sua, qui accinctus est fortitudine:

8 Qui compescit sonitum marium, sonitum fluctuũ eorum, & strepitum gentium:

Turbabuntur Gentes, & timebũt qui habitãt terminos, à signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis.

9 Et timent habitatores finiũ *terræ* à signis tuis: *ob* exitus matutini & vesperæ exultare facis. *De annis fertilib.*

Et *insul.* maris distantium. וים רחוקים *Ad verbum,* & maris remotorum. longinquorum. distantium, *sub. à* Sione. *Quidam,* & eorũ qui remoti degunt in mari. *vel,* & eorum qui procul ad mare habitant. *q. d. Tu* Domine *extendes gratiam tuam vsque ad regiones trãsmarinas, vt non tantu vicini nostri sentiãt te esse sibi propitium, sed etiam qui procul vltra mare habitant in regionibus longinquis.* De *illa salute quæ diffusa fuit per totum orbem loquitur.*

7 Qui firmat, מכין Qui instruit. *vel,* parat. *Per occasionẽ describit virtutem* Dei *quæ perspicitur in rerum natura & in mũdi opificio, acsi dicat,* Non *debet illud videri tam absurdum quòd* Deus *diffundat bonitatem suã per totum orbem, & quòd gratiam suam communicet omnibus populis: nã statim ab initio mundi nullus fuit angulus terræ qui non cõspexerit relucentẽ eius gloriã* 8 Sonitũ שאון strepitũ. fastũ. cõmotionem. fremitũ. Et strepitum והמון & fremitum. tumultum.

9 Et timent וייראו Fut Heb. Et timebunt. *Signa hîc vocat omnia* Dei *opera in quibus insculpsit aliquas gloriæ suæ notas, siue in quibus illustris refulget* Dei *maiestas, vt in sole & similibus.* Ob exitus, &c. מוצאי בקר וערב תרנין egressibus matutini & vesperæ facies ouare. *Alij, qui in* progressibus matutinis & vespertinis laudẽ excitas. *Vel, per futurũ, (vt Hebraicè legitur,)* egressus matutinos & vespertinos exultare (*siue* laudare, *aut* ouare) facies. *Sunt qui vertunt,* Egredientes mane & vespere exhilaras. *Dicit* David, *egressus matutinos & vespertinos exhilarare homines: quia aurora, & deinde sol, exortu suo facit*

vt animi eriguntur in lætitiã. Deinde si post occasum solis fulget luna & stellæ, est etiam aliqua leuatio. Alij exponũt, Extremas illas partes orbis *siue quæ ad occasum solis vergunt, siue quæ spectant ad ortum, exhilaras.*

De annis fertilibus.

Visitas terram *pluuia,* ʼpostquam desiderare fecisti eã, plurimum ʼlocupletas eam: ʼriuus Dei repletus est aquis: ʼpræparas frumentum eorũ, quia sic præparas eam. 10

Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei *repletum est aquis: parasti cibum illorũ, quoniam ita est præparatio tua.*

ʼLiras eius inebrias, 11

Riuos eius inebrians,

10 Postquam desiderare fecisti eam, ותשקקה *sub. terrã tandiu siccam.* Quidam, & desiderium dedisti ei. *Alij,* & bene cupis ei. *Nonnulli à radice* שקה *deducẽtes, vertũt,* & irrigasti eam. *quã significationẽ huic loco magis congruere existimant doctiores.* Locupletas eam: תעשירנה *Significat David omnes terræ diuitias prouenire ex Dei bonitate. Diuitias autem terræ vocat abundantiam omnium bonorum quæ terra nobis suppeditat.* Riuus Dei פלג אלהים Fluuius Dei. *Fluuiũ Dei quidã interpretantur magnum, siue copiosum & vberem, vt Montes Dei. Verum aliud doctioribus videtur dixisse David, nempe ipsum opponere* riuum Dei, *aliis riuis naturalibus, atque allusisse ad illũ Mosis locum, Deut. 11. b. 10, Terra quam tu ingrederis vt possideas eam, nõ est sicut terra AEgypti, &c. nam exundatio Nili fœcundabat totam terram illam, vt satis notum est. Terra autem in quam populum suum Dominus erat adducturus, non abundabat magnis nec multis fluuiis, sed expectabat pluuiam è cælo. David igitur riuos qui fiunt ex pluuiis opponit naturalibus riuis. q.d. Iudæa quidem non abundat fluuiis naturalibus, quemadmodum aliæ regiones: sed sunt fluuij Dei qui transeunt per ipsam, & eam fœcundant: illi autẽ sunt fluuii Dei qui procreãtur ex pluuia.* Præparas תכין *Futurum Heb.* dispones. adornabis. instrues. *Confirmat quod dixerat,* riuos Dei esse plenos aquis, *hoc est, terram non sua sponte matrem esse hominum, vt ipsos alat, sed hanc illi à Deo dari fœcũditatem: Tu (inquit) facis vt habeãt homines vnde pascãtur: quia terra iam à te parata est vt ipsos nutriat.*

11 Liras eius inebrias, תלמיה רוה Sulcos eius inebriabis. *id est, irrigabis. Hebraismus, pro, fertilem reddes terram copia aquarum. Infinitiuus est,* רוה *pro* לרוה *(vt magni nominis apud Hebræos vir dicit) vt* נחת *pro* לנחת *qui pro omnibus temporibus ponitur. quæ sequũtur tẽpora, futura sunt quæ per præsẽs vertit noster interpres. Doctus inter Hebræos dicit* רוה *esse imperatiuum, inebria Propterea nonnulli existimant esse precationem: quod doctioribus minus placet: sed infinitiua & futura ponuntur potius pro præsentibus. commendat enim hîc David & commemorat Dei beneficia, non precatur: acsi dicat, Domine, quum inebrias sulcos terræ, & pluuias descendere facis in eius liras, quumq; eam liquefacis pluuiis, tunc simul etiam suggeris virtutem & fœcunditatem.*

multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans.

descendere facis *pluuiam in* sulcos eius, imbribus liquefacis eam, germini eius benedicis.

12 *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & cāpi tui replebuntur hubertate.*

Coronas annū bono tuo, & semitæ tuæ stillant pinguedinē.

13 *Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.*

Stillant *super* habitacula *pastorum* deserti, & exultatione colles accinguntur.

14 *Induti sunt arietes oniū, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.*

Induerunt se pascua pecudibus, & valles operuerunt se frumento, *unde* clamant, etiā canūt.

Descendere facis *pluuiam in* sulcos eius, נחת גדודיה demittis *pluuiam in* valliculas eius. *vide præcedentem annotationem.* Benedicis. תברך *Fut. Heb. i. fœliciter prouenire facis germen eius.*

12 Coronas annum bono tuo, עטרת שנת טובתך *Præteritum Heb. pro Futuro*, Cinges [*vel*, Cumulabis, *aut* Exornabis, *sub. bonis omnibus*] annum bonitatis tuæ, *id est, in quo bonitatem tuam notam facies*. Bonum Dei *vocat beneficentiam. Quidam dicunt annum tunc coronari bono Domini, quum maiorem copiam bonorum effundit, nec putant singulos annos esse tales: sed annum bonitatis* Diuinæ *esse qui præ aliis excellit in copia & varietate bonorum. Alij existimant* Dauidē *hic loqui de continua* Dei *beneficentia. nam tametsi nō seruet* Dominus *eundem tenorem, sed nunc liberalius nos ditet, nunc restrictius nobis eroget sua bona: tamen nullum esse annum qui non sit testis* Diuinæ *beneficentiæ, & afferat secum aliquam copiam, vnde sciamus* Deum *nobis esse propitium, & nostri curam habere.* Et semitæ tuæ ומעגליך & vestigia tua. Per semitas, *siue* vias, *aut* vestigia, *intelligit nubes, super quas ambulare dicitur* Psal. 104. a. 3 N*ubes defluunt, vnde fit vt terra humorem hauriat, & paretur ad segetes proferendas.*

13 Stillant *super* habitacula *past.* ירעפו נאות *Ad verbum*, Stillabūt mansiones. *vel*, habitacula. *Alij*, stillabūt super campestria. *siue* pascua. N*on tantùm (inquit) vna terræ portio haurit humorem è cælis, vt inde reddatur fœcūda, sed etiam* Dominus *effundit pluuiam suam super deserta, vt loca etiam illa aliquam benedictionis partem percipiant.*

14 Induerunt se pascua לבשו כרים *Præt. Heb. pro futuro, prout præcedentia versa fuerūt*, Operiuntur planities. plana. campi. Operuerunt se יעטפו *Fut. Heb.* accingentur. amicientur. *Alij*, obteguntur. operiuntur. Clamant, יתרועעו iubilabunt. *siue*, iubilant. *Quum clamare, siue iubilare sit aliquid maius quàm canere, mirum est secundo loco poni verbum* Canendi, *atque interponi particulam* אף *quæ videtur posita esse augendi causa. Verùm in lingua* Hebræa *non obseruatur ille ordo, imo sæpius est inuersio ordinis, vt* Psal. 121. a. 4, N*on dormita-*

bit, neque dormiet. ſic etiam dici poteſt hoc loco. *Sunt qui pro eodem accipiunt* Iubilare *&* Canere, *atque exponunt*, Tam agri plani, *quàm montes clamabunt*, *vel iubilabunt præ gaudio: quod non fiet ſemel tantùm, ſed erit cõtinua lætitia. Eſt autem proſopopœia in hoc verſu: tribuit enim* Dauid *terræ, quæ ſenſu caret gaudium, propterea quòd incolæ iubilant & canunt quoties colligunt triticum, veſtiuntur ouibus plana, quoties vtuntur copia & vbertate frugum, quam* Dominus *illis largitur.*

LXVI.

1 ¶ Victori, canticum pſalmi.

2 IVbilate Deo omnis terra.
Cantate gloriã nominis eius: ponite gloriam laudẽ eius.

Prouocat omnes ad laudandum Deum, & ad conſideranda eius opera.

3 Dicite Deo, Quàm terribilia ſunt opera tua! propter magnitudinem fortitudinis tuæ, mentientur tibi inimici tui.

4 Omnes *habitatores* terræ incuruabũt ſe tibi, & pſallent tibi, pſallent nomini tuo. Sélah.

5 Venite, & videte opera Dei: terribilis opere ſuper

LXV.

1 *In finem, Canticum pſalmi reſurrectionis.*

2 IVbilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

3 Dicite Deo, Quàm terribilia ſunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

4 Omnis terra adoret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo.

5 Venite, & videte opera Dei: terribilis in cõſiliis ſu-

IN PSALMVM LXVI.

1 Victori, למנצח *Vide Pſal.4.a.1.* Canticũ pſalmi שיר מזמור *vide Pſal.30.& 65.* 2 Gloriam nominis eius: כבוד שמו *Hebraiſmus, pro, glorioſo nomini eius. Alij vertunt,* gloriam nomini eius.

Ponite gloriam, *&c.* שימו כבוד תהלתו *Hebraiſmus, id eſt, pro ſumma gloria ducite, Deum laudare: eò tendant omnes laudes veſtræ vt glorificetur nomen* Dei. *Alij aliter exponunt iſtũ* Hebraiſmum, *nempe, extollite laudem* Dei *vt ſit glorioſa: ſiue, magnificè celebrate laudem* Dei: *aut, pleno ore prædicate* Dominum. *illud eſt* ponere laudẽ Dei gloriam, *id eſt ponere in gloriam, vt verè ſit glorioſa, hoc eſt, vt obtineat id quod meretur. Alij,* date decus laudis eius, *eodem ſenſu.*

3 Quàm terribilia ſunt opera tua! מה נורא מעשיך Hebraicè *verbum plurale iungitur nomini ſingulari*, Quàm terribile eſt opera tua. *quod genus dicendi ſic reſoluunt* Hebræi, *Quàm terribile eſt vnumquodque operum tuorum. Alij vertunt,* Quàm tremendus es operibus tuis. Mentientur יכחשו *.i. erunt tibi ſupplices, & ſeſe tibi ſubijcient, ficto tamen animo.* Vide *idem verbũ, & eãdem ferè ſententiã,* Pſal. *18, verſu 45.* 4 Omnes *habit.* terræ incuruabunt ſe tibi, כל הארץ ישתחוו לך *Ad verbum,* Omnis terra adorabit te. *Alij,* adoret te. *vt ſit fut. pro imper.* 5 Terribilis opere נורא עלילה Opus *po-*

fuit pro operibus. Dicit Propheta Dominum se terribilem ostendere in gubernando genere humano. Maiestas nanque Dei tametsi vbique refulgeat sursum & deorsum in toto mũdo, & opificio cæli & terræ: tamen maximè illustris est super filios hominum: id est, quia genus humanum tuetur: & sicut homines creauit, ita etiam res ipsorum administrat, nam hic maximè apparet Dei prouidentia. Quidam vertunt, tremendum facinus.

per filios hominum.

filios hominum.

Qui conuertit Mare in aridã, in Flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso.

6 ʼConuertit Mare in aridã: per Flumen trãsierunt pede, ibi ʼlætati sumus in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super Gentes respiciunt: qui exasperant, nõ exaltentur in semetipsis.

7 Dominatur fortitudine sua ʼin seculum, ʼoculi eius Gentes speculantur: ʼrebelles non exaltabunt sese. ◻Sélah.

Prouidentia Dei erga omnes populos.

Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius.

8 Benedicite populi Deo nostro, ʼ& audire facite vocem laudis eius:

Qui posuit animã meam

9 ʼQui posuit animã nostram

Excitat populos ad laudandum Deum qui eos liberauit ex afflictionibus ab ipso profectis.

6 Conuertit הפך *Est præteritum. Loquitur de liberatione populi sui, in qua quidẽ liberatione prius siccauit Mare, deinde Iordanẽ. Postquã loquutus est Propheta de toto genere humano promiscuè, nunc Ecclesiam Dei quasi illustre speculum proponit, vbi viua Dei gloria ostenditur. Terribilis est igitur Dominus super filios hominum, sed maximè in populo suo.*

Lætati sumus in ipso. נשמחה בו lætabamur de ipso.

7 In seculum, עולם seculo, *id est toto orbi. Hic enim* עולם *pro tempore, vel pro mundo potest accipi. Dominatur ergo* seculo *in sua fortitudine, id est vniuersis gentibus. vel, dominatio eius & imperiũ extenditur ad totum orbem. Habebat speciale imperium inter Iudæos: sed dominabatur etiam in aliis gentibus sua fortitudine: nullus enim erat mundi angulus expers Diuinæ virtutis.* Oculi eius, *&c.* עיניו וגו' *q. d. habet etiam curam gentium. Deus quidem peculiari modo regebat Iudæos, sicut paterfamilias domesticos suos curat: interea tamen totũ mundũ regebat.* Rebelles non exaltabunt sese. הסוררים ק׳ ירומו למו defectores non exaltabuntur. *vel,* increduli non extollent seipsos. *i. cadẽt dignitate sua. Hinc probat oculos Domini esse super gentes, id est, prouidentiam eius patere vsque ad exteras nationes, nempe quòd sumat pœnas de improbis & sceleratis. neque enim cadunt fortuitò.*

8 Et audire facite והשמיעו & resonate.

9 Qui posuit animã nostrã in vitam, השם נפשנו בחיים *Hebraismus, pro, seruauit nos in vita. Significat Iudæos non vulgari modo fuisse adiutos à Domino, sed sic expertos fuisse eius opẽ, vt esset quædã spes resurrectionis. perinde est igitur acsi dixisset, Dominus excitauit nos à morte,*

in vitam, & non permisit vt declinaret pes noster.

Nã probasti nos Deus, conflasti nos sicut conflatur argentum.

Induxeras nos in rete, posueras angustiã in lumbis nostris,

Imposueras hominem super caput nostrum, ingressi eramus ignẽ & aquam: & eduxisti nos

ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos.

10 *Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentũ.*

11 *Induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines*

12 *super capita nostra,*

Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos

Et non permisit vt, &c. ולא נתן למוט רגלינו *Ad verbum*, & non dedit in commotionem pedes nostros. *vel*, & non dedit vt labarẽt pedes nostri. *i. non passus est nos cadere.* Nõ *loquitur* Propheta *de quolibet lapsu, significat enim fieri aliter non potuisse quin populi salus concideret, nisi fuisset erecta potenti* Dei *manu. q.d. Vos populi laudate* Deum *nostrum, & resonate vocem laudis eius. erexit enim nos quum actum esset de nobis. neque enim vnquam stetisset* Ecclesia, *nisi* Dominus *porrexisset è cælis manum.* 10 Probasti nos, בחנתנו *Probat nos* Dominus *quũ affligit, vt in posterum mortificet affectus carnis nostræ: deinde examinat, hoc est vult habere testimonium patientiæ nostræ.* Conflasti nos, &c. צרפתנו כצרף כסף examinasti [*vel*, examinabas] nos sicut examinatur *igni* argentũ. A *tertia persona præcedentiũ versuum trãsit ad secundã. Quidam vertunt*, excoxisti. *Sunt qui hunc locũ sic accipiũt,* Deum *suos examinare vt purget, quemadmodũ argẽtum purgatur à sua scoria: & gratias agũt* Deo *quòd non fuerint cõsumpti, sed tantùm probati. Alij existimant grauitatẽ afflictionũ notari hoc loco, propterea quòd sequitur*, Venire fecisti nos in laqueum, *&c. q.d.* Examinasti *nos non vulgari modo, non leui aliqua tribulatione: sed quemadmodũ argentum examinatur, quod sæpius reuocatur in ignem: ita nos sæpius reduxisti ad examen, & durius tractasti ac seuerius. grauiter nos afflixisti vt probares.* 11 In rete, במצודה in laqueum. *Alij*, in angustũ. Angustiam מועקה coartationẽ. *vel*, arctum. *sub. vinculum. q.d. non fuit iste laqueus vel rete ex filis compositũ, sed fuit etiam catena quæ nos constringeret, fuit durum vinculũ quod nos coartaret. Alij*, anxiam molestiam. *vel*, morbum constringentem.

12 Imposueras הרכבת *Ad verbum*, Equitare feceras, *id est feceras vt homo potitus imperio supra nos, insultaret vt solent crudeles tyranni.*

Ignem & aquam: באש ובמים *Ignis & aqua duo sunt præcipua elementa ad vitam nostram fouendam. vnde etiam solebant interdicere aqua & igni, quum vellent hominem extinguere & deleri ex societate hominum. His igitur verbis significãt se non vno afflictionum genere tentatos fuisse. sed multiplices fuisse ærumnas. q.d.* Iactasti *nos huc & illuc, ita vt perpetierimus varias clades.*

in refrigerium. — in *terram* irriguam.

Introibo in domũ tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerũt labia mea

13 Ingrediar domũ tuam cum holocaustis, & reddam tibi vota mea *Sacrificia pro gratiarum actione. nomine totius populi loquitur.*

Et loquutũ est os meum in tribulatione mea.

14 Quæ vouerunt labia mea, & loquutum est os meum dũ esset angustia mihi.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

15 Holocausta *agnorum* pinguiũ offeram tibi, cum suffitu arietum: faciam boues cum hircis. Selah.

Venite, & audite: & narrabo (omnes qui timetis Deum) quanta fecit animæ meæ.

16 Venite, audite, & narrabo (omnes timentes Deum) quæ fecit animæ meæ. *Narrat vt fuerit exauditus.*

Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

17 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltatus est lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

18 Iniquitatem si spectassem in corde meo, non exaudiuisset Dominus.

In *terram* irriguam. לרויה in refrigerium. *Alij*, in satietatem istam. *Significat fideles deductos fuisse manu Dei in lætum & hilarem locum postquam duriter tractati fuerant.* 14 Vouerunt פצו Ad *verbum*, aperuerunt. *vel*, distinxerunt. *i. quæ diductis labiis voui tibi. Videmus qualiter vota nuncupari soleant, quum scilicet laboramus graui aliqua necessitate.* Dum esset angustia mihi. בצר לי Ad *verbum*, in angustia mihi. *siue*, mea. *Quidã*, dũ esset coartatio mihi.

15 Cum suffitu עם קטורת cum incenso. Faciam boues cum hircis. אעשה בקר עם עתודים Facere *pro sacrificare*. *Alij*, faciam bobus & hircis. *sub. sacrificium tibi.* 16 Audite, & narrabo (omnes, &c. שמעו ואספרה כל יראי וגו' *Ordo inuersus, pro, audite omnes timẽtes Deum, & narrabo quæ, &c.* 17 Lingua mea. ורומם תחת לשוני Ad *verbũ*, sub lingua mea. *Quidã exponunt, in corde meo, quod sub lingua latet. quæ expositio nimis coacta est: rectius exposueris, voce mea exaltatus est. Exaltatur autem Deus voce nostra, quum ad ipsum confugimus, testantes hoc pacto nos ab ipso vno petere salutem.*

18 Iniquitatẽ si spe. in corde meo, און אם ראיתי בלבי *Iniquitatem videre in corde suo, phrasi Hebraica significat intentum esse ad maleficia, quum intus habemus conclusas cogitationes, in illis nobis blandimur, atque illis intẽti & defixi sumus. Fieri non potest quin Sancti etiam multas in se iniquitates videant & agnoscant: sed vident vt displiceat, & cũ*

pœnitentia orant Patrē vt eos docuit filius Christus saluator, Remitte nobis peccata nostra, &c. etiamsi peccatis laborent, & fateantur se peccatores corā Deo, tamen non indulgēt sibi in peccatis: & licet peccatū in ipsis sit, nō tamē regnat. Cōtrà sentiendū de peccatorib⁹ .i. impiis & sceleratis.

19 "Sed exaudiuit Deus, attendit voci orationis meæ. — *Propterea exaudiuit De⁹, & attendit voci deprecationis meæ.*

20 Benedictus Deus qui non amouit *à conspectu suo* orationem meā, & misericordiā suā à me. — *Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & misericordiā suam à me.*

LXVII. — LXVI.

1 ¶ "Victori in Neginóth "psalmus cantici. — *In finem, in hymnis Psalmus cantici Dauid.*

Orat totius populi nomine, vt regnū Dei quàm latissimè inter ipsos propagetur, imò per vniuersum mundum.
Prophetia de regno Christi.

2 DEus misereatur nostri, & benedicat nobis, "lucere faciat vultum suum in nobis. Sélah. — *DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos, & misereatur nostri:*

3 "Vt cognoscāt in terra "viam tuam, & in omnibus gētibus salutem tuam. — *Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.*

19 Sed אָכֵן Certé.

IN PSALMVM LXVII.

1 Victori in Neginóth לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינֹת *Vide Psal. 4. a. 1.* Psalmus cantici. מִזְמוֹר שִׁיר *Vide Psal. 30. & 65.* 2 Lucere faciat, &c. יָאֵר פָּנָיו אִתָּנוּ illuminet facie sua nos. *Alij*, illustret nos *lumine* vultus sui. *Alij*, illustret inter nos *lumen* vultus sui. *Deus tunc dicitur illuminare faciē suam super nos, quū declarat se nobis esse propitiū & fauentem, atque etiam ipso effectu hoc confirmatur. Quum ergo percipimus nos à Deo amari, & quasi fidei oculis contemplamur serenam eius faciem, quæ nobis illucet, tunc impletur quod hîc dicitur. Deinde quum fruimur eius beneficiis, & colligimus fructū illius gratuiti fauoris, etiam apparet splendor Diuini vultus.* 3 Vt cognoscant לָדַעַת Ad *verbum*, Ad cognoscendum. Viam tuam, דַּרְכֶּךָ *Mutatio personæ. Via Domini dicitur ratio quam tenet erga populum suum. Tunc agnoscitur via Domini, quum homines Deum agnoscunt qualis sit erga fideles, & qualiter in ipsis agat. hoc est dum cognoscitur suorum seruator. Ideo vt clarius exprimeret viam Domini, adiecit nomen* salutis. *Idem enim* via *&* salus *Domini, nisi quòd via generalius est. Perinde igitur est acsi diceret Dauid, Vt sciant homines simulac te hominibus patefacis, te simul afferre salutem, & in eo esse plenam & solidam fœlicitatem, sicut dicitur Iohā 17. a. 3, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra diriges.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus noster: & metuant eum omnes fines terræ.

4 ʺ*Tunc* celebrabunt te populi
Deus, celebrabunt te populi oẽs.
5 ʺLætabuntur & ouabunt gen
tes: quoniamʺ iudicabis populos
in æquitate, & gentes in terra di-
riges. ◊Sélah.
6 ʺCelebrabunt te populi, Deus,
celebrabunt te populi omnes.
7 ʺTerra dabit fructum suum:
benedicet nobis Deus Deus
noster,
8 ʺBenedicet *inquam* nobis De⁹:
& *tunc* metuent eũ omnes fines
terræ.

LXVII.

In finem, Psalmus cantici ipsi Dauid.

EXurgat Deus, & dissipẽtur inimici eius, & fugiant qui oderun

LXVIII.

1 ¶ʺVictori Dauidis ʺpsalmus
cantici.
2 EʺXurgat Deus, & dispergen
tur inimici ei⁹, & fugiẽt qui

Gratiarum actio pro victoriis, quas contulit Deus Dauidi contra hostes potentissimos & ferocissimos, quales erant Ammonitæ.

4 Tunc celeb. te יודוך Celebrent te. 5 Lætabuntur & ouabunt ישמחו וירננו Lætentur & exultent. *vel*, iucundentur.

Iudicabis תשפט *Istud nõ intelligitur simpliciter de vniuersali Dei gubernatione, sed de alio regno Dei, quo renouat corda hominum. Deus dicitur iudicare siue regere (idem enim significant) populos in æquitate non tantùm quum ipsis apparet iustus, sed etiam quũ homines atque eorum vitam componit, & reformat in obsequium iustitiæ suæ.*

6 Celebrabunt te יודוך *Idem versus cum quarto.*

7 Terra dabit ארץ נתנה *Sub vna parte comprehendit omne fælicitatis genus. Suppetent igitur nobis omnia ad plenam fælicitatem, modò benedicat nobis Deus. Quidam admonẽt, quod hîc priore loco ponitur, postponendũ esse, hoc modo,* Benedicat nos Deus Deus noster, ideo terra dabit fructũ suum. *hoc est, quia Dominus benignus est, ideo terra liberaliter etiam suppeditat nobis victũ,* & *omnes creaturæ sese impendũt ad nos iuuãdos.* 8 Benedicet *inq. n.* יברכנו Benedicat. Benefaciat. Benignè foueat nos. *Repetitio est propter ingratitudinẽ hominũ qui saturati Dei bonis, non sentiunt illũ esse authorem: vel propter illorum diffidentiã, quibus etiãsi Deus sit propitius, tamen trepidãt & metuũt sibi nequid desit.*

IN PSALMVM LXVIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal. 4. a. 1.* Psalmus cantici מזמור שיר *Vide Psal. 30. & 65.* 2 Exurgat יקום *sub. tantùm. q. d. Digitum suum tantùm moueat, & dissipabuntur*

hostes. Possunt hæc verti quasi precetur David, *aut potius optet: aut quasi vaticinetur futurã impiorũ perniciem.* Exurget, *&c. Melius tamen (vt quibusdam placet) per præsens vertitur*, Simulatque Deus exurgit. *nempe vt potentiam suam depromat. Versum hunc ex Mose sumpsit David. Nã Num. 10. d. 35. dicitur quũ arca exurgeret, Mosen istud cecinisse Domino. Tantùm differt, q̃ illic loquitur Moses in secunda persona, quia Deum compellat: hìc autem David in tertia persona. Voluit autem & Moses & Propheta iste instruere piorum animos certa fide, ne dubitent, quandiu Deum habent secum, quin tuti sint ab omni hostium impetu.*

odio habent eum, à facie eius:

3 Sicut propellitur fumus, propelles *eos*: sicut liquescit cera à facie ignis, *sic* peribunt impii à facie Dei.

4 Iusti autem lætabuntur, & exultabunt coram Deo, & gestient præ lætitia.

Exhortatio ad laudandũ Deum, & quare.

5 Cãtate Deo, psallite nomini eius: exaltate eum qui equitat super cælos, in Iah nomen eius, & exultate coram eo.

6 Pater *est* pupillorũ, & iudex viduarum: Deus *ille qui præsidet* in habitaculo Sanctitatis suæ.

eum, à facie eius.

3 *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie* Dei.

4 *Et iusti epulentur, & exultent in conspectu* Dei, *& delectentur in lætitia.*

5 *Cantate* Deo, *psalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum,* Dominus *nomen illi.*

Et exultate in conspectu eius (turbabuntur à facie eius)

6 *patris orphanorum, & iudicis viduarum.*

Deus in loco sancto suo:

4 *Et* exultabunt יעלצו & exultent. tripudient.

5 Exaltate eum qui equitat super cælos, סלו לרוכב בערבות Eleuate *viam lapidibus* equitanti cælos. *Alij*, Eleuate ascendentem in cælos. *Alij*, Tollite *offendicula de via* ei qui orbibus cælorum veluti equo insidet. In Iah nomen eius, ביה שמו *Hebraismus, pro, vocatur Iah: & hoc nomine celebrandus. Quidam*, cũ Iah nomen eius. *Alij*, in Iah nomine eius. *Iah ab* היה *fuit: quod per eum sint & existãt omnia. Propheta ostendit hoc nomen essentiæ non competere nisi vni* Deo.

6 Et iudex, ודין & vindex. *Alij*, & causam agit. In habitaculo Sanct. suæ. במעון קדשו *Ferè omnes exponunt de cælo. Doctiores referunt ad templum. Propheta enim accommodat doctrinam illam quam posuit, ad omnes pios. acsi diceret, Siqui sunt afflicti, confugiãt ad Deum: neque procul quærendus est, habitat enim in medio nostri. Deus in hunc finem elegerat tẽplum, vt fideles certò persuasi essent illum sibi adesse, ideo non procul quærendum esse. q. d. Dominus habet domicilium inter nos, i. vult esse nobis familiaris. Si ergo opus habemus eius auxilio, porrigit nobis vltro manum, & sese offert: habemus certum pignus eius præsentiæ in arca fœderis.*

Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. 7
Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus habitare facit vnicos in domo, educit vinctos compedibus: rebelles autem habitant in siticuloso *loco*.

Deus quũ egredereris in conspectu populi tui, quum pertransires in deserto: 8

Deus quum egredereris corã populo tuo, quum incederes per desertum: Sélah: Exitus ex Aegypto.

Terra mota est, etenim cæli distillauerũt à facie Dei *Sinai, à facie* Dei *Israel.* 9

Terra tremuit, etiam cæli distillauerunt à facie Dei: iste Sinái *tremuit* à facie Dei, *qui est* Deus Iisraelis.

Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, *hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfecisti eam.* 10

Pluuiam abundantem eleuabas, Deus, *super* hæreditatẽ tuã: & *si* fatigata fuit, tu confirmasti eam.

7 Habitare facit vnicos in domo: מושיב יחידים ביתה Hebraismus, *pro, efficit vt qui liberis carebant, habeant amplam familiam.* Vnicos *vocat solitarios & desertos in familia. sic Psal. 22, versu 21.*

Habitant שכנו *Præt. Heb. pro Fut. vt quidam vertunt. i. tamen priuabit impios suis bonis.*

8 Quũ egredereris, בצאתך *Deum egressum coram populo suo, & ambulasse in deserto, significat fuisse ducem populo. partes enim ducis, sunt præire. Vel comparat* Deum *pastori, vt solet.* Deus *egressus est coram populo suo quum manum illi porrexit, & siccauit* Mare *rubrum.*

9 Iste Sinai זה סיני ille Sinai. *Demonstratiuum pronomen, quòd Sinai mons esset inclytus & nobilis.* Quidam *volũt esse relatiuũ* Dei, *vertẽtes,* A facie Dei istius *qui in* Sinai, à facie, *&c.* Sic Iesaias, 25. c. 9, *etiã loquitur,* Ecce *Deus noster iste, expectauimus eũ, & seruabit nos. iste Iehouáh expectauimus eum, &c. bis repetit demõstratiuũ, vt discernat fidem nostram à commentis omnium hominum: quia totus mundus habet quidẽ suas religiones. sed interea miseri homines concipiunt sibi falsos deos.*

10 Abundantem eleuabas, גשם נדבות תניף *Ad verbum,* munificentiarum [*vel* liberalitatum, *aut* voluntatum] stillare facies. *pro,* stillasti. *aut,* stillas, siue stillabas. *Alij,* pluuia liberarũ voluntatum rigas Deus hæreditatẽ tuá, *Pluuiã munificentiarum, siue liberalitatum, aut voluntatum, vel voluntariam vocat quam voluntate & liberalitate sua, pro necessitate, in tempore stillare facit copiosam & abundantem. Alij,* Ex munificentia, ô Deus, pluuiam distillabas.

Et *si* fatigata, *&c.* ונלאה אתה כוננתה & defessam recreabas *Alij,* & labore affectam [*vel* laborantem] tu confirmasti. *Alij,* & quũ defecta est viribus, tu reficis eam. *i. restituis illi fœcunditatem qua ad tempus visus es illam priuasse.*

11 'Congregatio tua 'habitat in ea, 'præparas bonitate tua pauperi Deus.

Animalia tua habitabũt in ea. parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

12 Dominus dedit sermonem: 'earum quæ nuntiabant, exercitus magnus *erat.*

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

13 Reges 'exercituum 'fugerunt, fugerunt: '& habitatrix domus diuisit spolia.

Rex virtutũ dilecti, dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

14 'Si dormieritis inter tripodes, eritis *sicut* pennæ columbæ quæ tecta est argento, & cuius alæ *sunt uelut tectæ* flauo auro.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

11 Congregatio tua חיתך Pecus tuum. *Alij*, Armentum tuum. *q.d. Tu habes respectum* Ecclesiæ *tuæ quum ita terram fœcũdas.* Habitat ישבו *Præt. plur. p præs.* Præparas, &c. תכין בטובתך לעני *Fut. Heb.* cõfirmabis [*vel* stabilies] benignitate tua pauperes, ô De⁹. *Alij, Tu enim* præparabas in bonitate tua pro paupere, ô De⁹. *Pauperes vocat qui alioqui egerẽt nisi* De⁹ *illis prospiceret. Alij*, Bono tuo prouides afflictis, ô Deus. *vel*, Dirigis in bonitate tua afflictum, Deus.

12 Earum quæ, &c. המבשרות צבא רב *Quidam non distingunt post* sermonẽ, *vertentes, Dominus dedit verbum* renuntiãtibus, [*vel* annuntiatricibus] magni exercitus. *genit. sing. i. quæ prædicarent victoriam exercitus Israelitici magni.* Duo *hîc dicit* Propheta, *quòd fluere faciat pluuiam spontaneam super hæreditatem suam: deinde quid det victoriã populo suo contra hostes.* De *victu dixit, nunc de victoria*, Dedit, *inquit, vel dabit carmen mulieribus quæ celebrent victoriam quam populus reportabit de incredulis.* In *vsu enim fuit apud veterem populum, vt mulieres celebrarent cantu victorias, vt de* Maria *sorore* Mosis *legimus*, Exod. 15. c. 20. Sic *videmus etiam cecinisse coram* Dauide *quum hostes essent profligati*, 1. Sam. 18. b. 6 Ab *ipso igitur est victoria, quũ det mulieribus carmen quo illam celebrent.* Ista *loquutio perinde valet acsi diceret*, Dominus *robur dabit populo suo quo profligentur eius hostes.*

13 Exercituum, צבאות *Hebraismus, pro* Reges *ingentibus copiis instructi.* Fugerunt, fugerunt, ידודון ידודון *Fut. Heb.* elongabuntur, elongabũtur. Et habitatrix domus, &c. ונות בית תחלק שלל Et habitatrices domus diuident spolia. *q.d.* Nõ *tantùm milites distribuent prædam, sed etiam mulieres, quanuis sint ignauæ, & domi sedeant, habebunt tamen partem lucri.* 14 Si dormientis inter tripodes, אם תשכבון בין שפתים Etiamsi habitaueritis inter ollas. *vel*, chytropodes. *i. in loco in quo reponuntur ollæ & caldaria. q.d. etiamsi iacueritis inter vasa plena fuliginis. i. etiamsi oppreßi fueritis magna calamitate:*

candidi lætique reddemini ob liberationem. *Ad verbum legitur*, Si iacueritis inter ollas [*vel* chytropodes] alæ columbæ obductæ argento, & pennæ eius in fuluore auri. *Quæ verba obscuriora sic quidam transferunt*, *Si etiam tanquam inter ollas desidentes, atri sitis, iam eritis candidi, velut tecti pennis columbæ, quæ ob candorem operta videtur argento, & alas habet tãquam aurum fuluas.* *Alij*, Licet sederitis inter ollas fuliginosi, sicut pennæ columbæ deargentatæ facti estis, & cuius alæ sunt deauratæ. *Dicit Propheta*, *Etiamsi contingat fideles ipsos ad tempus in tenebris iacere, tamen non fore hoc perpetuum, quia tandem Dominus lucem suam illis restituet.*

Dñ discernit Cælestis Reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon. mons Dei, mons pinguis.

15 Quum dissipauit Omnipotẽs Reges in ea, alba facta est velut nix in Salmon.

16 Mons Dei, mõs Basan: mõs

15 Quum dissipauit, בפרש Quũ dispergeret. *Infin. Heb.* *Quasi dicas*, *In dispergendo* Omnipotentem. *alij*, *Quũ frangeret.* *Alij*, Quum extẽderet. *i.* *Quum traduceret* Reges, *velut in triumpho, in ipsa* Ierusalem.

In ea, בה propter eam. Alba facta est, *&c.* תשלג בצלמון *Ad verbum, ninget in Salmon.* תשלג *enim est verbum intransitiuum. Quòd si transitiuum fuerit*, ת *erit signum secundæ personæ, ideo vertẽdum*, Dealbabas [*aut* reddebas eos candidos, *sub.* ô Deus] tanquam niuem in Salmõ. *Dicitur enim mons Salmon hybernis niuibus semper albere.* *Alij, intransitiuè vertunt*, Albescebas tãquam nix, *qui antea fueras* in tenebris. *nam Salmon tenebras significat.* *Alij verò in tertia persona, sic*, candescebat velut nix in Salmon. *Alij*, canduit in Salmon. *Alij*, niuea erat velut Salmon. *Sensus huius loci est talis*, Quum Omnipotẽs extẽderet Reges *in ipsa* Ierusalẽ, *id est traduceret veluti per triumphũ*, ô Domine: *fuit hoc nouũ miraculũ, apparuitque tuũ esse opus: nam in hac terra tu fecisti ningere tanquam in Salmon, hoc est attulisti cãdorem huic terræ quæ prius nigra erat & squallida præ mœrore, tu attulisti huic terræ nouum candorem vt semper albicat mons Salmon.* Hoc genere dicendi *significat ideo Reges victos fuisse & profligatos in* Terra *sancta quia Dominus opem tulerit populo suo: vnde fructus lætitiæ sequutus est, quẽ* Propheta *comparat candori niuis qualis spectari solet in monte Salmon.*

Mons Basan: הר בשן *Quidam existimant hoc loco montem* Dei, *siue montem Sion comparari monti* Basan, *quòd mons Sion similis sit monti* Basan, *quamlibet fœcundus sit & opimus.* *Alij dicunt opponi monti* Basan. *nam quantum ad pascua, mons Sion nihil habebat fertilitatis: erat nanque monticulus sterilis, vnde non potuit aliis conferri in vbertate: sed propter* Dei *gratiam quæ ab illo loco omnibus diffluebat, præfertur mõti* Basan, *hoc sensu, plus referri pinguedinis ab hoc mõte in quo* Dominus *residet, quàm si haberemus opimas possessiones.* Nõ *debet igitur cẽseri sterilis mõs* Sion: *quia non debet cõsiderari per se, neque in sua natura, sed debet agnosci & censeri* Dei *sedes, vt sequenti versu dicit.*

Deus habitans in Sion, à quo victoria.

"excelsus, *ut* mons Basan.
Vtquid "exilitis montes excel 17
si? "mons *ille est quem* desiderauit
Deus inhabitare, certe Iehoua
hunc inhabitabit in seculum.
"Currus Dei, viginti milia, mi 18
lia "Angelorum: Dominus inter
illos, *in* ◦Sinai "in Sanctitate."

Inimici subiecti Dauidi, qui figura erat Christi. Ephes. 4. b. 8

‖"Ascendisti in altum, captiuam 19
duxisti captiuitatem, accepisti
dona in hominibus: & etiam

Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus:

Excelsus, גבננים *Ad verbum*, excelsorum. *id est, velut unus ex altissimis montibus. aut, in iuga assurgens, & gibbosus.*

17 Exilitis תרקדון saltatis. *præ desiderio scilicet perdendi montem quem amat Deus? Vel, laudantes vosipsos, qui præ monte Dei estis minimi pretii. Alij*, litigatis, *vel* contenditis. *Alij*, humiliabitis. *siue* humiliare & deprimere conabimini montem quem diligit, *&c. Nonnulli*, Quare inuidetis vos, *&c.* Mons *ille, &c.* ההר חמד אלהים לשבתו *Ad verbum*, montem istum desiderauit Deus ad inhabitandū eum. *Quod nonnulli vertunt*, Hic *est* mons Dei in quo complacuit ei habitare. *Vel per præsens*, Mons *iste est in quo* desiderat Deus habitare. *Alij*, Hic mons Deo placet. *Propheta metaphoricè hîc loquitur de monte Sionis & de aliis montibus, hoc sensu, Excellere Dei Ecclesiam supra omnes gentes & populos, non quidem magnifica specie, qua talis appareat coram hominibus: sed quoniam habet Deum custodem suum, & quia viuit sub eius præsidio & gratia.* 18 Currus רכב Equitatus. *Commendat Dei potentiam, vt fideles confidentius agant sub tutela ipsius.*

Angelorum: שנאן *Quidam deducunt* שנאן *a* שנים, *& vertunt*, duplicata, *vel* duo. *i. duæ myriades. Alij*, secunditatis. *i. millia quæ statuuntur secundo loco: & Dominus est in ea secunda acie.* In Sanctitate. בקדש in Sacrario. *vel*, in Sanctuario. *Significat Deum præsentem se exhibere suæ Ecclesiæ, tametsi in cælo sit, nihilominus esse in suo Sanctuario, siue templo, de quo suprà, versu sexto. Et ne quis disputet de Sanctuario Domini, exprimit* Sinai *nomē mōtis. Declarauit enim semel in monte* Sinai *se præsentem esse per verbum suum. Sub nomine igitur* Sinai *Propheta declarat non alibi quærendam esse præsentiam Dei, nec aliunde quærendam, nec petendam esse rectitudinem salutis nostræ, quàm in verbo illo quod cōprehensum est in Lege & Prophetis.* 19 Ascendisti in altū, *&c.* עלית למרום וגו *Quando Deus exercet iudicis officium, tunc dicitur* in altū ascendere: *vel quum reprimit hostium suorum superbiam & proteruiam, tunc manum suam exerit, & ascendit in altum, quemadmodum si victor ascendat in curru triumphali.* Ascendisti igitur in altum, *id est*

potitus es gloriosa victoria, quum inimici tui gloriarētur, & se impunè facere omnia arbitrarentur, tanquam dormires in cælo. Et captiuos *hostes cepisti, qui prius grassati sunt in populum tuum furiosè: illos enim habes in tuo arbitrio.* Deinde accepisti dona in hominib᷒, *id est, fecisti vt tributum pendant tibi hostes qui prius oppresserunt populum tuum tyrannide, tanquam summo Regi.*

rebelles, 'vt inhabitent *in tabernaculo* Iah Dei.

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

20 Benedictus Dominus *qui* quotidie 'confert nobis *bona, &* iste Deus salus nostra. ◻Sélah.

Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.

21 'Iste inquam Deus, nobis est Deus in salutes: & Iehouæ Domino ad mortem *sunt* exitus.

Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

Vt inhabitent *in tabernac. &c.* לשכן יה אלהים *Adverbum,* ad habitandū, ô Iah Deus. *q. d. tu quidē non potitus es victoria solùm contra dedititios, in quibus non fuit tantum virtutis vt auderent contra te consistere, sed etiam rebelles tu domuisti, vt nouerint sese habere domicilium in monte Sionis, vtque intelligant omnes fideles se esse sub eius protectione. In quem sensum Paulus in sua epistola ad Ephesios, 4. b. 8, versum istum adduci, ex doctiorum commentariis in eandem potes discere.* Alij, vt habitet Dominus Deus. *i. vt ostendat se habitare in Ierusalem: hoc est, vt Deus declaret se victorem contra hostes, non sua causa, sed in salutem nostram: id est vt sciamus ipsum residere in medio nostrum, neque unquam destitui eius præsentia.* 20 Confert nobis, יעמס לנו portat nos. apportat [*siue* affert] nobis, *sub. bona.* Alij, onerat nos. *sub. beneficiis suis ingentibus.*

21 Iste *inquam* Deus, nobis, *&c.* האל לנו אל למושעות וליהוה אדני למות תוצאות Iste Deus noster, salutum [*vel.* saluationum] Deus est, & Iehouæ Domini *sunt* mortis egressus. *Vel,* Ipse *est* De᷒ noster, De᷒ *cuius sunt* salutes: Iehouæ Domini *etiā est* mors, *& animarū* exit᷒. *Alij,* Ille Deus nobiscum. Deus auxiliorum, & Iehouæ Domini egressus ad mortem. *Salutes plurali numero dicit, primum vt sciamus etiamsi mille mortes nos obsideant, Deo suppetere satis virtutis ad nos liberandos. Deinde vbi nos hodie eripuerit, si cras inciderimus in nouum periculum, noua etiam salūs erit parata Domino, vt nobis succurrat sicut prius. Deus igitur salutum, hoc est, qui modis omnibus & semper liberare suos potest. Qui vertunt,* Domini exitus *sunt* ad mortē: *significant Dominum posse hostes suos tradere ad mortem quum volet. Alij vertūt,* exitus in morte: *& exponunt, mors non potest præualere quin Dominus seruet suos, etiam quin viuificet, postquam mortui fuerint. Istud,* Domini exitus ad mortē, *potest etiā exponi, si Dominus habet in manu sua egressus à morte: certè ex periculis vulgaribus & quotidianis multomagis nos eripiet: liberat suos à morte mirabiliter.*

'Veruntamen Deus transfiget 22
caput inimicorum suorum, & 'verticem capilli ambulantis in delictis suis.

Veruntamen Deus cõfringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus, 'Ex Bašan 23
reducam *meos*, reducam de profundis maris:

Dixit Dominus, Ex B*asan conuertam, conuertam in profundum maris:*

'Vt rubescat pes tuus sangui- 24
ne,& lingua canum tuorũ, '*sanguine dico* inimicorum, & ipsius.

Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorũ, ex inimicis, ab ipso.

Solennis gratiarũ actio quæ Deo fuit reddita.

'Viderũt incessus tuos Deus, 25
incessus Dei mei, & Regis mei *qui est*

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei qui est

22 Veruntamen Deus transfiget, אף אלהים ימחץ Etiam[Certè] Deus vulnerabit. *siue* vulnerat. *Lethale est vulnus in capite: vbi caput ipsum transfigitur, actum est de vita. Quidam vertunt,* Ergo Deus, *&c.* Verticem capilli. קדקד שער Sing. *pro plur.* verticem capillorum. *i. capillatum. Alij,* cæsariei. *Significat summam partem capitis in qua capilli diuiduntur, parte vna ad dexteram, altera ad sinistrã tendente.* 23 Ex Basan reducam מבשן אשיב *Quidam conuerso ordine vocum,* Restituam *meos sicut* ex Basan. *More Prophetarũ hoc dicit, qui dum prædicant Dei beneficia erga Ecclesiam, proponunt in exemplum liberationẽ illam ex AEgypto. Perinde igitur est acsi dixisset, Deus statuit nos liberare, quemadmodum tunc mirabili sua potentia testatus est quantam curam haberet suæ Ecclesiæ quũ deuicit Og regem Basan, & quum populum suum traiecit per Mare. Sic etiam exponit doctus inter Hebræos.*

24 Vt rubescat, למען תמחץ Propterea rubebit. *Sang. di.* inimicorum & ipsius. מאויביך מנהו *Ad verbum,* de inimicis, de ipso. *sub. sanguine. q. d. de inimicorum sanguine, de ipso inquam sanguine. Aut* de eo, *id est de vnoquoque ipsorum inimicorum: vt* DE EO *sit additũ explicandi gratia. nam quum dixisset,* de inimicorum sanguine, *rursum dicit,* de sanguine inquã singulorum inimicorum. *Alij,* ex inimicis ab ipso. *i. rubescet lingua canum ab ipso sanguine qui effusus fuerit ex inimicis. Alij volunt esse relatiuum sine antecedente, de sanguine eius, nempe Regis qui totius exercitus moderator erat.*

25 Viderunt ראו *sub. qui aderant quum gratias ageret populus in Sanctuario propter victoriam.* Incessus Dei *significãt pompam illam quæ spectata fuit quum solenne sacrificium oblatũ est* Domino. *Vbi vocamur ad audiendum verbum* Domini, *& ad preces publicas,* Deus *quidẽ ipse non apparet visibili modo, sed sumus eius incessus: hoc ita dum in hũc finem agimus conuentus nostros vt quasi vno ore profiteamur fidem nostrã*

& simul vno consensu inuocemus Dominum, *Deus ipse chorum agit, & primas tenet in illo incessu. quod plurimũ alacritatis nobis addere debet, quòd sciamus eum illic inter nos incedere. Quidam per futurum vertunt,* Videbunt: *& sequenti versu,* precedent.

in Sancto. | 'in Sanctitate.

Praeuenerunt principes coniuncti psallẽtibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.
26 'Præcedebant cantores, pòst pulsantes musica instrumenta: in medio, puellæ tympanistriæ.

In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.
27 In congregationibus benedicite Deo, *&* Domino, *vos qui estis* 'ex vena Iſraël.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu:
Principes Iuda, duces eorũ: principes Zabulon, principes Nephthali.
28 Ibi *erat* Biniamin paruulus, dominator eorum, *&* 'principes Iehudáh congregatio ipsorum, principes Zebulún, principes Naphthalí.

Manda, Deus, virtuti tuæ, cõfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis
29 'Præcepit Deus tuus fortitudinem tuam: 'robora ô Deus, hoc quod operatus es nobis — *Victoria Dei est.*

A templo tuo in Ierusalem: tibi offerent Reges munera.
30 'A tẽplo tuo super Ieruſalám: tibi offerẽt Reges munera. — *Populi subiecti Dauidi, id est Christo.*

In Sanctitate. בקדש in Sãctuario. in Sacrario. *templum significat*

26 Præcedebant cantores, *&c.* קדמו שרים אחר נגנים Præeunt cantores, sequuntur canentes organis. *vel,* modulatores. *Præt. Heb. Dauid incessus illos, siue conuentũ illũ populi coactũ ad celebrãdas Dei laudes, describit, de quo præcedenti versu. De puellis, quòd solerent adhiberi mulieres ad solenne carmen decantandum in victoriis, dictum est suprà versu 12.* 27 Ex vena ממקור ex fonte. *id est, qui emanastis vt è fonte, ex Iacob. periphrasis est Iudæorum. q.d. vos qui estis posteri Iaacob, vel ex eius familia.* 28 Principes Iehudah congregatio eorũ שרי יהודה רגמתם *Hebraismus, pro Congregatio principum Iuda illic aderat. Quidã posteriorẽ partẽ vertũt* purpurati eorũ. *Alij,* Lapis eorũ. *id est, robur & fortitudo, vt etiam nonnulli conuerterunt.*

29 Præcepit Deus tuus fortitudinem tuam, צוה אלהיך עזך *Hebraismus, pro, Suppeditauit tibi Deus tantum robur, nequid superbias. Israelem alloquitur: mox conuertitur ad Deum.* Robora, *&c.* עוזה אלהים זו פעלת לנו Fortitudo Deus, hanc operatus es nobis. *Vel,* robur istud ô Deus, fecisti nobis. עוזה *potest esse nomen, & verbum imperatiui modi, teste docto inter Hebræos.*

30 A templo tuo, *&c.* מהיכלך על ירושלם *Istud fini præcedentis versus coniungitur. Ierusalem vocat populum suum electum. Quidam non*

coniungunt præcedentibus, propterea pauculis subauditis vertunt, A tēplo tuo super Ierusalem *prodit tale auxilium*: ob id tibi offerēt, *&c.* A templo tuo, *id est à te. Alij*, A templo tuo in Ierusalaim *prodeat robur tuum: &* afferāt tibi, *&c. quia scilicet hoc tibi referri debet acceptū.*

ʳDisperde congregationem 31
ˢcalami, congregationem ᵗtaurorum ᵘcum vitulis populorum,
ˣ conculcatum cum fragmentis argenteis: ʸdispersit populos qui
ᶻbella volunt.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorū in vaccis populorum: vt excludāt eos qui probati sunt argēto.

Dissipa gentes quæ bella volunt:

Venient ᵃmagni principes ex 32
AEgypto, AEthiopia ᵇcurrere fa
ciet manus suas Deo.

Venient legati ex AEgypto: AEthiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo, ca 33
nite Domino, ᶜᴅSélah:

Regna terræ cātate Deo, psallite Domino:

31 Disperde גער Increpa. *Alii*, Quum disperdideris. Calami, קָנֶה cannæ. arundinis. *i. gentem armatam longis fustibus instar arundinis, lancearios.* Taurorum אבירים *Quidam velut exponētes, vertunt* fortium, *siue* validorum. Cum vitulis בעגלי in vitulis. inter vitulos. *Vocibus istis taurorum & vitulorum designat metaphoricè eos qui proteruiunt & intemperanter insultant bonis & simplicibus. Notat David crudelitatem hostium, quòd ruerent violento impetu cōtra fideles & populum Dei.* Conculcatum cum fragmētis argēteis, מתרפס ברצי כסף gloriantē in incisionibus [vel fragmētis] argenti. *Alii, donec quisque eorum* conculcatus sit in frustis argenti. *i. donec calcandos se præbeāt coram te, vt dent tributū. ita ex doctioribus Hebræorum alter. Siue, donec deiecti, vectigalésque facti, argenti tributa pensitent. Alii, dum* supplicet *quisque* fragmentis argenti. *Quidā*, supplicem in tributis argenti reddendis. *Ita* conculcatū, *exponunt supplicem, qui se veluti conculcandum præbet victori, non mansueto animo, sed rebelli & feroci, paratus rursum insurgere si vires recuperarit.*

Dispersit בזר *Præt. pro imper* dissipa, disperde. Bella volūt. קרבות יחפצו bellis delectantur. quibus cordi sunt bella. *Fut. pro præs.*

32 Magni principes חשמנים *Variè transfertur hæc dictio: nam pro ea quidam vertūt* munera, *alii* satrapas, *alii* viros magnos & duces, *alii* optimates, *alii* præstantiores. *Non desunt inter Hebræos qui existiment fuisse nomen familiæ.* Currere faciet, *&c.* תריץ ידיו לאלהים accelerabit [celeriter protēdet. celeriter exhibebit] curret manibus suis ad Deū. *Hebraismus est, pro, promptè offeret munera Deo, testando obedientiam suam. Dixit de manibus (ait quidā inter Hebræos doctus) currere faciet, quod est proprium pedum: eo quòd manus munera ferant, & subditi manibus offerant tributum. vel quia protendunt manus suas quum volunt petere veniam.*

33 ᴅSelah: סלה *Vide Psal. 3. a. 3.*

Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem.

34 "Equitanti super cælos cælorum antiquitatis: ecce" edit in voce sua vocem fortitudinis.

Ecce dabit voci suæ vocē virtutis, date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubib⁹.

35 "Date fortitudinem Deo: super IƲsraNél" magnificētia eius, & fortitudo eius in cælis.

Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

36 Terribilis es Deus à Sanctuariis tuis: Deus IƲsraNél ipse dat fortitudinem & robora populo: benedictus Deus.

LXVIII.

LXIX.

In finem, pro iis qui commutabuntur, David.

1 "¶ Victori" super ƲSoƲsannim, ipsius Dauidis.

Saluū me fac Deus, quoniam intrauerūt aquæ vsque ad animā meā.

2 Serua me, Deus: quoniā intrauerūt aquæ vsque ad animā.

In fixus sum in limo profundi: & non est substātia.

3 Demersus sum in limū "profundum, & non est

David typus Christi, conqueritur de afflictionib⁹ quas à populo suo, pro eóque patiebatur.

34 Equitanti super cælos cæl. antiq. לרכב בשמי שמי קדם Insidenti cælis cælorum *ab* initio. i. *in extremo cælorum sempiternorum. Hebraismus est, pro,* Regente *cælum amplissimum quod tale ab initio durat.* Edit יתן *Fut. Heb. pro præs. Est autem* Hebraismus, *dat in voce sua vocem robustam. vel, prævalidam.* Vocem Iehouæ *vocat tonitru. quum igitur audimus tonitrua, sciamus* Deū *ipsum loqui, hoc est sensibilē reddi.*

35 Date fortitudinem Deo תנו עז לאלהים *id est, Date laudem fortitudinis.* Hebraismus, *pro,* Referte Deo *omnes acceptas vires. vel.* Laudate Deum *à potentia.* Hortatur *homines vt sentiant hanc* Dei *potētiam quæ illis apparet, illúmq; satis esse potentē contra omnes hostes. q. d.* Agnoscite *virtutem eius huc spectare vt* Ecclesia *seruetur.* Magnificentia eius, גאותו splendor eius. In cælis. בשחקים in nubibus.

36 A Sanctuariis tuis: ממקדשיך à Sacrariis tuis. *i. propter gloriā quæ habitabat in* Sanctuario *tuo.* Vnū *erat* Sanctuariū: *plurali autem numero vtitur, quòd templum constaret tribus partibus, quarum prima vocabatur* אולם *porticus, altera* היכל *templum externum, tertia* דביר *oraculum, adytum, pars templi interior.* Ita Hebræi. Terribilis igitur à Sanctuariis tuis, *id est à templo, hoc est propter opera tua quæ proficiscuntur à te habitante in templo tuo.*

IN PSAL. LXIX.

1 Victori למנצח Vide *Psal.* 4. *a.* 1. Super ƲSoƲsannim על ששנים Vide *Psal.* 45. 2 Aquæ vsque ad animā. מים עד נפש Hebraica *phrasi dicuntur aquæ vsque ad animam intrare, pro, omnibus afflictionibus vsqueadeo premi vt de vita periclitemur, & propè suffocemur.* 3 Profundū, מצולה Hebraicè, *profundi, aut voraginis,*

'firmatus: veni in profunda a-
quarum, '& fluxus *aquarum* 'o-
perit me.
4 Delassatus sum clamãdo, sic-
catum est guttur meum: defece
runt oculi mei 'dum expectarẽ
Deum meum.
5 Plures sunt quàm capilli ca-
pitis mei qui odio habent me
sine causa: 'roborati sunt qui
disperdũt me inimici mei abs-
que causa: quæ non rapui, tunc
'reddidi.
6 Deus tu 'nosti stultitiã meam,
& delicta mea à te nõ sunt abs-
condita.
7 'Ne pudore afficiantur in me
qui expectant te: Domine Ieho
ua exercituũ: ne erubescãt in me
qui quærunt te, Deus Iſraël:

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

Laboraui clamans, rauca factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persequuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tũc exoluebam.

Deus tu scis insipientiã meam, & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescãt in me qui expectant te Domine, Do*mine virtutum:*

Non confundãtur super me qui quærunt te, Deus *Israel:*

Propter peccata nostra patitur Christus.

Precatur ne ob afflictiones suas auertantur fideles à se.

Firmatus מעמד roboratus.*sub.limus.* Quidam cõuertunt, firma consistentia. *Alij*, statio. *Alij*, nec est vt queam subsistere. *Quidã Hebræorum exponit, Et non est vllum membrorum meorum statutum, siue firmatũ & roboratum. i. non est vllum membrum quod sustentetur, siue subsistere queat.* Et fluxus ושבלת & cursus.*sub.aquarum. Gallicè, le fil de l'eaue. Vide plenã loquutionẽ paulo pòst, versu* 16. Operit me. שטפתני *Præt. Heb. pro præs.* inundat. rapit. obruit me.

4 Dũ expectarẽ, *&c.* מיחל לאלהי à suspiciendo ad Deum meum.

5 Roborati sunt עצמו confortati sunt. inualuerunt. aucti sunt. *Ad quantitatem referri debet: nam repetit more suo eandem sententiam.*

Reddidi. אשיב *Fut. Heb. pro præt.* rependi. *aut*, rependebam. *Vel fut. pro præs.* rependere cogor. *q. d. non tantùm direptæ sunt facultates meæ & fortunæ, vt solet fieri, sed ego passus sum tanquã fur & raptor.*

6 Nosti ידעת *Ironica loquutio. q. d. Tu ipse scis* Domine *illos mihi facere iniuriã. ita me accusant acsi aliquod scelus admiserim: sed tu nosti meam integritatem: ego certè mihi bene conscius sum, & tu eris mihi optimus testis.* 7 Ne pudore afficiantur אל יבשו *Commemorat quid mali instet si visus fuerit relinqui à* Domino*: nempe quòd multi inde accipiẽt materiam desperationis. Ne igitur pudefiant vbi me viderint relictum, & passum fuisse repulsam, vel saltem si nullus appareat fructus mearum orationum.*

Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit cõfusio faciem meam.	8	Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.	
Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ:	9	Alienus factus sum fratribus meis, & extraneus filiis matris meæ:	
Quoniã zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.	10	Quia zelus domus tuæ exẽdit me, & probra eorũ qui probris afficiunt te, reciderunt super me.	*Iohan. 2. d. 18* *Rom. 15. a.*
Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.	11	Et fleui, in ieiunio *afflixi* animam meam: & fuit in opprobrium mihi.	*Irrisiones in Christum.*
Et posui vestimentũ meũ cilicium: & factus sum illis in parabolam.	12	Et posui vestimentũ meum saccũ: & fui eis in parabolam.	
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.	13	Loquebantur contra me sedentes in porta: & cantiones *factus sum* bibentibus vſechár.	

8 Confusio כלמה ignominia. 9 Alienus factus sum מוזר הייתי Alienus habitus fui. 10 Zelus domus tuæ קנאת ביתך Zelum domus Dei *vocat studium quod impendere debemus in cultum Dei, & veram religionem, cuius peculiare domicilium erat domus Domini.* Reciderunt super me. נפלו עלי *i. perinde affectus fui acsi meipsum impeterent, videndo ita blasphemiis expositũ esse nomen tuum, quum alij soleant suis tantum contumeliis moueri.*

11 In ieiunio בצום *Doctus inter Hebræos subaudit coniunctionem. & verbũ Afflixi, sic,* & in ieiunio afflixi animam meam. *Integra loquutio legitur in Psal. 35. c. 13, Affligebam in ieiunio animam meam. q. d. iugiter ieiunaui. Chaldæus paraph.* Et fleui in ieiunio animæ meæ.

Et fuit in opprobrium m. ויהי לחרפות *Potest esse verbum secundæ personæ,* fuisti. *i. tua causa probris affectus sum, quòd flerem te iniuriis affici.* 12 Et posui vestimentũ meum saccum ואתנה לבושי שק *Hebraismus, pro, habui saccum pro veste. vel imposui mihi saccum loco vestis. Psal. 35. c. 13, dicit, Vestimentum meum saccus. Et 1. Reg 20. f. 32, Accinxerunt lumbos saccis. Et 2. Reg. 19. a. 1, Et opertus est sacco. Solebant, quoties volebant suscipere aliquod solenne ieiunium, simul etiam induere saccos. talis fuit mos orientalium. Vide Amos 8. c. 10.* In parabolam. למשל in prouerbium. *q. d. quum de vili aliquo homine loquebãtur, eum mihi comparabant.* 13 Et cantiones *factus sum* ונגינות *Vox Hebræa significat cantiones ad instrumenta musica. q. d. de me componebãt suos versus & cantilenas.*

Non cessat orare in angustiis.

14 ʼAt ego orationem meam *conuerto* ad te Iehoua, tempore beneplaciti: Deus, propter multitudinem misericordiæ tuæ exaudi me, ʼpropter veritatem salutis tuæ.

Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ.

15 Erue me è luto, ʼ& ne infigar: fac eripiar ab odio habentibus me, & è profundis aquarum.

Eripe me de luto, vt nō infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.

16 ʼʼNe inundet me decursus aquarum, nec absorbeat meʼ profundum, néve claudat super me puteus os suum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.

17 Exaudi me Iehoua, quoniam bona est misericordia tua, secūdum multitudinem miserationum tuarum respice ad me:

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationū tuarum respice in me.

14 At ego orationem meam, &c. ואני תפלתי לך יהוה עת רצון *Noster interpres vertit locum istum iuxta illud Iesa.55.b.6,* Quærite Dominum *dum inueniri potest, & inuocate eum dum propè est. Ad verbum,* Et ego oratio mea ad te, tempus beneplaciti Deus. *Hebraismus, pro,* Tunc *ego ad te oraui: & oratio mea, erat tempus beneplaciti ô Deus. Id est,* Te *oraui vt adueniret tempus in quo me exaudires: qua exauditione declarares tuam erga me bonam voluntatem. Vide* EGO *similiter positū Iesa. 45.b.10. & 1.Paral.22.b.7. Alij vertunt,* Et ego, precatio mea ad te Iehoua, tempus beneplaciti Deus. *& putant Dauidem referre verba quæ tunc in animo conceperat. q.d. Tempus nunc est turbulentum, nō apparet mihi quicquam auxilij, erit tamen tempus serenū, vbi te propitium ostendes mihi.* Propter veritatem salutis tuæ. באמת ישעך in veritate salutis tuæ. *i. iuxta promissiones tuas veras.* Veritatem salutis *posuit pro salute veraci, vel certa. q.d. Domine tu quidem propensus es ad misericordiam, & ex hoc fonte manant promissio es tam benignæ quibus nos ad te inuitas: sed non minus est certa tua salus. i. tu verax es in promissionibus, præstas haud dubiè & absque fallacia quod possumus ex te sperare.* 15 Et ne infigar. ואל אטבעה Et ne immergar, *pro, vt non immergar.* 16 Ne inundet me, &c. אל תשטפני שבלת מים Ne transuersum rapiat me cursus [fluxus] aquarum *i. Ne adobruat me tempestas vndosa. Hîc integra est loquutio, quæ suprà versu 3, est imperfecta.* Profundum, מצולה vorago.

Et ne auertas faciē tuā à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me.	18	Et ne abſcondas faciē tuam à ſeruo tuo, quoniam anguſtia eſt mihi: 'feſtina, exaudi me.	
Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.	19	'Appropinqua animæ meæ, redime eam: propter inimicos meos redime me.	
Tu ſcis improperiū meū, & confuſionem meam, & reuerentiam meam: *In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miſeriam:*	20	Tu noſti probrum meum, '& pudorē meum, & ignominiam meam: coram te ſunt omnes hoſtes mei.	
Et ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni.	21	Probrū 'contriuit cor meum, & dolui: & expectaui qui condoleret, & non fuit: & cōſolatores, & non inueni.	*Nemo illum conſolatur.*
Et dederunt in eſcā meā fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.	22	Et dederunt in eſcam meam fel, ‖& in ſiti mea propinauerūt mihi acetum.	*Matth.27.f.48* *iohan.19.e.28*
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: & in retributionem, & in ſcandalum.	23	‖'Sit menſa eorum coram eis laqueus: '& *quod* ad paces, in offendiculum.	*Iud. eorum ruinæ ob contemptum Chriſtum.* *Rom.11.b.9*

18 Feſtina, exaudi me. מהר ענני *Duo imperatiua ſine coniunctione, quorum alterum verti debet in futurum,* Feſtina exaudire me. *vel, vt* me exaudias. *Aut primum vertendum per aduerbium* Feſtinanter *aut* celeriter exaudi me. *Quidam,* propera *&* exaudi me.

19 Appropinqua animæ meæ, red. eā: קרבה אל נפשי גאלה *Rurſum imperatiua ſine coniunctione, pro,* Appropinqua *ad animam meam vt redimas eam. Hoc dicit, quia Deus ad tempus Dauidem deſeruiſſe viſus fuerat. neque enim ſtatim fuerat auxiliatus ei quum vrgerent eum hoſtes.*

20 Et pudorem meum, ובשתי & confuſionem meam.

21 Contriuit, &c. שברה לבי ואנושה ואקוה לנוד *Quidam vertūt hoc præteritum cum futuris per pluſquam perfect. & imperf.* fregerat cor meum, & afflictabat: & expectabam qui conſolaretur. *vel,* contriſtaretur. 23 Sit menſa eorum, &c. יהי שלחנם וגו׳ *De menſa metaphoricè loquitur, acſi diceret, Quicquid eſt illis viuificum & ſalutare, hoc in laqueum vertatur.* Et *quod* ad paces, in offendiculum. ולשלומים למוקש & pro pacibus, in rete. *i. vt Hebræi exponunt, quum expectauerint pacem, vertantur paces in offendiculum. hoc eſt pereant iis rebus quas putabant ſibi fore ſaluti, & proſperè ceſſuras. Quidā vertunt,* Et *vbi* pacem *ſperant, illic* impingant.

24 ʹObscurētur oculi eorum neʹ videant:& lumbos eorum semper nutare fac.

Obscurentur oculi eorum ne videāt:& dorsum eorum semper incurua.

25 Effunde super eos irā tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Effunde super eos iram tuam:& furor iræ tuæ comprehendat eos.

Act.1.d.20 26 |Sit palatium eorum desolatum, in tabernaculis eorum non sit qui habitet:

Fiat habitatio eorum deserta:& in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet:

27 Quoniam eum quem percussisti,ʹpersequuntur, & de dolore vulneratorū tuorūʹnarrant.

Quoniam quem tu percussisti,persequuti sunt, & super dolorem vulnerū meorum addiderunt.

28 ʹPone iniquitatem super iniquitatē eorum;ʹnec ingrediantur ad iustitiam tuam.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & nō intrēt in iustitiā tuam.

24 Obscurentur oculi eorum, &c. ʹתחשכנה עיניהם וגו Oculi *pro ratione mentis & sensus hîc accipiuntur: vt* lumbi *pro viribus quæ suppetunt ad exequenda consilia.q.d.priua eos ratione & sensu:priua etiam eos viribus,vt ad agendum prorsus sint inutiles.*

27 Persequūtur רדפו *Præt.Heb.pro præs.i.nō cōtenti plagis tuis,ipsi etiā persequuti sunt eos qui iam erāt vulnerati tua manu. Alij exponūt, finxerūt & gloriati sunt se habere iustā causam quū me persequerentur, acsi tu mihi iam esses infensus.ergo finxerunt se esse ministros iræ tuæ. Alij verò sic,* Quem tu percussisti, *id est qui tua causa erat percussus, & propter nomen tuum.* Narrant. יספרו *Fut.Heb.pro præs.i.iactant se dolore afficere quos vulnerari iubeas: tanquam zelo faciant.* Quidam *vertunt,* Et super dolorem vulneratorum tuorum addiderunt. *Alij exponunt,consiliū inter se inierunt quomodo augerent dolores vulneratorū tuorū.* Vulneratos Dei *intelligit,nō quos Deus vulnerarit,sed qui vulnerati erant sub eius vexillo: quemadmodum si haberet suos milites qui præliarentur sub eius auspiciis. Iuxta hunc sensum Paulus se vocat vinctū Christi,quòd teneretur in vinculis ob Christi causam. Sic circa finem huius psalmi versu 34,vocat vinctos* Dei.

28 Pone iniquitatē,&c. תנה עון על עונם *Hebraismus,pro,Permitte vt iniquitatem iniquitati cumulent, desere eos in iniquitatibus suis, nec iustos pronunties illos: non inueniant pœnitentiæ locum. Quum aliquis perdendus est, Dominus illū destituit suo Spiritu, & conijcit in sensum reprobum:neque id modò,sed etiam conijcit eum in laqueos satanæ.*

Nec ingrediantur ad iustitiam tuam: ואל יבאו בצדקתך *hoc est,nūquam resipiscant: vel,nunquam eos iustifices,aut nunquā absoluas eos. Quidā vertūt,* Da pœnā super iniquitatē eorū. *quod est valde durū.*

Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.

29 'Deleantur è libro viuētium, & cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper & dolēs: salus tua, Deus, suscepit me.

30 Ego autem sum afflictus & dolens: salus tua, Deus, 'in loco alto statuet me.

Laudabo nomen Dei cum cātico, & magnificabo eum in laude:

31 *Tunc* laudabo nomen Dei 'cū cantico, & magnificabo illud cū celebritate:

Laudat Christus Patrem, quòd cruce glorificatus sit.

Et placebit Deo super vitulum nouellū cornua producentem & vngulas.

32 Gratius erit Iehouæ 'quàm bos vitulus cornua producens & vngulas.

Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra:

33 'Videbūt *hæc* humiles, & gaudebunt, & 'quærentes Deum, & viuet cor vestrum.

Exhortatio ad quærendū Deum & laudandum.

Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.

34 Quoniam audit pauperes Iehouáh, & vinctos suos non despicit.

Laudent illum cæli & terra, mare & omnia reptilia in eis:

35 Laudent eum cæli & terra, maria, & omne repens in eis:

Quoniam Deus saluam

36 Quoniam Deus 'seruabit

29 Deleantur, &c. 'ימחו וגו .i. *ne recenseas eos in numero filiorū tuorum: & si locum habuerint in Ecclesia tua, inde eos exturba, & abijce, ne amplius locum obtineant inter fideles. Ad externam speciem Ecclesiæ respexit Dauid, in qua impij magnificè se efferunt pro Dei filiis, & superbiūt externo titulo.* 30 In loco, &c. ישגבני eleuet me. *i. in loco sublimi, ac proinde tuto, statuat me. hoc est, tu auxilio tuo me iuues. Alij,* protegat. *Alij,* extulit. 31 Cum cántico, בשיר .i. *Canticū in laudē Dei componā, quo celebrabo eam redemptionē quæ nondū mihi apparet, sed tamen certa est.* 32 Quàm bos vitulus, &c. 'משור פר וגו *Secūda voce voluit exprimere ætatem bouis: acsi dixisset, etiamsi bos oblatus fuerit in flore ætatis, & selectissimus, sitq́ue quasi opimū & optimum sacrificiū, tamen pluris est gratiarum actio coram Deo. Dicit cornutum & vngulatum: nam tunc sunt tenerrimi iuuēci quū incipiunt producere cornua & vngulas.* 33 Videbunt *hæc* humiles, ראו ענוים *Præt. Heb. pro fut.* Videbunt *hæc* mansueti. *vel,* afflicti. Quærentes Deum, דורשי אלהים inquirētes Deum. *sub. videbitis. nam crebra sunt mutationes personarum. Videbitis vos qui studio Dei tenemini, & reuiuiscet animus vester qui præ metu emori videtur.*

36 Seruabit, &c. יושיע ציון ויבנה *Futura Heb. pro præs. Deus est qui saluat Sion, & ædificat, &c.*

ᵡSiión, & ʳ ædificabit ciuitates
Iehudáh: & habitabũt ibi, & hæ-
reditate accipient eam.
Et ſemen ſeruorum eius hæ- 37
reditate accipient eam: & dili-
gentes nomen eius habitabunt
in ea. LXX.

¶ ᵃVictori, ipſius Dauidis, ᵇad 1
commemorandum.

Celerem opem ſibi orat, & vltionem de hoſtibus.

DEus vt eruas me, Iehouáh 2
ad auxilium mei feſtina.
Pudore afficiantur, & erube- 3
ſcant quærentes animã meam:
conuertantur retrorſum, & eru-
beſcant volentes malũ meum.
ᶜConuertantur ᵈpro mercede 4
pudoris ſui, qui dicunt, Euge,
euge.

Lætitia fidelibus videntibus eum liberatum.

ᵉ Gaudeant, & lætentur in te o- 5
mnes quærentes te: & dicãt ſem

faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabũt in ea.

LXIX.

In finẽ, Pſalmus David, in rememoratione, quòd ſaluum fecerit eum Dominus.

DEus in adiutoriũ meũ intẽde: Domine ad adiuuandũ me feſtina.
Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.
Auertãtur retrorſum, & erubeſcant qui volunt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultẽt & lætẽtur in te oẽs qui quærũt te, & dicãt

Et ædificabit ויבנה & inſtaurabit. *Spiritu prophetico reſpexit David ad clades Eccleſiæ: ſciebat enim multa mala inſtare populo Dei. Incipit à templo, quum dicit,* ſeruabit Siión: *poſtea comprehendit totum regnum. Quoniam ergo templũ erat quaſi certum pignus gratiæ Dei, David exordium illinc facit, quum vult promittere certam ſalutem à Domino, & ſibi & aliis fidelibus, & ſedem perpetuam.*

IN PSALMVM LXX.

1 Victori למנצח *Vide Pſal. 4. a. 1.* Ad commemorandũ. להזכיר *Vide Pſal. 38. Quidã vertunt,* ad reminiſcendũ. *Alij,* ad narrandũ. *i. memoria dignus. videtur hoc adijcere, quòd formulam orandi contineat hic Pſalmus, quam ſequi debent fideles. Pſalmus iſte deſumptus eſt ex Pſalmo XL, à 14 verſu ad finem vſque. Vide & Pſalmi 35, verſum 26 & 27.*

4 Conuertantur ישובו Reuertantur retrorſum. Retro agantur. Repellantur. Abeant retrorſum. *q. d. Fruſtrati ſpe ſua abeãt, pro mercede pudoris quo me afficere conabantur. Hîc enim* pudor, *ſiue* confuſio *actiuè accipitur: neque enim intelligit David confuſionem quæ obruet hoſtes, ſed quã ipſi moliti ſunt.* Pro mercede על עקב, in finem. *q. d. tandem obruas eos cõfuſione, vt pereant. Alij,* pro veſtigio, *id eſt fraude & occultis inſidiis. i. Pudore affecti abeant quòd inſidiati ſint mihi.*

ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris. LXX.

Pſalmus David, filiorũ Ionadab, & priorum captiuorum.

IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurẽ tuã: & ſalua me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt ſaluum me facias,

Quoniam firmamentum meũ, & refugiũ meũ es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu cõtra legẽ agẽtis & iniqui:

Quoniam tu es patiẽtia mea Domine, Domine, ſpes mea à iuuentute mea.

per, 'Magnificetur Deus, qui amant ſalutem tuam.
6 Ego autem afflictus & pauper
ſum, *propterea* Deus feſtina ad
me: auxilium meum, & erutor
meus es, *propterea* Iehoua ne tardaueris. LXXI.

1 IN te Iehoua ſperaui, ne pudo
re afficiar 'in æternum. *Certus David de Domini ope, cõtra Abſalõ opem eius implorat.*
2 In iuſtitia tua 'eripe me, & e-
rue me: inclina ad me aurẽ tuã,
& ſerua me.
3 Eſto mihi 'robuſtũ habitacu-
lũ, vt *illud* ingrediar iugiter: 'præ
cepiſti ſeruare me, quia petra
mea, & munitio mea es tu.
4 Deus mi erue me è manu im-
pii, è manu peruerſi & violenti: *Quum à iuuentute fiduciã habuerit in Deo, orat vt etiam in ſenectute fidat.*
5 Quoniam tu es expectatio
mea, Domine Iehoua, fiducia
mea ab adoleſcentia mea.

5 Magnificetur Deus, יגדל אלהים *Hæc verba ſunt interpoſita, quod frequens eſt Hebræis, pro,* Et qui diligunt ſalutẽ tuam dicant ſemper, Magnificetur Deus. *q.d. qui abs te ſolo, non ab humanis præſidiis, aut ſuis conſiliis opem quærunt, dicant perpetuo,* Magnus habeatur, *vel* appareat Deus.

IN PSALMVM LXXI.

1 In æternum. לעולם vnquam. *Duplex eſt ſenſus: poteſt enim ita exponi, Domine tu quidẽ nunc me vides cõfuſum, at ne permittas vt hoc ſit perpetuum, porrige tandem manum miſero, & me libera ab hac cõfuſione, atque eripe poteſt etiam ſic,* Ne vnquam cõfundar, *ſed ſemper me ſuſtine. Idem principium habet & Pſalmus 31.*

2 Eripe me, תצילני *Fut. Heb. pro Imperat. ſiue optatiuo,* eripias. *Vide ſecundum verſum Pſalmi 31.*

3 Robuſtum habitaculum, לצור מעון *Ad verbum,* in rupẽ fortitudinis. *vel* roboris. *Frequẽtes nanque rupes erãt in Terra ſancta, in quas ſe recipiebant metu hoſtium.* Præcepiſti, צוית *Præteritum pro futuro, & futurum pro optatiuo,* Mandes vt me ſeruent. *ſub. Angeli tui. Nonnulli præteritum ſeruant, ſubaudientes* Quemadmodũ, *ac vertẽtes,* Quemadmodum præcepiſti vt me ſeruarent. *Quidam exponunt,* mã

*dasti,pro,ita apud te statuisti,ac promisisti.*Mandatum *istud est in verbo suo & promissionibus.*

6 Tibi innixus sum ab vtero, è visceribus matris meæ tu extractor meus es: de te laus mea semper.

In te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meæ tu es protector meus:

7 Tanquam portentũ fui multis: *attamen* tu fiducia mea prævalida.

In te cantatio mea semper. tanquã prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.

8 Repleatur os meum laude tua, tota die gloria tua.

Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuã, tota die magnitudinẽ tuã.

9 Ne abiicias me tẽpore senectutis: quum defecerit fortitudo mea, ne derelinquas me:

Ne proiicias me in tempore senectutis: quum deficiet virtus mea, ne derelinquas me:

10 Quia loquuti sunt inimici mei de me: & obseruantes animã meam, consilium inierunt pariter,

Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,

11 Dicendo, Deus dereliquit eũ, persequimini: & comprehendite eum: quia non est qui eruat.

Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & cõprehendite eum: quia nõ est qui eripiat.

Perseuerantia in oratione.

12 Deus ne elõgeris à me: Deus mi ad auxilium meum festina.

Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxiliũ meũ respice.

13 Pudore afficiantur, pereant aduersarii animæ meæ: operiantur probro & pudore quærẽtes malum meum.

Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusionè & pudore qui quærũt mala mihi.

6 Tibi innixus sum, &c. עליך נסמכתי וגו׳ *Eadẽ sentẽtia quæ & psal. 22, versu* 10. Laus mea תהלתי gloriatio mea. *q. d. de te glorior indesinenter.* 8 Repleatur ימלא Replebitur. *promittit Deo se gratũ fore postquam seruatus fuerit: simul etiam promittit sibi liberationẽ à* Do*mino. q. d. quotidiana erit ista mea meditatio, vt celebrem tuũ auxiliũ.* 10 Loquuti sunt ini. m. de me, אמרו אויבי לי *Præt. pro præs. vt quidam vertunt,* loquuntur inimici mei contra me. 13 Pudore afficiantur יבשו *Vel per futurum,* Cõfundentur, *&c. frustrati scilicet sua opinione.*

Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam.

14 Ego autem semper expectabo,&adiiciam super omnẽ laudem tuam. *Constantia fidei & confeßionis.*

Os meum annuntiabit iustitiam tuam,tota die salutare tuum.

15 Os meum narrabit iustitiam tuã,quotidie salutem tuã: tametsi non nouerim numeros.

Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potẽtias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ soli⁹.

16 Ingrediar in potentias Domini Iehouæ: recordabor iustitiæ tuæ solius.

14 Laudem tuam, תהלתך *Singul.pro plur.* laudes tuas. *quibus scilicet te laudare solebam. nam me nouis beneficiis semper afficis: vnde & ego pergã in te laudãdo.* 15 Iustitiam tuã צדקתך *Iustitia Dei refertur ad illam fidem promissam quam seruat suis postquam semel suscepit eos in tutelam suam:quia nunquam illos abiicit,sed tuetur perpetuò.* Iustitia & salus *idem significant: nisi quòd iustitia causam ostendit cur Deus suos liberet. Ego,inquit,celebrabo perpetuò fidem illam quam seruas in liberandis tuis.* Tametsi non no.*&c.* כי לא ידעתי ספורות *.i.quãuis salus tua sit mihi incomprehensibilis,& excedat captum mẽtis meæ. Alii retinent propriã significationem* כי, quia non noui numeros. *sub. beneficiorum tuorum. q.d. quia tot sunt beneficia tua vt nullo numero cõprehendi poßint: ideo quotidie celebrabo tuam salutem.* Nam *nihil est quod nos magis excitare debeat,& studium nostrum accẽdere ad laudes Dei canendas,quàm vbi toties & tot ac tam variis modis nos tuetur,vt bonitas eius immensa sit erga nos.* 16 Ingrediar in potentias Domini Iehouæ, אבוא בגבורות אדני יהוה *Hebraismus,pro aggrediar narrare fortia facta tua.* Anteced. *pro relat. Vel,adiiciam animum ad contemplãdam fortitudinem tuam, qua vteris in iuuandis tuis.* Dum *enim nõ respicimus in* Deum,*collapsi iacemus:vbi autem attollimus mentes nostras sursum, & agnoscimus* Deum *esse nostrum liberatorem, tunc sumus in ipso fortes. Quidam vertunt,* Incedã in virtutibus Domini Iehouæ. *Alij,*veniam *ad bellũ* in fortitudinibus Domini Iehouæ.*i.fortitudine Domini fretus.* Ingredi,*vel* incedere.*est manere in firmo & perpetuo statu.etiamsi multa mala ingruãt,non deficere,quicquid accidat,nec declinare à recta via,neque retrocedere, & alienare se a* Deo.*q.d. etiamsi lõgè plura & grauiora mala mihi impẽdeãt,ego sẽper incedã fretus ei⁹ virtute.nã seruator est meus,& satis habet potẽtiæ ad me liberandũ.* Recordabor iustitiæ tuæ solius. אזכיר צדקתך לבדך *.i. ego non vagabor(vt homines profani faciunt)in variis fiduciis, non circunspiciam huc & illuc vt certus sim de salute mea, sed in te vno tantùm figam omnes sensus meos, & in illa tutela quam mihi pollicitus es. Id significat nomen* Iustitiæ,*de qua præcedenti versu.* Ego *nõ meæ industriæ vel cõsilio innixus, non fretus ope humana salutem mihi promittam,sed tu eris mihi vnus seruator:quia iustus es,seruans promißi.*

Commemorat Dei beneficia post varias afflictiones.

Deus 'docuisti me ab adole- 17
scentia mea, '& hactenus annũ-
tiaui 'mirabilia tua.

Quin & vsque ad senium & 18
canitiem, Deus, ne derelinquas
me: donec annuntiem brachiũ
tuum 'generationi, omni qui vẽ
turus est 'fortitudinem tuam:

'Et iustitiam tuam, Deus, *quæ* 19
est vsque in excelsum, quia feci-
sti magna: Deus quis sicut tu?

Tentationibus victis amplius fidere discimus.

Qui 'ostendisti mihi angu- 20
stias multas & malas,

Deus docuisti me à iuuẽtute mea: & vsque nunc pronũtiabo mirabilia tua.

Et vsque in senectam & seniũ, Deus, ne derelinquas me:

Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est:

Potentiam tuam & iustitiam tuam, Deus, vsque in altißima quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?

Quãtas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas

17 Docuisti me למדתני. *i. Tu ostendisti quantopere debeam tibi confidere. Deus docet nos verbo & factis. Verbo docet nos, quum promittit, etiamsi rem ipsam non ostendat oculis. Docet etiam effectu, quum succurrit in necessitatibus & manũ suam porrigit.* Et hactenus 'annũtiaui ועד הנה אגיד Fut. *Heb.* & vsque in præsens annũtiabo. *Alij,* annuntio. Mirabilia tua. נפלאותיך absconditа tua. Hoc *nomine exprimit* David *magnitudinẽ gratiæ Dei. q. d. verbis complecti nequeo quã magnificè mecum egeris, superant captum meum beneficia tua.* Significat *his verbis se non fuisse edoctum vna gratia, neque semel, sed perpetuò. & quoniam nõ desierat monere ipsum, & multis documẽtis testatus fuerat se curam salutis eius habere, nihil aliud supererat nisi vt eius mirabilia celebrare non cessaret.* 18 Generationi, לדור Singul. *pro plur. & posteros intelligit. Mirus feruor* Davidis *in celebranda bonitate* Dei: *nõ enim voluit suis æqualibus tantùm, & præsenti seculo illam esse testatam, sed posteris quoque.* Perge *(inquit) ô Domine seruare me vsque ad finem vitæ meæ, donec (sine vsque adeo) vt laudes quas tibi canã, perueniãt ad futuras generationes.* Fortitudinem tuam, גבורתך robur tuum. *i. quàm potenter me liberaueris. vel, quale, & quàm illustre documentum ostenderis potentiæ tuæ & roboris tui in me seruando.*

19 Et iustitiam tuam, וצדקתך Quidam *in nominatiuo vertunt, vt sit principiũ alterius sentẽtiæ.* Iustitiã Dei *vocat, vt in præcedẽtibus, auxilium sibi allatum à* Deo, *quemadmodũ promiserat.* Eam *vocat excelsam & sublimẽ, quòd non possit comprehendi humano sensu. quis enim cõprehendat suo ingenio modum & rationem quam obseruat* Deus *in liberandis suis?* 20 Ostendisti mihi הראיתני fecisti me videre. Hebraismus, *pro, Qui afflictiones magnas & difficiles experiri me fecisti.* Non *tribuit fortunæ quod iactatus fuerit per varias tribulationes, sed hoc totum tribuit* Deo.

& cõuersus viuificasti me: & de abyßis terræ iterum reduxisti me:

'reuersus viuificasti me : & ex voraginibus terræ'conuersus ascendere fecisti me:

Multiplicasti magnificẽtiam tuam: & conuersus cõsolatus es me.

21 'Auxisti magnitudinẽ meã,
'& conuersus consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuam, Deus: psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

22 Etiam ego celebrabo tibi instrumento nébel veritatem tuã Deus mi: cantabo tibi in cithara, sanctе IsraЁlis.

Laus & gratiarũ actio pro omnibus beneficiis.

Exultabunt labia mea quum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.

23 'Exultabunt labia mea quũ canam tibi, & anima mea quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: quum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

24 Insuper lingua mea'tota die loquetur de iustitia tua: quia pudore affecti sunt, quia *inquam* ignominia affecti sunt quærentes malum meum.

Reuersus viuificasti me: תשוב תחייני *Futura* Heb. cõuerteris, viuificabis me: *pro præteritis*, conuersus es, viuificasti me. *Alij*, Cõuersus viuificasti me. *Ita solent vertere quoties duo verba coniunguntur sine coniunctione. Alij*, restituisti me, & recreasti. *Ista conuersio, hoc est ista mutatio ostendit à solo* Deo *esse vitam, quum scilicet mors antè apparuit, & postea repentè vita nobis affulget.* Conuersus, &c. תשוב תעלני *Fut.* Heb. *etiam sine coniunctione*, reuertêris, ascẽdere facies me. *pro*, conuersus [*siue* placatus] reuocasti me *nempe à morte ad vitam. Alij*, iterum reduxisti me. *vel*, extulisti.

21 Auxisti magnitudinem meam, תרב גדולתי *Fut.* Heb. *pro præt.* Auxisti magnificentiã meam. Multiplicasti dignitatem [*vel* amplitudinem] meam. *Fuit hoc non vulgare* Diuinæ *bonitatis pignus, quòd non tantùm pristinam fortunam restituit seruo suo, sed & in subliniorem honoris gradum ipsum extulit.* Et conuersus consolatus es me. ותסב תנחמני *Fut.* Heb. *sine cõiunctione. ad verbum*, & circuibis, cõsolaberis me: *pro*, & cõuersus cõsolatus es me. *Alij*, & rursum consolatus es me. *vel* placatus es mihi. *Tertio repetit non idem verbũ, sed eiusdem significationis. nam oportuit Deum aliquandiu latere quasi haberet faciem absconditam à* Dauide, *& tergum duntaxat illi ostenderet, vt tandem sentiret, vnde esset vita.*

23 Exultabunt תרננה Ouabunt. Laudabunt.

24 Tota die loquetur, &c. כל היום תהגה צדקתך quotidie meditabitur iustitiam tuam.

Sub typo regni Salomonici erat aduenire regnũ Dei per Christum.

Pax & iustitia per Christum.

"Ipsi "Selomóh. LXXII. 1

Deus "iudicia tua Regi da,& iustitiam tuam filio Regis:
"Iudicabit populũ tuũ in iu- 2
stitia, "& pauperes tuos in iudicio.
Afferent montes pacem po- 3
pulo,& colles "ob iustitiam.
"Iudicabit pauperes populi, seruabit filios pauperis, "& confringet calumniatorem.

LXXI.

Psalmus in Salomonem.

Deus iudiciũ tuũ Regi da, & iustitiam tuam filio Regis:

Iudicare populum tuũ in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacẽ populo, & colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

IN PSALMVM LXXII.

1 Ipsi Selomóh, לשלמה Ipsius Selomóh. *i. à Salomone scriptus.* Alij, De Selomóh. *sub. psalmus à Dauide scriptus. Precatur David in persona totius Ecclesiæ, vt regnum quod semel erexit, & cuius ipse initium fuerat, perpetuò tueatur & conseruet in Salomone filio suo. Obiter regnũ Christi describitur.* Iudicia tua, *&c.* ומשפטיך *q. d. O Deus guberna spiritu iustitiæ & iudicii Regem nostrum: fac etiam vt tua virtute instructus obtineat partem tuam quam dedisti. Per iudicia & iustitiã, intelligit bene compositum regimen regni. Opposuit enim Tyrannicæ dominationi hæc iudicia & hanc iustitiam.* Da *igitur* filio Regis, *id est, successoribus. Respicit ad illam promissionem Psal. 132. c. 11, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et 2. Sam. 7. b. 14, Statuam semen tuum post te quod egredietur è ventre tuo, & firmabo regnum eius.*

2 Iudicabit, ידין *Futura, quæ nonnulli vertunt per præsens optatiui,* Iudicet, Afferant montes, *&c. vel potius subaudienda particula aliqua,* Tunc iudicabit, *&c. aut,* vt iudicet populũ, *&c. vbi præditus fuerit iudiciis tuis & tua iustitia, quibus ornatus, iudicabit rectè & ex æquitate. Sine Spiritu enim Domini nulla erit æquitas, nec vllus ordo, sed omnia potius dissipata.* Et pauperes tuos, ועניך & afflictos tuos. 3 Ob iustitiam. בצדקה *Ad verbum,* in iustitia. *Hebræi dicunt* ב *hoc loco significare propter. q. d. montes & colles afferent pacem propter iustitiam. Alij vertunt,* & colles iustitiam. *&* ב *redundabit.* Quòd montes pacẽ *afferre dicit,* & colles iustitiam, *trãslatitiũ est & metaphoricum. sumit enim hanc similitudinem à terræ fœcunditate: acsi diceret, Vbique terra producet pacem & iustitiam, quemadmodum profert triticum, & alias fruges. non tantùm nascentur fructus ad homines alendos, sed simul etiã prouentus ille pacis & iustitiæ accedet. q. d. vbique regnabit vera fœlicitas (* pacis *enim nomine omnem optabilem successum intelligit) nam populus iustè gubernabitur.* Iustitia & pax *coniungũtur, vt causa & effectus. vbi iniquitas, ibi omnia pessum eunt: contrà, vbi iustitia, ibi fœlicitas.* 4 Iudicabit pauperes pop. ישפט עניי עם Vindicabit afflictos populi. *Iudicare, more Hebræorum positum pro tueri & defendere.* Et confringet cal. וידכא עושק & atteret [*vel* contundet]

calumniatorem. *id est, eum qui per calumniam pauperes oppprimit.*

Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione generationum.

5 Timebunt te cum sole & ante lunam, *in* generatione generationum.

Regnum Christi æternum.

Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillãtia super terram.

6 Descendet sicut pluuia super desectam herbam, sicut imbres stillantes *super* terram.

Christus regnare faciens iustos: & pacem, vt pluuia herbam germinare facit.

Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna.

7 Florebit in diebus eius iustus, & multitudo pacis, donec non sit luna.

Et dominabitur à Mari vsque ad Mare: & à Flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

8 Et dominabitur à Mari vsque ad Mare, & à Flumine vsque ad terminos terræ.

Dilatatio regni Christi.

Coram illo procident AEthiopes, & inimici eius terram lingent.

9 Coram illo procident habitatores deserti, & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis

10 Reges Tharsis

5 Cum sole & ante lunam, עם שמש ולפני ירח *Hebraismus, pro, quãdiu sol iste lucebit, & quoad substiterit luna. siue, dũ sol & luna lucebũt, hoc est perpetuò. Sequitur mox expositio,* In generatione generationũ *id est, per cunctas generationes, siue per continuam seriem annorum.*

6 Stillantes *super* terram, זרזיף ארץ. *i. super herbam excisam terræ. nam* על *quod præcessit, pro duobus ponitur, & more Hebræorum repetitur. Alij vertunt,* Sicut imbres [*vel* stillicidia] *&* ros *super* terram. *Hac similitudine dicit Regem similem esse pluuiæ. nam inter medios calores æstatis, vbi tonsa fuerint prata, etiam ipsæ radices arescerent nisi sequeretur pluuia: sic nisi politicus ordo accederet quem ipse Dominus inter homines instituit, non pullularet genus humanũ, neque conseruari posset.*

8 A Mari, *&c.* מים עד ים. *i. à mari Rubro, vsque ad mare Palæsthinum & mare Syriacum: & à flumine Euphrate vsque ad desertum magnum, vt vocant.*

9 Habitatores deserti, ציים AEthiopes. *Quidam nautas interpretantur. Alij vocem Hebræam* ציים *relinquunt. Incipit David longius extendere regnum filii sui.* Terram lingent, עפר ילחכו *hoc est, osculabuntur terram in signum reuerentiæ. Ex historiis enim notum est orientales vsos fuisse hac cæremonia. Loquitur autem de populis quos manu & armis subegit Salomon.*

10 Tharsis, תרשיש. *i. Ciliciæ. Nomen* Tharsis *significat plagam Meridionalem. Mare enim* Tharsis *vocatum fuit Iudæis* Mare Ciliciæ: *& totam illam partem hoc nomine complexi sunt.*

'& Insularum munus afferēt: reges 'שSeba *Arabicæ* & סSéba Aethiopicæ munus offerent.
'Et incuruabunt se ei omnes
Reges, omnes gentes seruiētei:
Quoniam eruet pauperem clamantem, & afflictum, cui nō est auxiliator.
Miserebitur egeni & inopis; '& animas egenorum seruabit.
A dolo ' & ab iniquitate redimet animam eorum, '& pretiosus *erit* sanguis eorum in oculis eius.
'Et viuet, '& dabit ei de auro

& Insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent.
11 *Et adorabunt eum omnes Reges: omnes Gentes seruient ei.*
12 *Quia liberabit pauperē à potente, & pauperem cui non erat adiutor.*
13 *Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.*
14 *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.*
Et viuet, & dabitur ei
15 *de auro*

Et Insularum ואיים *Per Insulas intelligit totum illum tractum qui adiunctus erat Ciliciæ vsque in Græciam. Nam Iudæi contenti patriæ suæ commodis, non nauigabant ad alias gentes: incluserat enim eos data opera Dominus, ne sese corrumperent externis moribus.* שSebá, & סSebá שבא וסבא Hebraicè, שSeba & סSeba. *Primū per* ש *scribitur, & significat Arabiam fœlicē. Alterum per* ס, *& significat AEthiopiam. Vide libellum interpretationum nominum Hebraicorum.*

11 Et incuruabunt se ei, וישתחוו לו Et adorabunt eum.

13 Et animas, *&c.* ונפשות אבי' Animam *pro vita ponit. Illud magis exprimit sequenti versu, quum dicit,* A dolo & ab iniquitate redimet animam eorum. *Seruare animas egenorum, est cohibere iniustas malorum violentias, ne vim & mortem illis inferant.*

14 Et ab iniquitate ומחמס & à violentia. fraude. iniuria. *Id est, opponet sese peruersis hominibus, & illorum impetus cohercebit, habens sub sua tutela miseros, neque patietur illos vel fraude, vel armis opprimi, & occidi. Pro anima, mox sanguinem dicet.* Et pretiosus, *&c.* וייקר דמם בעיניו nam pretiosus, *&c. i. tāti magnificaciet egenorū mortem, vt eā vlciscatur. Eadem loquutio & psal. 116. b. 15, Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Sic 2. Reg. 1. c. 13, Pretiosa sit quæso anima mea in oculis tuis.* 15 Et viuet, ויחי *sub. Rex. q. d. Nō erit momentaneus, qui ad breue tempus sese ostentet, & mox euanescat ex oculis hominum: hoc est Non erit caducum hoc regnum, quod statim concidat, sed habebit firmas radices.* Et dabit ei ויתן לו *indefinitum est, sub. populus.* dabunt illi aurū, *vel* dabitur illi aurū. *Significat potentiam huius regni. Dixerat regnum fore diuturnum, nunc autem ornatur illud diuitiis & opibus. Doctiores inter Hebræos de paupere interpretātur, Et viuet vnusquisque*

pauperum cum Rege,& Rex dabit illi de auro quod allatum fuerit ei de Seba,vt sustentetur: pauperque orabit pro Rege.

Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen eius benedictũ in secula. ante solem permanet nomen eius:

Et benedicentur in eo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

ᵗʋSeba Arabicæ,& orabit pro eo semper,ᵗtota dieᵗbenedicet ei.

16 Eritᵗpugillus frumẽti in terra *satus* in capite montiũ, &ᵗcontremiscet sicut Lebanõ fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut herba terræ.

17 Erit nomen eius in seculum, ᵗquandiu fuerit sol, propagabitur nomen eius:ᵗ& benedicẽt se in eo omnes Gentes, & beatum dicent eum.

Per Christum benedictio.

ʋSeba שבא *per* ש, *Arabiam fœlicem significat.* Tota die כל היום quotidie.semper. 16 Pugillus frumenti,&c. פסת בר *.i.seminabitur exigua tritici portio in montibus,& quidẽ in ipso montis fastigio,vbi nõ talis est fertilitas qualis in planitie: vel saltẽ in colliculis: & tamẽ excrescet exigua illa portio tritici in tantã copiã & altitudinẽ, vt similis sit arboribus Libani.* Contremiscet ירעש agitabitur.cõmouebit se.strepitum edet. Et florebunt ויציצו & egredientur. Alij,progerminabuntque. *Significat non tantùm futurã tritici abundantiam, sed etiam hominũ copiam. Pertinet autem hoc ad fœlicem regni statum,vt multa soboles nascatur.Dicit vrbes non fore desertas,sed potius refertas magna hominum copia & multitudine.*

17 Quandiu fuerit sol,&c. לפני שמש ינין שמו Ad *verbũ*,corã sole filiabitur nomẽ eius. *Hebraismus,pro,quandiu videbitur sol,nomẽ eius erit mnemosynũ eius.q.d. vt filius ducit nos in memoriã patris,& est eius memoria,sic erit nominis eius memoria in seculum.* Dilucidius *erit si interpreteris,* Filiari, *pro propagari,hoc modo,Corã sole nomen huius Regis propagabitur.nã sicut sol quotidie oritur mũdo,sic etiã Dominus efficit vt cõtinua sit successio regni,ne vnquã pessum eat. Vocat hîc David solẽ quasi testem,sicut Psal.89.f.37, dicit,Semen eius in seculum erit,& thronus eius sicut sol coram me.i.quandiu sol fulgebit in cælo,stabile erit regnũ istud. Quidam vertunt*, Cum sole permanebit. Et benedicent se ויתברכו *Doctus inter Hebræos exponit, quòd Salomon erit quasi formula benedictionis:quoties gentes volent sibi vel aliis bene precari,sument illud nomen,Beneficus sit tibi Deus & liberalis,quemadmodũ se erga seruũ suũ Salomonem præstitit. Alij simplicius exponunt,Benedicent se in Rege illo.i. agnoscent Deum tam beneficum & tam liberalẽ erga Iudæos,vt cupiant sibi eandem fortunam.sequitur enim,* Et beatificabũt illum,*id est beatum dicent.Ista est ratio cur gentes benedictura sint se in Salomone,& R.*

r.i.

gibus aliis, quia scilicet videbũt illos Reges esse fœlices, & Dominum illud esse propitium. Quidam, & gloriabuntur.

Gratiarum actio.

18 Benedictus Iehouáh Deꝰ Iᵾsraël, qui facit mirabilia solus:
19 Et benedictum nomen gloriæ eius in seculum, & repleatur gloria eius vniuersa terra. Amen, & amen.
20 Finem habent orationes Dauidis filii Iᵾsai. LXXIII.

18 *Benedictus Dominus Deꝰ Israel, qui facit mirabilia solus:*
19 *Et benedictũ nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra. Fiat, fiat.*
20 *Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.* LXXII.

Canit in consolationem sanctorum qui fœlicitate impiorum vrũtur & offendũtur, quàm infœlicem ea exitum habeat: & quàm fœlix sit exitus illorũ qui in hoc mundo afflictionibꝰ exercẽtur

1 ¶ Psalmus ipsius Aᵽsaph.
Profectò bonus est Iᵾsraëli Deus, mundis corde.
2 Et ego, penè declinauerunt pedes mei, ferè nihil *abfuit quin*

1 *Psalmus Asaph.*
Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde.
2 *Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè*

18 Benedictus ברוך Laudandus. 19 Et benedictũ nomen gloriæ eius וברוך שם כבודו Et laudandũ nomen decoris eius. Amen, & amen אמן ואמן *Voces Hebraicæ quæ significant,* Verum sit & verum. *Vel,* stabile & firmum sit: *aut,* Sit ita vt dixi.

20 Finem habẽt, &c. כלו תפלות דוד בן ישי *Versus iste (aiunt Hebræi) adiectus fuit ab iis qui Psalmos Dauidis in ordinem redegerunt. Significant autẽ his verbis istam fuisse vltimam precationem Dauidis, in qua inter postremos suos spiritus respexit ad regnũ promissum, in quo quidem regno salus populi fundata erat.*

IN PSALMVM LXXIII.

1 Ipsius Aᵽsaph. לאסף *Id est, traditus ipsi Asaph cantori decantandus. ita Hebræi exponunt.* Profectò אך Attamen. Veruntamen. *Videtur enim abruptum esse principium. nam postquã Dauid cum magna difficultate opposuit quicquid habuit neruorũ & facultatis, tentationibus satanæ, obijcientis Deum non habere hominum curã, vel eũ non regere mundũ sua prouidẽtia, vel esse iniustũ, vel non satis esse propinquũ suis: tandem erumpit in hanc vocem, Et tamen Deus est bonus Israeli, dico vero Israeli, mundo vel recto corde, qui sese totum consecrat Deo, & colit veram puritatem cordis. Maledictæ sint igitur omnes cogitationes istæ quæ me ita torserunt.* 2 Et ego, penè declinauerunt ואני כמעט נטוין רגלי *Similis loquutio & Psal. 53.c.13, & Psal. 69.c.14. Quidam,* Parum abfuit quin lapsi sint pedes. *Dauid referens suas tentationes, proponit se nobis exemplum. Ego quoque, vel, ego tamen, inquit, qui tanta cura & studio obseruo vt placeam Deo meo, & illi inseruiam, eò prolapsus sum vt æmularer eos qui nullis afflictionibus tentantur, & quibus omnia prospera succedũt, inuidi illis eam prosperã fortunã, reputans eos esse fœlices.*

effusi sunt gressus mei:

"effusi sint gressus mei:

Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

3 Quia "zelaui in insanos, *quum* pacem impiorum "viderem:

Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

4 Quia non sunt ligamina " in morte eorum, "quin sana est fortitudo eorum.

In labore hominum non sunt, & cum hominibus nō flagellabuntur:

5 "In labore hominis nō sunt, & cum hominibus non flagellantur.

Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.

6 Ideo vt torques cingit eos superbia, "induitur *quisque eorum* veste violentiæ.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierũt in affectum cordis.

7 "Egressi sunt præ adipe oculi eorum: "transgrediũtur cogitationes cordis.

Effusi sint gressus mei שפכו אשרי Hebraismus, pro, *recesserim, nempe à mandatis* Dei. *Metaphora ab aqua, quæ dum effunditur, locum mutat.* 3 Zelaui in insanos קנאתי בהוללים zelo raptus sum contra insensatos. *Alÿ*, vrebat me æmulatio propter stultos. *Alÿ*, æmulatus sum in stolidis. Viderem אראה Fut. Heb. pacem impiorum *vocat prosperum illorum in omnibus rebus successum.*

4 In morte eorum, למותם ad mortem illis. *Alÿ*, morti eorum. *id est, nullis morbis, quasi vinculis, ad mortẽ trahuntur, sed sunt prospera valetudine.* Quin sana, *&c.* ובריא אולם quin integrũ robur eorũ. *Quidam*, sed sani sunt vt palatium forte. *Has duas expositiones probant docti inter* Hebræos. *Alÿ*, quin pingues sunt & prævalidi. *Alÿ*, & pingue robur ipsorum. 5 In labore בעמל in miseria. *vel*, molestia. *q.d. immunes sunt omnium miseriarum & afflictionum.*

6 Induitur יעטף שית חמס למו Sing. *p plur.* induũtur veste violẽtiæ. *i. per violentiã parta. Quidã vertunt*, amictus violentiæ inuoluit eos. *Alÿ*, violẽtia amicit illis nates. *Alÿ*, operiet, occultabit se vt tollat prædã sibi. *sic doctus inter* Hebræos. *q.d. habent caput amictũ vel ornatũ superbia: totum verò reliquũ corpus tectũ violentia, siue indumento violentia & rapina parto.* 7 Egressi sunt יצא Sing. Heb. *pro plur. i. Prominent eis oculi præ pinguedine, &c.* Metaphorica *est loquutio. neque enim tractat* Propheta *de ipsa forma corporis, sed potius de tota impiorũ fortuna, dicẽs ita eos affluere omnibus copiis vt multũ illis supersit.*

Transgrediuntur עברו superant. *nempe bona quæ illis obueniũt. i. plura à* Deo *recipiunt quàm cogitent & optẽt. Sic* Doctus *inter* Hebræos. *Ex doctioribus illorũ alter exponit, eos transiisse statutum hominibus cogitando. i. plus cogitarunt quàm par sit homines cogitare. non enim sese continent intra communem modum, sed mentes suas longius efferunt, Specim*

lantur aliquando quomodo possint totum mundum occupare. vt sunt insatiabiles illorū mentes, ita euanidæ sunt & vaga, vt nullū modū teneant.

8 'Dissoluunt,& loquūtur malitiosè 'calumniam, *imò* 'de Excelso loquuntur.

Cogitauerunt, & loquuti sunt nequitiam: iniquitatē in Excelso loquuti sunt.

9 Ponunt in cælū os suū, '& lingua eorū perambulat in terra.

Posuerunt in cælū os suū: & lingua eorum transiuit in terra.

10 Ideo 'reuertitur populus eius huc,& aquæ 'pleni *calicis* exprimuntur eis.

Ideo conuertetur populus meus hîc: & dies pleni inuenientur in eis.

11 Et dicūt, Quomodo cognoscit Deus? & *an* est 'scientia in Excelso?

Et dixerunt, Quomodo sciuit Deus, & si est scientia in Excelso?

8 Dissoluūt ימיקו Dissolutos reddūt. *sub. perfectos verbis suis malis. Fut. Heb. pro præs. significat impios formidolosos esse, ita vt quū appa-rent, sint omnibus terrori. Ita docti inter Hebræos. Quidam neutraliter accipiunt, & vertunt,* diffluunt. *i. lasciuiunt in tantam superbiam vt nullus sit modus, obliuiscuntur se esse homines.* Calumniam עשק oppressionem. occupationem alienorum bonorum. *q.d. non verentur loqui de oppressione, & occupatione rei alienæ quam occuparunt. q.d. carent omni pudore, vt iam non occultè peccent, sed in sceleribus suis glorientur, & pleno ore proferant, Quid? annon possum capere quod tuum est?* De excelso ממרום de Celsitudine. *q.d negat Excelsum esse super se. Quidam,* Contra Excelsum loquuntur. *Alij,* è sublimi loquūtur. *i. cum fastu & superbia alios despiciunt, tanquā supra alios collocati sint, & non è communi hominū sorte.* 9 Et lingua eorum perambulat in terra. ולשונם תהלך בארץ *Hebraismus, pro, etiam de hominibus malè loquuntur, vt de Deo. subijciunt suæ libidini quicquid est in cælo & in terra. Siquis Deum illis obijciat, putant eum non fore ipsis obstaculo quominus exequantur quicquid animis conceperunt: inter homines nihil reperiunt difficultatis, non existimant quenquam illis posse resistere.*

10 Reuertitur populus eius huc, ישוב עמו הלום redire facit Deus populū suum huc *i. ad hanc cogitationem, nempe cur impiis tanta prosperitas, & rerum abundantia, piis autem contrà.* Vel, conuertetur [sine reuertetur] populus eius illuc. *i. non modò vulgus profanū, sed etiam fideles qui agnoscunt Deum sincerè & puro animo colendum esse, illi ferè obruentur hac tentatione: parúmque aberit quin ad mala ruant, & adiungant se improbis, inuidentes illorum fortunæ.* Pleni מלא *Adiectiuum sine substantiuo, propterea subaudiendum calicis. phrasis Hebraica, quæ significat bonos hausuros magnū dolorem & cruciatū ex prospero illo successu in quo sibi placent improbi.* 11 Scientia, &c. דעה בעליון cognitio apud Altissimum? *Quidam ad profanos homines*

hac verba referũt, qui de prouidẽtia Dei subinde dubitant, vbi vidẽt res in mundo esse confusas, expostulántq; cum eo, & accusant iniustitiæ. Alij rectius, qui dicunt Prophetam loqui de ipsis fidelibus, quorũ sic fides concutitur vt inclinent ad hanc blasphemiam, mundũ non gubernari à Deo, nec habere rerum humanarum curam.

Ecce, ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias.

12 Ecce, isti impii, & pacati seculi, multiplicant diuitias.

Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas,

13 Verè in vanum mũdaui cor meum, & laui in munditia manus meas, *Iterum describit tentationẽ fidelis videntis fœlicitatem impiorum.*

Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

14 Et fui flagellatus omni die, & fuit increpatio mea singulis matutinis.

Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

15 Si dicam, Narrabo sic: ecce generatio filiorum tuorum *dicent quòd* præuaricatus sum.

12 Et pacati seculi ושלוי עולם *.i. qui in hoc seculo alta pace fruuntur.* Alij, & locupletes seculi. *Vel*, fœlices *in* seculo. Multiplicant diuitias. השגו חיל augent facultates. 13 Et laui in munditia ma. m. וארחץ נקי' *Vera integritas est, quum studemus habere cor purum: deinde vt appareat exterior mundities, hoc est vt cum proximis nostris versemur sine fraude, sine violẽtia ac sine iniuria aliqua.* Manus *pro operibus externis ponuntur.* 14 Et fui flagellatus, &c. ואהי נגוע כל היום ותוכחתי לבקרים. Nam quotidie plagas fero, singulísque matutinis afflictio mea est. *q.d. Ita flagellor, siue affligor, vt ne momentum quidem quietis habeam: simulatque surgo, videtur excubias egisse aliqua noua miseria quæ me excipiat.* 15 Narrabo sic אספרה כמו Narrare *significat pronuntiare quasi de re certa. q.d. pronũtio nullã esse Deo curã de suis, neque illis prouidere.* Hîc *se cohibet* David *in medio cogitationũ suarum cursu, & retrahit mentem ab illis peruersis cogitationibus, acsi diceret, Quid tu agis? si sic pronunties, annon vides te iniuriã & Deo & omnib⁹ piis facere?* David *antẽ nunquã prorupit in illã audaciã, vt diceret negligi mundũ & res humanas à* Deo, *neque ita apud se statuebat: sed tametsi varias cogitationes haberet, cõtinuit tamẽ se, & tandem videns naufragij periculũ, vela retraxit.* Generatio filiorum tuorum, &c. דור בניך בגדתי generationẽ filiorum tuorum reprobaui. *vel*, fefelli. *i. omnes fideles tuos fraudaui spe sua, qui sentiũt te humana curare, & ipsorũ curam habere.* Alij, in nationem filiorum tuorum transgressus sum. *i. iniurius fui. Quidam dicũt vocum ordinẽ esse peruersum apud* Hebræos, *apud quos sic ad verbũ legitur,* Narrabo vt ecce generatio filiorum tuorũ, præuaricatus sum: *atque sic ordinant,* N*arrabo sicut generatio filiorũ tuorum: ecce præuaricatus sum.* Et

exponũt perinde acsi David *dicat, Siquãdo statui apud me pronũtiare de hac re, quòd scilicet fideles tuos non cures, vt nonnunquam pronuntiare solent ij quorum etiam pater es, qui à te processerunt, & tamen nõ putant te habere sui curã, afflictionum mole pressi: sensi vtique me defecisse à te, vt illi. Alij vertunt,* Narrabo sic, ecce generatio filiorũ tuorũ, transgressus sum. *vt verbum* אספרה *legatur sine constructione. i. pronuntio te nõ prouidere tuis. nam ecce generatio filiorum tuorum multis miseriis exercetur. si sic dicam, peruerse agam.*

16 Cogitaui itaque vt scirem hoc, *sed* labor fuit in oculis meis:

Existimabam vt cognoscerẽ hoc: labor est ante me:

Docet eum Deus exitum impiorum

17 Donec ingrederer in Sãctuaria Dei, & intelligerem nouissimum eorum.

Donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.

18 Profectò in locis lubricis posuisti eos; corruere facis eos in desolationes.

Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.

16 Cogitaui itaque ואחשבה *Hæc dictio significat supputare, & expendere, siue considerare. Verti potest,* adieci itaque animum. *vel,* applicui studium meum [aut cogitationem] ad sciendum hoc. Labor עמל res molesta. *q.d. quoties de hac quæstione dissertaui sine Spiritu tuo, laborẽm maximum mihi peperi, & nihil profeci. etiam siquis ratione præditus, vt sunt homines, studeat cognoscere rationem operum Dei, quomodo regat hunc mũdum, ita sinat res confusas & perplexas in terra, implicabit se multis molestiis, nec tandẽ poterit reperire aliquẽ exitũ, sed manebit illi labor molestus.* 17 Ingrederer in Sanctuaria Dei, עד אבוא אל מקדשי אל *Fut. Heb. quod quidam vertunt per præt. perf. indicatiui,* ingressus sum. Sanctuaria, *siue* Sacraria Dei *vocat* Dei *arcana. Propterea quidam vertunt,* secretiora Dei adyta. *Alij per* Sanctuaria *intelligunt potius doctrinam illam quæ iam exposita est nobis. Alludit autẽ ad ipsum Sanctuarium vbi erat Lex reposita, & ad illam docendi rationem externam quam Deus instituerat in populo suo. Deus enim (vt scimus) semper Ecclesiæ suæ se patefecit per oracula. Quoniam ergo præscripta erat illa ratio fidelibus, vt peterẽt scientiam ex verbo Domini, & Deus templũ in hunc finẽ ordinauerat, ideo* David *dicit,* Donec ingrederer in Sãctuaria Dei, *hoc est, in scholã Dei ipsius, donec sit mihi Deus magister, egóque discã & ab illo accipiam quod mens mea nõ capit. Sensus enim mei omnes deficiunt in hac consideratione.* Nouissimum eorum. לאחריתם *nempe impiorum, qualiter scilicet de illo pronuntiat Dominus in Scripturis, & interdum ipse etiam effectus & experientia demonstrat.* 18 Posuisti תשית *Fut. Heb. pro præt.* Corruere facis הפלתם *Præt. Heb. quod quidam vertunt per præs.* deiicis. *Alij per futurum,* corruere facies, *id est ita eos deijcies vt planè vastentur. Phrasis est Hebraica.*

Quomodo facti sunt in desolationem? subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

19 Quomodo fuerunt in desolationẽ quàm citò! defecerunt, consumpti sunt à terroribus.

Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

20 *Sunt* velut somnium expergefacto *homine*: Domine quum suscitabis, imaginem eorum spernes.

19 Quomodo fuerunt in desolationem quàm citò! איך היו לשמה
כרגע Vt vastati sunt penè in momento temporis. *Subaudi, dicent homines aliquando, admirabundi.* Defecerunt ספו finem ceperunt. A terroribus מן בלהות *id est, interitu repentino, vt exponunt Hebræi. Bifariã alij exponunt: Vel quòd Dominus in ipsos fulminet insolitis modis: vel quòd solo terrore ipsos exanimet, atq; in nihilũ redigat.* Consumpti sunt *igitur* à terroribus, *hoc est, violentis & inusitatis atq; extraordinariis Dei iudiciis concuti solent impij.*
20 Expergefacto *hom.* מהקיץ Hebraicè, ab expergiscendo. *vel*, expergiscendi. *est enim infinit. Quidam vertunt*, quasi somnium expergefacti. *Alij vertunt subauditis pauculis, sic*, Velut somnium *quod euanuit* ab euigilãte. *Cõparat Dauid impios somnio. Miræ phantasiæ nobis obrepũt inter dormiendũ: fabricam' regna, imò nouos mũdos, & fingimus quod nunquã fuit: vbi autem expergiscimur, statim hoc euanescit. Vnde ergo tanta nobis admiratio fortunæ impiorũ, nisi quia somniamus & dormimus? Qui enim vigilant, hoc est qui oculos habent apertos, & quibus Deus per verbũ suũ affulget, non multum se fatigant, nec excruciant ob impiorum successum. Dicit igitur Dauid se dormiuisse, seq; detentũ fuisse istis falsis somniis vt reliqui homines, sed Dominus illũ excitauit: tunc agnouit se somniasse, quum tantopere impiorum prosperitatẽ admiraretur. In hanc sententiam dicit Iesaias cap. 29. b. 7, Sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentiũ quæ dimicant contra Ariel, &c. Sicut qui somniat esuriens, & ecce comedit: quúmque expergiscitur, vacua est anima eius, &c. sic erit multitudo, &c.* Quũ suscitabis בעיר Hîc בעיר *pro* הבעיר *positum*, in suscitando. *Alij vertunt*, in ciuitate. *Doctus inter Hebræos dicit patrem suum sic exponere locum istum, Dum suscitaueris mortuos, vel quãdo suscitabis mortuos, imaginẽ vel figurã eorum spernes, quemadmodum dicit Scriptura, Dani. 12. a. 2, Multique dormientium in terra pulueris expergiscentur, hi ad vitam æternã, & illi ad opprobria & ad contemptũ sempiternum.* Et imaginem *interpretatur animã hominis quæ formata est ad* Dei *imaginẽ. Alij accipiunt* imaginem *pro toto illo fulgore externo & visibili, in quo sibi tantopere placebant, & cuius gratia habebantur in magno pretio apud homines. sicut & Psal. 39. b. 7, dicitur, In imagine pertrãsit vir. quibus verbis significat hominẽ nihil habere solidũ nec firmũ. Imaginẽ igitur vocat apparentiã, vt loquuntur. q. d. Apparet quidẽ in homine aliquid externũ, quod nihil firmum habet. Sic & hoc loco exponunt externã illam pompam & authoritatẽ, gratiã & prudẽtiã,*

quã mundus in proceribus admiratur. Paulus figurã mundi appellat, 1. Cor. 7. f. 31. Senſus igitur huius loci iuxta iſtos talis eſt, In ſuſcitando, *id eſt, poſteaquã tranſierint iſta ſomnia, vel, quũ cœperis oſtendere aliquod ſignũ tuæ prouidentiæ, nẽpe quum res mũdi reſtitueris in aliquẽ ſtatum tolerabilem, oſtendes illam præclaram oſtentationẽ in qua ſibi placebant, nihil fuiſſe niſi ſomnium : idque oſtendet exitus. Qui legunt,* in ciuitate: *exponunt, in conſpectu totius populi, non obſcurè, nec in aliquo angulo, ſed coram multis teſtibus.*

Rurſus tentatur fidelis proſperitate impiorum.

Profectò excãduit cor meũ, 21
& lumbi mei compuncti ſunt.
Ego autem inſipiens eram, 22
nec cognoſcebam: vt iumenta
eram apud te.

Laudat bonitatẽ & prouidentiam Dei erga ſe.

Tamẽ ego ſemper tecũ *fui,* 23
tenuiſti manũ dexterã meam.
Cõſilio tuo deduxiſti me, & 24
poſtea *cum* gloria excepiſti me.

Quia inflãmatum eſt cor meum, & renes mei cõmutati ſunt: & ego ad nihilũ redactus ſum, & neſciui. Vt iumẽtum factus ſum apud te: & ego ſemper tecũ. Tenuiſti manum dexterã meam: & in volũtate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.

21 Excanduit יתחמץ *Fut. Heb. quod per præt. perfectũ. vel imperf. redditur,* quaſi aceto acri perfundebatur. *Aut,* veluti acore affectum erat. *Alij,* acetoſum erat. *Alij,* acerbum factum erat. *Verbum Hebraicum deducitur à nomine quod acetum ſignificat, item fermentum ſiue fermentatum, vnde quidam vertunt,* inflatum fuit. Et lumbi mei compuncti ſunt וכליותי אשתונן *Fut. Heb.* & vterque renum meorum quaſi telo acuto pungebatur. *Alij,* & renibus meis ſpinoſus eram. *Alij,* & renes mei aculeis puncti. *Chaldæus paraphraſtes,* renes mei ardebant ſicut ignis. *Dicit itaque Dauid non tãtùm æſtuaſſe in diuerſas cogitationes, ſed erupiſſe vſque ad indignationem, habuiſſe cor ſuũ inflatũ inſtar fermenti, & renibus ſuis compunctum fuiſſe, vbi videbat res ita incompoſitas eſſe in mundo. Quidam iungunt verſum iſtum ſequenti, &* כי, *pro quo noſter interpres vertit* profectò, *conuertunt in aduerbium temporis, atque etiam* ו *quod eſt in principio ſequentis verſus, hoc modo,* Dum inflatum eſt cor meum, & renibus meis compunctus fui, tunc ego fui ſtultus.

22 Vt iumenta בהמות *Quidam pro* כ *ſimilitudinis, legunt* ב, *& vertunt,* inter iumenta, *eodem tamen ſenſu.* Dicit, Coram te. *q. d. Licet inter homines viſus fuerim aliqua ratione eſſe præditus & iudicio, ego tamen coram te, id eſt in operibus tuis, & agnitione tuæ prouidentiæ & rectitudinis, vt brutum animal.* 23 Tamen ego ואני Hebraicè, Et ego, *id eſt tu nunquam voluiſti me abijcere, ſed de ſalute mea fuiſti ſolicitus.* Tenuiſti תמכת apprehendiſti. *ne ſcilicet prorſus exciderẽ.*

24 Conſilio tuo בעצתך In conſilium tuum, *id eſt in cognitionem cõſilij tui.* *Cum* gloria excepiſti me כבוד תקחני *Subauditur præpoſitio Hebræis : quidam* ל ad, *& vertunt,* ad gloriam. *Alij,* ב, in *vel* cum: *id eſt, in gloriam, vel cum gloria. Verbum futurum eſt Hebræis*

suscipies. Sunt qui vertunt, gloria suscepit me. *Quidam per futurũ vertunt totum versum*, Consilio tuo diriges me, & postea in gloriam suscipies me. *q.d.* Domine, *tu non passus es me prorsus excidere: videor nãque mihi nũc iam fortior & robustior: tu igitur deduces me tuo consilio, & tandem suscipies me in gloriam. Sub hac gloria comprehenditur etiam æterna vita: non tamen excludit* David *particulares gratias & beneficia quibus nos* Deus *in hac terrena vita prosequitur. acsi dicat, Postquam gubernaveris me recto consilio, facies vt mihi prospere omnia cedant, & tandem colliges me in cælestem gloriam.*

Quid enim mihi est in 25
cælo & à te quid volui super terram?

Defecit caro mea & cor 26
meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ.

Quia ecce, qui elongant
se à te, peribunt: perdidisti 27
omnes qui fornicantur abs te.

Mihi autẽ adhærere Deo
bonum est, ponere in Domi- 28
no Deo spem meam:

Vt annuntiẽ omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

Quis mihi *est* in cælo? & tecum non optavi in terra.

Defecit caro mea & cor meũ robur *autem* cordis mei, & pars mea est Deus in seculum.

Quoniam ecce, qui se elongant à te, peribunt: succîdis omnem fornicantem à te.

Et ego *novi quòd* accessus ad Deũ mihi est bonus: *ideo* posui in Domino Iehova spem meã, vt enarrem omnia opera tua.

Spirituale adulterium.

25 Quis mihi, &c. מי לי בשמים ומו' *Loquutio Hebræis frequens, iungere interrogationem cum particula negativa. Interrogando enim fortius negat. Sic resoluenda est oratio,* Nullus *mihi in cælo est, & neminem in terra optavi præter te vnũ. q.d. à te solo pẽdeo, in te vno sũt omnia mea subsidia, in te vno omnis mea prudentia & industria, in te solum recumbo. nemo neque in cælo, neque in terra præter te vnum potest me iuvare.*

26 Defecit כלה *Quidam vertunt per præsens*, Consumitur, *aut* Deficit. *Alij per futurum*, finem habitura est. N*õnulli existimant* Davidem *præ desiderii ardore defecisse. Aliis videtur potius* Davidẽ *sensisse, se quidem deficere carne & corde, in* Deo *autem se satis habere roboris, imò plenam & perfectam fœlicitatem. Confirmat quod prius dixerat, se vno* Deo *esse contentũ.* Partis *nomine intelligitur possessio & sors qua quisque contentus est. Quum igitur* Deus *sit nostra portio, ille solus sufficere nobis debet, à quo perfecta est fœlicitas.* Robur צור rupes. *vel* stabilitas. 27 Peribunt: succidis יאבדו הצמתה *Fut. cum præt. Heb. Quidam*, pereunt: perdes. *Alij*, pereunt: conficis. *Vel*, perdidisti.

Omnem fornicantem à te. כל זונה ממך *Spiritualis mentis castitas, est quum statuimus* Deum *esse vnicum authorem bonorũ omnium, ab illo solo pendemus, in eo solo inclusa est spes nostra, ipsum solum invocamus, pendemus ab eius verbo, & sinimus nos ab ipso gubernari. Qui contrà facit, fornicatur à* Deo. 28 Et ego, &c. ואני קרבת אלהים לי טוב שתי באדני יהוה מחסי לספר כל מלאכותיך *Ad verbum*, Et ego accessio [*sive*

Commemorat Dei beneficia post varias afflictiones.

Deus 'docuisti me ab adole- 17
scentia mea, '& hactenus annũ-
tiaui 'mirabilia tua.

Quin & vsque ad senium & 18
canitiem, Deus, ne derelinquas
me: donec annuntiem brachiũ
tuum 'generationi, omni qui vẽ-
turus est 'fortitudinem tuam:

'Et iustitiam tuam, Deus, *quæ* 19
est vsque in excelsum, quia feci-
sti magna: Deus quis sicut tu?

Tentationibus victis amplius fidere discimus.

Qui 'ostendisti mihi angu- 20
stias multas & malas,

Deus docuisti me à iuuẽtute mea: & vsque nunc pronũtiabo mirabilia tua.

Et vsque in senectam & seniũ, Deus, ne derelinquas me:

Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est:

Potentiam tuam & iustitiam tuam, Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?

Quãtas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas

17 Docuisti me למדתני. *i. Tu ostendisti quantopere debeam tibi confidere. Deus docet nos verbo & factis. Verbo docet nos, quum promittit, etiamsi rem ipsam non ostendat oculis. Docet etiam effectu, quum succurrit in necessitatibus & manũ suam porrigit.* Et hactenus annũtiaui ועד הנה אגיד *Fut. Heb.* & vsque in præsens annũtiabo. *Alij,* annuntio. Mirabilia tua. נפלאותיך abscondita tua. *Hoc nomine exprimit* David *magnitudinẽ gratiæ* Dei. *q. d. verbis complecti nequeo quã magnificè mecum egeris, superant captum meum beneficia tua. Significat his verbis se non fuisse edoctum vna gratia, neque semel, sed perpetuò. & quoniam nõ desierat monere ipsum, & multis documẽtis testatus fuerat se curam salutis eius habere, nihil aliud supererat nisi vt eius mirabilia celebrare non cessaret.* 18 Generationi, לדור *Singul. pro plur. & posteros intelligit. Mirus feruor* Dauidis *in celebranda bonitate* Dei: *nõ enim voluit suis æqualibus tantum, & præsenti seculo illam esse testatam, sed posteris quoque.* Perge *(inquit)* ô Domine *seruare me vsque ad finem vitæ meæ, donec (siue vsque adeo) vt laudes quas tibi canã, perueniãt ad futuras generationes.* Fortitudinem tuam, גבורתך robur tuum. *i. quàm potenter me liberaueris. vel, quale, & quàm illustre documentum ostenderis potentiæ tuæ & roboris tui in me seruando.*

19 Et iustitiam tuam, וצדקתך *Quidam in nominatiuo vertunt, vt sit principiũ alterius sentẽtiæ. Iustitiã* Dei *vocat, vt in præcedẽtibus, auxilium sibi allatum à* Deo, *quemadmodũ promiserat.* Eam *vocat excelsam & sublimẽ, quòd non possit comprehendi humano sensu. quis enim cõprehendat suo ingenio modum & rationem quam obseruat* Deus *in liberandis suis?* 20 Ostendisti mihi הראיתני fecisti me videre. Hebraismus, *pro, Qui afflictiones magnas & difficiles experiri me fecisti.* Non *tribuit fortunæ quod iactatus fuerit per varias tribulationes, sed hoc totum tribuit* Deo.

& cõuersus viuificasti me: & de abyßis terræ iterum reduxisti me:

'reuersus viuificasti me : & ex voraginibus terræ'conuersus ascendere fecisti me:

Multiplicasti magnificẽtiam tuam:& conuersus cõsolatus es me.

21 'Auxisti magnitudinẽ meã, '& conuersus consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuam, Deus:psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

22 Etiam ego celebrabo tibi instrumento nébel veritatem tuã Deus mi:cantabo tibi in cithara, sancte Iσsraᴺelis.

Laus & gratiarũ actio pro omnibus beneficiis.

Exultabunt labia mea quum cantauero tibi:& anima mea quam redemisti.

23 'Exultabunt labia mea quũ canam tibi, & anima mea quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: quum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

24 Insuper lingua mea'tota die loquetur de iustitia tua:quia pudore affecti sunt, quia *inquam* ignominia affecti sunt quærentes malum meum.

Reuersus viuificasti me: תשוב תחייני *Futura Heb.* cõuerteris, viuificabis me:*pro præteritis*, conuersus es, viuificasti me. *Alij*, Cõuersus viuificasti me. *Ita solent vertere quoties duo verba coniunguntur sine coniunctione. Alij*, restituisti me, & recreasti. *Ista conuersio, hoc est ista mutatio ostendit à solo Deo esse vitam, quum scilicet mors antè apparuit, & postea repentè vita nobis affulget.* Conuersus, &c. תשוב תעלני *Fut. Heb. etiam sine coniunctione*, reuertẽris, ascẽdere facies me. *pro*, conuersus [*siue* placatus] reuocasti me. *nempe à morte ad vitam. Alij*, iterum reduxisti me. *vel*, extulisti.

21 Auxisti magnitudinem meam, תרב גדולתי *Fut. Heb. pro præt.* Auxisti magnificentiã meam. Multiplicasti dignitatem[*vel* amplitudinem]meam. *Fuit hoc non vulgare Diuinæ bonitatis pignus, quòd non tantùm pristinam fortunam restituit seruo suo, sed & in subliniorem honoris gradum ipsum extulit.* Et conuersus consolatus es me. ותסב תנחמני *Fut. Heb. sine cõiunctione. ad verbum*, & circuibis, cõsolaberis me:*pro*, & cõuersus cõsolatus es me. *Alij*, & rursum consolatus es me. *vel* placatus es mihi. *Tertio repetit non idem verbũ, sed eiusdem significationis. nam oportuit Deum aliquandiu latere quasi haberet faciem absconditam à Dauide, & tergum duntaxat illi ostenderet, vt tandem sentiret, vnde esset vita.*

23 Exultabunt תרננה Ouabunt. Laudabunt.

24 Tota die loquetur, &c. כל היום תהגה צדקתך quotidie meditabitur iustitiam tuam.

Sub typo regni Salomonici erat advenire regnū Dei per Christum.

Pax & iustitia per Christum.

'Ipsi ♉Selomóh. LXXII. 1
Deus 'iudicia tua Regi da,& iustitiam tuam filio Regis:
'Iudicabit populū tuū in iu- 2
stitia, '& pauperes tuos in iudicio.
Afferent montes pacem po- 3
pulo,& colles 'ob iustitiam.
'Iudicabit pauperes populi, 4
seruabit filios pauperis, '& confringet calumniatorem.

LXXI.
Psalmus in Salomonem.
Deus iudiciū tuū Regi da, & iustitiam tuam filio Regis:
Iudicare populum tuū in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacē populo, & colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

IN PSALMVM LXXII.

1 Ipsi Selomóh, לִשְׁלֹמֹה Ipsius Selomóh. *i. à Salomone scriptus. Alij,* De Selomóh. *sub. psalmus à Dauide scriptus. Precatur David in persona totius Ecclesiæ, vt regnum quod semel erexit, & cuius ipse initium fuerat, perpetuò tueatur & conseruet in Salomone filio suo. Obiter regnū Christi describitur.* Iudicia tua, *&c.* משפטיך. *q.d. O Deus guberna spiritu iustitiæ & iudicii Regem nostrum: fac etiam vt tua virtute instructus obtineat partem tuam quam dedisti. Per iudicia & iustitiā, intelligit bene compositum regimen regni. Opposuit enim Tyrannicæ dominationi hæc iudicia & hanc iustitiam.* Da *igitur* filio Regis, *id est, successoribus. Respicit ad illam promissionem Psal. 132. c. 11, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et 2. Sam. 7. b. 14, Statuam semen tuum post te quod egredietur è ventre tuo, & firmabo regnum eius.*

2 Iudicabit, ידין *Futura, quæ nonnulli vertunt per præsens optatiui,* Iudicet, Afferant montes, *&c. vel potius subaudienda particula aliqua,* Tunc iudicabit, *&c. aut,* vt iudicet populū, *&c. vbi præditus fuerit iudiciis tuis & tua iustitia, quibus ornatus, iudicabit rectè & ex æquitate. Sine Spiritu enim Domini nulla erit æquitas, nec vllus ordo, sed omnia potius dissipata.* Et pauperes tuos, ועניך & afflictos tuos. 3 Ob iustitiam. בצדקה *Ad verbum,* in iustitia. *Hebræi dicunt* ב *hoc loco significare propter. q.d. montes & colles afferent pacem propter iustitiam. Alij vertunt,* & colles iustitiam. & ב *redundabit.* Quòd montes pacē *afferre dicit,* & colles iustitiam, *trāslatitiū est & metaphoricum. sumit enim hanc similitudinem à terræ fœcunditate: acsi diceret, Vbique terra producet pacem & iustitiam, quemadmodum profert triticum, & alias fruges. non tantùm nascentur fructus ad homines alendos, sed simul etiā prouentus ille pacis & iustitiæ accedet. q.d. vbique regnabit vera fœlicitas (* pacis *enim nomine omnem optabilem successum intelligit) nam populus iustè gubernabitur.* Iustitia & pax *coniungūtur, vt causa & effectus. vbi iniquitas, ibi omnia pessum eunt: contrà, vbi iustitia, ibi fœlicitas.* 4 Iudicabit pauperes pop. ישפט עניי עם Vindicabit afflictos populi. *Iudicare, more Hebræorum positum pro tueri & defendere.* Et confringet cal. וידכא עושק & attereti[vel contundet]

calumniatorem.id est,eum qui per calumniam pauperes opprimit.

Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione generationum.

5 Timebunt te cum sole & ante lunam, *in* generatione generationum.

Regnum Christi æternum. Christus regnare faciens iustos:& pacem,vt pluuia herbam germinare facit.

Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillãtia super terram.

6 Descendet sicut pluuia super desectam herbam, sicut imbres stillantes *super* terram.

Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis,donec auferatur luna.

7 Florebit in diebus eius iustus, & multitudo pacis, donec non sit luna.

Et dominabitur à Mari vsque ad Mare: & à Flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

8 Et dominabitur à Mari vsque ad Mare, & à Flumine vsque ad terminos terræ.

Dilatatio regni Christi.

Coram illo procident AEthiopes, & inimici eius terram lingent.

9 Coram illo procident habitatores deserti,& inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis

10 Reges Tharsis

5 Cum sole & ante lunam, עם שמש ולפני ירח Hebraismus,pro, *quãdiu sol iste lucebit,& quoad substiterit luna. siue,dũ sol & luna lucebũt, hoc est perpetuó. Sequitur mox expositio,* In generatione generationũ *id est, per cunctas generationes,siue per continuam seriem annorum.*

6 Stillantes *super* terram, זרזיף ארץ. *i.super herbam excisam terræ.nam* על *quod præcessit,pro duobus ponitur,& more* Hebræorum *repetitur. Alij vertunt,* Sicut imbres[*vel* stillicidia]*&* ros *super* terram. *Hac similitudine dicit* Regem *similem esse pluuiæ.nam inter medios calores æstatis,vbi tonsa fuerint prata, etiam ipsæ radices arescerent nisi sequeretur pluuia:sic nisi politicus ordo accederet quem ipse* Dominus *inter homines instituit,non pullularet genus humanũ, neque conseruari posset.*

8 A Mari,*&c.* מים עד ים ונו'.*i.à mari* Rubro, *vsque ad mare* Palæsthinum *& mare* Syriacum *: & à flumine* Euphrate *vsque ad desertum magnum,vt vocant.*

9 Habitatores deserti, ציים AEthiopes. *Quidam nautas interpretantur. Alij vocem* Hebræam ציים *relinquunt. Incipit* Dauid *longius extendere regnum filii sui.* Terram lingent, עפר ילחכו *hoc est, osculabuntur terram in signum reuerentiæ.Ex historiis enim notum est orientales vsos fuisse hac cæremonia.Loquitur autem de populis quos manu & armis subegit* Salomon.

10 Tharsis, תרשיש.*i.*Ciliciæ.*Nomen* Tharsis *significat plagam Meridionalem.Mare enim* Tharsis *vocatum fuit* Iudæis Mare Ciliciæ*: & totam illam partem hoc nomine complexi sunt.*

'& Insularum munus afferēt: reges 'ƲSeba *Arabicæ* & ɒSéba AE*thiopicæ* munus offerent.
'Et incuruabunt se ei omnes Reges, omnes gentes seruiēt ei:
Quoniam eruet pauperem clamantem, & afflictum, cui nō est auxiliator.
Miserebitur egeni & inopis; '& animas egenorum seruabit.
A dolo' & ab iniquitate redimet animam eorum, '& pretiosus *erit* sanguis' eorum in oculis eius.
'Et viuet, '& dabit ei de auro

& Insulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent.
11 *Et adorabunt eum omnes Reges: omnes Gentes seruient ei.*
12 *Quia liberabit pauperē à potente, & pauperem cui non erat adiutor.*
13 *Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.*
14 *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.*
15 *Et viuet, & dabitur ei de auro*

Et Insularum ואיים *Per Insulas intelligit totum illum tractum qui adiunctus erat Ciliciæ vsque in Græciam. Nam Iudæi contenti patriæ suæ commodis, non nauigabant ad alias gentes: incluserat enim eos data opera Dominus, ne sese corrumperent externis moribus.* ƲSebá, & ɒSebá שבא וסבא Hebraicè, ƲSeba & ɒSeba. *Primū per* Ʋ *scribitur, & significat Arabiam fœlicē. Alterum per* ɒ, *& significat* AEthiopiam. *Vide libellum interpretationum nominum* Hebraicorum.

11 Et incuruabunt se ei, וישתחוו לו Et adorabunt eum.

13 Et animas, &c. ונפשות וגו' Animam *pro vita ponit. Illud magis exprimit sequenti versu, quum dicit,* A dolo & ab iniquitate redimet animam eorum. *Seruare animas egenorum, est cohibere iniustas malorum violentias, ne vim & mortem illis inferant.*

14 Et ab iniquitate ומחמס & à violentia. fraude. iniuria. *Id est, opponet sese peruersis hominibus, & illorum impetus cohercebit, habens sub sua tutela miseros, neque patietur illos vel fraude, vel armis opprimi, & occidi. Pro anima, mox sanguinem dicet.* Et pretiosus, &c. וייקר דמם בעיניו nam pretiosus, &c. *i. tāti magnifaciet egenorū mortem, vt eā vlciscatur. Eadem loquutio & psal. 116. b. 15, Pretiosa in conspectu* Domini *mors Sanctorum eius. Sic 2. Reg. 1. c. 13, Pretiosa sit quæso anima mea in oculis tuis.* 15 Et viuet, ויחי *sub. Rex. q. d. Nō erit momentaneus, qui ad breue tempus sese ostentet, & mox euanescat ex oculis hominum: hoc est Non erit caducum hoc regnum, quod statim concidat, sed habebit firmas radices.* Et dabit ei ויתן לו *indefinitum est, sub. populus.* dabunt illi aurū, *vel* dabitur illi aurū. *Significat potentiam huius regni. Dixerat regnum fore diuturnum, nunc autem ornatur illud diuitiis & opibus.* D*octiores inter* H*ebræos de paupere interpretātur, Et viuet vnusquisque*

pauperum cum Rege, & Rex dabit illi de auro quod allatum fuerit ei de Seba, vt sustentetur: pauperque orabit pro Rege.

Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

ʺשSeba Arabicæ, & orabit pro eo semper, ʺtota die ʺbenedicet ei.

16 *Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.*

Eritʺ pugillus frumēti in terra *satus* in capite montiū, & ʺcontremiscet sicut Lebanō fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut herba terræ.

17 *Sit nomen eius benedictū in secula. ante solem permanet nomen eius:*

Et benedicentur in eo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Erit nomen eius in seculum, ʺquandiu fuerit sol, propagabitur nomen eius: ʺ& benedicēt se in eo omnes Gentes, & beatum dicent eum.

Per Christum benedictio.

שSeba שבא *per* ש, *Arabiam fœlicem significat.* Tota die כל היום quotidie. semper. 16 Pugillus frumenti, &c. פסת בר *.i. seminabitur exigua tritici portio in montibus, & quidē in ipso montis fastigio, vbi nō talis est fertilitas qualis in planitie: vel saltē in colliculis: & tamē excrescet exigua illa portio tritici in tantā copiā & altitudinē, vt similis sit arboribus Libani.* Contremiscet ירעש agitabitur. cōmouebit se. strepitum edet. Et florebunt ויציצו & egrediētur. Alij, progerminabúntque. *Significat non tantùm futurā tritici abundantiam, sed etiam hominū copiam. Pertinet autem hoc ad fœlicem regni statum, vt multa soboles nascatur. Dicit vrbes non fore desertas, sed potius refertas magna hominum copia & multitudine.*

17 Quandiu fuerit sol, &c. לפני שמש ינין שמו *Ad verbū*, corā sole filiabitur nomē eius. *Hebraismus, pro, quandiu videbitur sol, nomē eius erit mnemosynū eius. q. d. vt filius ducit nos in memoriā patris, & est eius memoria, sic erit nominis eius memoria in seculum. Dilucidius erit si interpreteris,* Filiari, *pro propagari, hoc modo, Corā sole nomen huius Regis propagabitur. nā sicut sol quotidie oritur mūdo, sic etiā Dominus efficit vt cōtinua sit successio regni, ne vnquā pessum eat. Vocat hîc Dauid solē quasi testem, sicut Psal. 89. f. 57, dicit, Semen eius in seculum erit, & thronus eius sicut sol coram me. i. quandiu sol fulgebit in cælo, stabile erit regnū istud.* *Quidam vertunt*, Cum sole permanebit. Et benedicent se ויתברכו *Doctus inter Hebræos exponit, quòd Salomon erit quasi formula benedictionis: quoties gentes volent sibi vel aliis bene precari, sument illud nomen, Beneficus sit tibi Deus & liberalis, quemadmodū se erga seruū suū Salomonem præstitit. Alij simplicius exponunt, Benedicent se in Rege illo. i. agnoscent Deum tam beneficum & tam liberalē erga Iudæos, vt cupiant sibi eandem fortunam. sequitur enim,* Et beatificabūt illum, *id est beatum dicent. Ista est ratio cur gentes benedicturæ sint se in Salomone, & Re-*

r.i.

effusi sunt gressus mei:

°effûsi sint gressus mei:

3 *Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.*

Quia°zelaui in insanos, *quum* pacem impiorum°viderem:

4 *Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.*

Quia non sunt ligamina° in morte eorum,°quin sana est fortitudo eorum.

5 *In labore hominum non sunt, & cum hominibus nō flagellabuntur:*

°In labore hominis nō sunt, & cum hominibus non flagellantur.

6 *Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.*

Ideo vt torques cingit eos superbia, °induitur *quisque eorum* veste violentiæ.

7 *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierūt in affectum cordis.*

°Egressi sunt præ adipe oculi eorum: °transgrediūtur cogitationes cordis.

Effusi sint gressus mei שפכו אשרי *Hebraismus, pro, recesserim, nempe à mandatis* Dei. *Metaphora ab àqua, quæ dum effunditur, locum mutat.*
3 Zelaui in insanos קנאתי בהוללים zelo raptus sum contra insensatos. *Alij*, vrebat me æmulatio propter stultos. *Alij*, æmulatus sum in stolidis. Viderem אראה *Fut. Heb.* pacem impiorum *vocat prosperum illorum in omnibus rebus successum.*
4 In morte eorum, למותם ad mortem illis. *Alij*, morti eorum. *id est, nullis morbis, quasi vinculis, ad mortē trahuntur, sed sunt prosperâ valetudine.* Quin sana, *&c.* ובריא אולם quin integrū robur eorū. *Quidam*, sed sani sunt vt palatium forte. *Has duas expositiones probant docti inter* Hebræos. *Alij*, quin pingues sunt & præualidi. *Alij*, & pingue robur ipsorum.
5 In labore בעמל in miseria. *vel*, molestia. *q.d. immunes sunt omnium miseriarum & afflictionum.*
6 Induitur יעטף שית חמס למו *Sing. p plur.* induūtur veste violētiæ. *i. per violentiā parta. Quidā vertunt*, amictus violentiæ inuoluit eos. *Alij*, violētia amicit illis nates. *Alij*, operiet s occultabit se vt tollat prædā sibi. *sic doctus inter Hebræos. q.d. habent caput amictū vel ornatū superbia: totum verò reliquū corpus tectū violentia, siue indumento violentia & rapina parto.*
7 Egressi sunt יצא *Sing. Heb. pro plur. i. Prominent eis oculi præ pinguedine, &c.* Metaphorica *est loquutio. neque enim tractat* Propheta *de ipsa forma corporis, sed potius de tota impiorū fortuna, dicēs ita eos affluere omnibus copiis vt multū illis supersit.*
Transgrediuntur עברו superant. *nempe bona quæ illis obueniūt. i. plura à* Deo *recipiunt quàm cogitent & optēt. Sic* Doctus *inter* Hebræos. *Ex doctioribus illorū alter exponit, eos transiisse statutum hominibus cogitando. i. plus cogitarunt quàm par sit homines cogitare. non enim sese continent intra communem modum, sed mentes suas longius efferunt, Specum*

hæc verba referũt, qui de prouidẽtia Dei *subinde dubitant, vbi vidẽt res in mundo esse confusas, expostulántq; cum eo, & accusant iniustitia. Alij rectius, qui dicunt* Prophetam *loqui de ipsis fidelibus, quorũ sic fides concutitur vt inclinent ad hanc blasphemiam, mundũ non gubernari à* Deo, *nec habere rerum humanarum curam.*

Ecce, ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias.

12 Ecce, isti impii, '& pacati seculi, 'multiplicant diuitias.

Et dixi, Ergo *sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas,*

13 Verè in vanum mũdaui cor meum, '& laui in munditia manus meas,

Iterum describit tentationẽ fidelis videntis fœlicitatem impiorum.

Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

14 'Et fui flagellatus omni die, & fuit increpatio mea singulis matutinis.

Si dicebam, Narrabo *sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.*

15 Si dicam, 'Narrabo sic: ecce 'generatio filiorum tuorum *dicent quòd* præuaricatus sum.

12 Et pacati seculi ושלוי עולם *.i. qui in hoc seculo alta pace fruuntur.* Alij, & locupletes seculi. *Vel,* fœlices *in* seculo. Multiplicant diuitias. השגו חיל augent facultates. 13 Et laui in munditia ma. m. וארחץ בנ׳ *Vera integritas est, quum studemus habere cor purum: deinde vt appareat exterior mundities, hoc est vt cum proximis nostris versemur sine fraude, sine violẽtia ac sine iniuria aliqua.* Manus *pro operibus externis ponuntur.* 14 Et fui flagellatus, &c. ואהי נגוע כל היום ותוכחתי לבקרים. Nam quotidie plagas fero, singulisque matutinis afflictio mea est. *q.d. Ita flagellor, siue affligor, vt ne momentum quidem quietis habeam: simulatque surgo, videtur excubias egisse aliqua noua miseria quæ me excipiat.* 15 Narrabo sic אספרה כמו Narrare *significat pronuntiare quasi de re certa. q.d. pronũtio nullã esse* Deo *curã de suis, neque illis prouidere.* Hîc *se cohibet* Dauid *in medio cogitationũ suarum cursu, & retrahit mentem ab illis peruersis cogitationibus, acsi diceret, Quid tu agis? si sic pronunties, annon vides te iniuriã & Deo & omnib⁹ piis facere?* Dauid *antẽ nunquã prorupit in illã audaciã, vt diceret negligi mundũ & res humanas à* Deo, *neque ita apud se statuebat: sed tametsi varias cogitationes haberet, cõtinuit tamẽ se, & tandem videns naufragij periculũ, vela retraxit.* Generatio filiorum tuorum, &c. דור בניך בגדתי generationẽ filiorum tuorum reprobaui. *vel,* fefelli. *i. omnes fideles tuos fraudaui spe sua, qui sentiũt te humana curare, & ipsorũ curam habere. Alij,* in nationem filiorum tuorum transgressus sum. *i. iniurius fui. Quidam dicũt vocum ordinẽ esse peruersum apud* Hebræos, *apud quos sic ad verbũ legitur,* Narrabo vt ecce generatio filiorum tuorũ, præuaricatus sum: *atque sic ordinant,* Narrabo *sicut generatio filiorũ tuorum: ecce præuaricatus sum.* Et

exponũt perinde acsi David dicat, Siquãdo statui apud me pronũtiare de hac re, quòd scilicet fideles tuos non cures, vt nonnunquam pronuntiare solent ij quorum etiam pater es, qui à te processerunt, & tamen nõ putant te habere sui curã, afflictionum mole pressi: sensi vtique me defecisse à te, vt illi. Alij vertunt, Narrabo sic, ecce generatio filiorũ tuorũ, transgressus sum. *vt verbum* אספרה *legatur sine constructione. i. pronuntio te nõ prouidere tuis. nam ecce generatio filiorum tuorum multis miseriis exercetur. si sic dicam, peruersè agam.*

Cogitaui itaque vt scirem hoc, *sed* labor fuit in oculis meis: 16

Existimabam vt cognoscerẽ hoc: labor est ante me:

Docet eum Deus exitum impiorum

Donec ingrederer in Sãctuaria Dei, & intelligerem nouissimum eorum. 17

Donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.

Profectò in locis lubricis posuisti eos, corruere facis eos in desolationes. 18

Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum allevarentur.

16 Cogitaui itaque ואחשבה *Hæc dictio significat supputare, & expendere, siue considerare. Verti potest,* adieci itaque animum. *vel,* applicui studium meum[aut cogitationem] ad sciendum hoc. Labor עמל res molesta. *q. d. quoties de hac quæstione dissertaui sine Spiritu tuo, laborem maximum mihi peperi, & nihil profeci. etiam siquis ratione præditus, vt sunt homines, studeat cognoscere rationem operum Dei, quomodo regat hunc mũdum, ita sinat res confusas & perplexas in terra, implicabit se multis molestiis, nec tandẽ poterit reperire aliquẽ exitũ, sed manebit illi labor molestus.* 17 Ingrederer in Sanctuaria Dei, עד אבוא אל מקדשי אל *Fut. Heb. quod quidam vertunt per præt. perf. indicatiui,* ingressus sum. Sanctuaria, *siue* Sacraria Dei *vocat Dei arcana. Propterea quidam vertunt,* secretiora Dei adyta. *Alij per* Sanctuaria *intelligunt potius doctrinam illam quæ iam exposita est nobis. Alludit autẽ ad ipsum Sanctuarium vbi erat Lex reposita, & ad illam docendi rationem externam quam Deus instituerat in populo suo. Deus enim (vt scimus) semper Ecclesiæ suæ se patefecit per oracula. Quoniam ergo præscripta erat illa ratio fidelibus, vt peterẽt scientiam ex verbo Domini, & Deus templũ in hunc finẽ ordinauerat, ideo David dicit,* Donec ingrederer in Sãctuaria Dei, *hoc est, in scholã Dei ipsius, donec sit mihi Deus magister, egóque discã & ab illo accipiam quod mens mea nõ capit. Sensus enim mei omnes deficiunt in hac consideratione.* Nouissimum eorum. לאחריתם *nempe impiorum, qualiter scilicet de illo pronuntiat Dominus in Scripturis, & interdum ipse etiam effectus & experientia demonstrat.* 18 Posuisti תשית *Fut. Heb. pro præt.* Corruere facis הפלתם *Præt. Heb. quod quidam vertunt per præs.* deiicis. *Alij per futurum,* corruere facies, *id est ita eos deijcies vt planè vastentur. Phrasis est Hebraica.*

Quomodo facti sunt in desolationem! subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

19 Quomodo fuerunt in desolationē quàm citò! defecerunt, consumpti sunt à terroribus.

Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

20 *Sunt* velut somnium expergefacto *homine*: Domine quum suscitabis, imaginem eorum spernes.

19 Quomodo fuerunt in desolationem quàm citò! איך היו לשמה כרגע Vt vastati sunt penè in momento temporis. *Subaudi, dicent homines aliquando, admirabundi.* Defecerunt ספו finem ceperunt. A terroribus מן בלהות *id est, interitu repentino, vt exponunt Hebræi. Bifariā alij exponunt: Vel quòd Dominus in ipsos fulminet insolitis modis: vel quòd solo terrore ipsos exanimet, atq; in nihilū redigat.* Consumpti sunt *igitur* à terroribus, *hoc est, violentis & inusitatis atq; extraordinariis Dei iudiciis concuti solent impij.* 20 Expergefacto *hom.* מהקיץ *Hebraicè*, ab expergiscendo. *vel*, expergiscendi. *est enim infinit. Quidam vertunt*, quasi somnium expergefacti. *Alij vertunt subauditis pauculis, sic*, Velut somnium *quod euanuit* ab euigilāte. *Cōparat* David *impios somnio. Miræ phantasiæ nobis obrepūt inter dormiendū: fabricamus regna, imò nouos mūdos, & fingimus quod nunquā fuit: vbi autem expergiscimur, statim hoc euanescit. Vnde ergo tanta nobis admiratio fortunæ impiorū, nisi quia somniamus & dormimus? Qui enim vigilant, hoc est qui oculos habent apertos, & quibus* Deus *per verbū suū affulget, non multum se fatigant, nec excruciant ob impiorum successum.* Dicit igitur David *se dormiuisse, seq; detentū fuisse istis falsis somniis vt reliqui homines, sed* Dominus *illū excitauit: tunc agnouit se somniasse, quum tantopere impiorum prosperitatē admiraretur. In hanc sententiam dicit* Iesaias *cap. 29.b.7, Sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentiū quæ dimicant contra* Ariel, *&c. Sicut qui somniat esuriens, & ecce comedit: quúmque expergiscitur, vacua est anima eius, &c. sic erit multitudo, &c.* Quū suscitabis בעיר *Hîc* בעיר *pro* בהעיר *positum*, in suscitando. *Alij vertunt*, in ciuitate. *Doctus inter Hebræos dicit patrem suum sic exponere locum istum, Dum suscitaueris mortuos, vel quādo suscitabis mortuos, imaginē vel figurā eorum spernes, quemadmodum dicit* Scriptura, *Dani.12.a.2, Multique dormientium in terra pulueris expergiscentur, hi ad vitam æternā, & illi ad opprobria & ad contemptū sempiternum.* Et imaginem *interpretatur animā hominis quæ formata est ad* Dei *imaginē. Alij accipiunt* imaginem *pro toto illo fulgore externo & visibili, in quo sibi tantopere placebant, & cuius gratia habebantur in magno pretio apud homines. sicut &* Psal. *39.b.7, dicitur, In imagine pertrāsit vir. quibus verbis significat hominē nihil habere solidū nec firmū. Imaginē igitur vocat apparentiā, vt loquuntur. q.d. Apparet quidē in homine aliquid externū, quod nihil firmum habet. Sic & hoc loco exponunt externā illam pompam & authoritatē, gratiā & prudētiā,*

quā mundus in proceribus admiratur. Paulus figurā mundi appellat, 1. Cor. 7. f. 31. Sensus igitur huius loci iuxta istos talis est, In suscitando, *id est, posteaquā transierint ista somnia, vel, quū cœperis ostendere aliquod signū tuæ prouidentiæ, nēpe quum res mūdi restitueris in aliquē statum tolerabilem, ostendes illam præclaram ostentationē in qua sibi placebant, nihil fuisse nisi somnium: idque ostendet exitus.* Qui legunt, in ciuitate: *exponunt, in conspectu totius populi, non obscurè, nec in aliquo angulo, sed coram multis testibus.*

Rursus tentatur fidelis prosperitate impiorum.

Profectò excāduit cor meū, 21 *Quia inflāmatum est cor*
& lumbi mei compuncti sunt. *meum, & renes mei cōmutati sunt: & ego ad nihilū*
Ego autem insipiens eram, 22 *redactus sum, & nesciui.*
nec cognoscebam: vt iumenta *Vt iumētum factus sum*
eram apud te. *apud te: & ego semper tecū.*

Laudat bonitatē & prouidentiam Dei erga se.

Tamē ego semper tecū *fui*, 23
tenuisti manū dexterā meam. *Tenuisti manum dexterā*
Cōsilio tuo deduxisti me, & 24 *meam: & in volūtate tua*
postea *cum* gloria excepisti me. *deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.*

21 Excanduit יֶחְמַץ *Fut. Heb. quod per præt. perfectū. vel imperf. redditur,* quasi aceto aceri perfundebatur. *Aut,* veluti acore affectum erat. *Alij,* acetosum erat. *Alij,* acerbum factum erat. *Verbum Hebraicum deducitur à nomine quod acetum significat, item fermentum siue fermentatum, vnde quidam vertunt,* inflatum fuit. Et lumbi mei compuncti sunt וְכִלְיוֹתַי אֶשְׁתּוֹנָן *Fut. Heb.* & vterque renum meorum quasi telo acuto pungebatur. *Alij,* & renibus meis spinosus eram. *Alij,* & renes mei aculeis puncti. *Chaldæus paraphrastes,* renes mei ardebant sicut ignis. *Dicit itaque Dauid non tātum æstuasse in diuersas cogitationes, sed erupisse vsque ad indignationem, habuisse cor suū inflatū instar fermenti, & renibus suis compunctum fuisse, vbi videbat res ita incompositas esse in mundo. Quidam iungunt versum istum sequenti, & כִּי, pro quo noster interpres vertit* profectò, *conuertunt in aduerbium temporis, atque etiam ו quod est in principio sequentis versus, hoc modo,* Dum inflatum est cor meum, & renibus meis compunctus fui, tunc ego fui stultus.

22 Vt iumenta בְּהֵמוֹת *Quidam pro* כּ *similitudinis, legunt* ב, *& vertunt,* inter iumenta, *eodem tamen sensu.* Dicit, Coram te. *q. d. Licet inter homines visus fuerim aliqua ratione esse præditus & indicio, ego tamen coram te, id est in operibus tuis, & agnitione tuæ prouidentiæ & rectitudinis, vt brutum animal.* 23 Tamen ego וַאֲנִי Hebraicè, Et ego, *id est tu nunquam voluisti me abijcere, sed de salute mea fuisti sollicitus.* Tenuisti אָחַזְתָּ apprehendisti. *ne scilicet prorsus exciderē.*

24 Consilio tuo בַּעֲצָתְךָ In consilium tuum, *id est in cognitionem cōsilij tui.* Cum gloria excepisti me, כָּבוֹד תִּקָּחֵנִי *Subauditur præpositio Hebræis: quidam* לְ *ad, & vertunt,* ad gloriam. *Alij,* ב, in *vel* cum: *id est, in gloriam, vel cum gloria. Verbum futurum est Hebræis*

suscipies. Sunt qui vertunt, gloria suscepit me. *Quidam per futurũ vertunt totum versum,* Consilio tuo diriges me, & postea in gloriam suscipies me. *q.d. Domine, tu non paßus es me prorsus excidere: videor nãque mihi nũc iam fortior & robustior: tu igitur deduces me tuo consilio, & tandem suscipies me in gloriam. Sub hac gloria comprehenditur etiam æterna vita: non tamen excludit* David *particulares gratias & beneficia quibus nos* Deus *in hac terrena vita prosequitur. acsi dicat, Postquam gubernaueris me recto consilio, facies vt mihi prospere omnia cedant, & tandem colliges me in cælestem gloriam.*

25 *Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?*
26 *Defecit caro mea & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ.*
Quia ecce, qui elongant
27 *se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te.*
Mihi autẽ adhærere Deo
28 *bonum est, ponere in Domino Deo spem meam:*
Vt annuntiẽ omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

'Quis mihi *est* in cælo? & tecum 'non optaui in terra.
'Defecit caro mea & cor meũ 'robur *autem* cordis mei, & pars mea est Deus in seculum.
Quoniam ecce, qui se elongant à te, 'peribunt: succîdis 'omnem fornicantem à te.
'Et ego *noui quòd* accessus ad Deũ mihi est bonus: *ideo* posui in Domino Iehoua spem meã, vt enarrem omnia opera tua.

25 Quis mihi, &c. מי לי בשמים וגו' *Loquutio Hebræis frequens, iungere interrogationem cum particula negatiua. Interrogando enim fortius negat. Sic resoluenda est oratio,* N*ullus mihi in cælo est, & neminem in terra optaui præter te vnũ. q.d. à te solo pẽdeo, in te vno sũt omnia mea subsidia, in te vno omnis mea prudentia & industria, in te solum recumbo. nemo neque in cælo, neque in terra præter te vnum potest me iuuare.*

26 Defecit כלה *Quidam vertunt per præsens,* Consumitur, *aut* Deficit. *Alij per futurum,* finem habitura est. *Nõnulli existimant Dauidem præ desiderii ardore defecisse. Alius videtur potius Dauidẽ sensisse, se quidem deficere carne & corde, in* Deo *autem se satis habere roboris, imo plenam & perfectam fœlicitatem.* Confirmat quod prius dixerat, *se vno* Deo *esse contentũ.* Partis *nomine intelligitur poßeßio & sors qua quisque contentus est. Quum igitur* Deus *sit nostra portio, ille solus sufficere nobis debet, à quo perfecta est fœlicitas.* Robur צור rupes. *vel* stabilitas. 27 Peribunt: succidis יאבדו הצמתה *Fut. cum præt. Heb. Quidam,* pereunt: perdes. *Alij,* pereunt: conficis. *Vel,* perdidisti.

Omnem fornicantem à te. כל זונה ממך *Spiritualis mentis castitas, est quum statuimus* Deum *esse vnicum authorem bonorũ omnium, ab illo solo pendemus, in eo solo inclusa est spes nostra, ipsum solum inuocamus, pendemus ab eius verbo, & sinimus nos ab ipso gubernari. Qui contrà facit, fornicatur à* Deo. 28 Et ego, &c. ואני קרבת אלהים לי טוב שתי באדני יהוה מחסי לספר כל מלאכותיך *Ad verbum,* Et ego accessio [*siue*

appropinquatio ad Deũ bona est mihi, *ac posui in Dom, &c.* Illud Et ego, *significat quod Latinè dicimus, quod ad me spectat, siue attinet. Hebraismus cum mutatione personarum, pro,* Bonum est mihi *accedere ad te, ac me totum à te pendere, vt narrare poßim aliis omnia opificia tua, quæ maxima arte facta sunt à te. Quidam vertunt,* Mihi autem coniũgi Deo, bonum est, posui in Dominũ Iehouã spem meam, vt enarrem omnia opera tua. *Alii,* Appropinquatio autem mea ad Deum, bona est mihi, vt ponã in Domino Iehoua spẽ meã, & enarrẽ, *&c.*

LXXIIII.

Populus Israel conqueritur de vastitate ac desolatione templi, in exilio Babylonico, vel potius tempore Antiochi.

Intelligentia ipsius Asaph. 1
VT quid Deus repulisti *nos,*
in seculũ fumat furor tu⁹
contra pecudes pascuæ tuæ?
Recordare congregationis 2
tuæ *quam* acquisiuisti ab antiquo, *quòd* redemisti virgam hæreditatis tuæ, montem Siion istum, in quo habitas.

Iniuria & crudelitas inimicorum.

Leua pedes tuos 3

LXXIII.

Intellectus Asaph.
V*T quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?*
Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.
Redemisti virgam hæreditatis tuæ: montem Sion in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas

IN PSALMVM LXXIIII.

1 Intelligentia משכיל Matschil. *i. Intelligentia: vel vt alii, erudiẽs, siue eruditiuũ. Vide Psal. 32.* 2 Repulisti זנחת elõgasti. *Alii,* abominatus es. In seculum, לנצח in perpetuum, *id est penitus.* Fumat יעשן *Fut. Heb. fumabit. Quidam conuertunt in præsens,* fumat. *i. ita exæstuat vt fumũ emittere videatur. Metaphora ab equis aut tauris qui fumum per nares emittunt. q. d. iræ tuæ feruor ostendit nos grauiter peccasse.* 3 Ab antiquo קדם *iam olim. ia pridem. prius. Videtur alludere ad liberationẽ ex Ægypto.* Quòd redem. *&c.* גאלת שבט נחלתך הר ציון זה *Quidam, mutato ordine verborũ Hebraicorum vertunt,* & virgæ hæreditatis tuæ quam redemisti [*vel,* eripuisti] mõtis Siõ isti⁹. *Virgã hæreditatis vocat hæreditatẽ perticis aut funiculis diuisam, vt in Palæsthina fieri solebat. Aliĭ, absque inuersione ordinis, subauditis pluribus, transferunt,* Et quam redemisti, *recordare inquam* tribus hæreditatis tuæ, montis Sion istius, *&c.* In quo habitas שכנת בו *Ad verbum,* quem habitasti in eo. *Hebraismus, pro, quem inhabitare soles. Redundat* IN EO.

3 Pedes tuos פעמיך gressus tuos. vestigia tua. *Hebraismus est,* Leua pedes tuos, *pro,* Accelera, Attolle te. *& est sicut illud Psalmi 68, a. 2, Exurgat Deus, & dißipentur inimici. q. d. Domine celeriter aduola, vel, festina vt hostes tuos percutias & perdas. Doct⁹ inter Hebræos etiam exponit,* malleos tuos, *Eleua (inquit) malleos tuos, vt perdantur manu tua omnes hostes tui qui templo nocuerunt.*

in superbias eorum in finẽ, quanta malignatus est inimicus in Sancto.

Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerunt sicut in exitu super summũ.

Quasi in sylua lignorum securibus

ad desolationes in seculũ, *super* omnem inimicum qui malefecit in Sanctitate.
4 Rugierunt hostes tui in medio synagogarum tuarum: posuerunt signa sua signa.
5 Notus erat velut afferẽs supernè *qui inferebat* in perplexitatem ligni secures.

Ad desolationes, &c. למשאות נצח: כל הרע אויב בקדש *Ad verbum*, ad vastationes in perpetuum, in omnem qui malefecit inimicũ in Sãctitate. *Quidam conuertunt nomẽ in verbum, sic,* Vt vastes in perpetuũ omnem hostem qui afflixit Sacrarium. *Vel,* vt perdas perpetuó hostes vniuersos qui mala intulerunt Sacrario tuo. *Siue,* qui male egit in Sanctuaria. *Alii,* ad vastationes perpetuas, nihil non labefecit inimicus in Sancto.
4 Synagogarum tuarum מועדיך ecclesiarum tuarum. *Id est, templi. Plurali numero vtitur, quòd templum constaret tribus partibus, vt dictum est Psal. 68.g.36. Quidam vertunt,* sanctuariorum tuorum. Signa. אותות *Repetit nomen ad certitudinem & veritatem rei. nam signa certa habebant quibus sibi persuadebant se capturos templum sanctum.* Ezech. 21.e.21, *traditur quomodo cõsuluerint exta, quum in destructionem templi sancti proficiscerentur. q.d. ea signa quibus adducebantur se capturos templum, crediderũt esse vera. Aliĳ subaudiunt præpositionem, vertẽtes,* pro signis, *vel* trophæis. *id est, in signum victoriæ. q.d.* Domine *triumphos suos agunt, ita vt prorsus deiiciant signa maiestatis tuæ, vt non videaris amplius regnare inter nos. Ista expositio doctioribus magis placet.*
5 Notus erat יודע Celebris, Nobilis. Illustris erat. *vel* fuit. *nam futurum est, quod quidam per præt. perf. alii per imperf. vertunt.*

Velut afferens supernè כמביא למעלה velut adducens ad sublime. *Aut,* velut adducẽs *ligna* ad sublime aliquid. *q.d. qui in sylua densa (id significat perplexitas lignorum) abscindebat arbores ad ædificium templi, in tanto pretio habebatur, in quãto habitus fuisset si eadem ligna Deo in cælo obtulisset: vel, tam celebris erat, támque bonæ famæ, quasi Deo offerret sacrificia. Vel, videbatur rem tam gratam agere, quàm si obtulisset corã Deo in cælo. Quidam vertunt,* Palàm est quomodo in superiora *templi,* velut in condensa syluarum, secures intulerint. *Et per superiora, intelligunt tabulata templi quæ auro ornata, hostium prædæ patuerunt, atque ab illis, securibus decussa, non secus quàm si in syluis arbores detruncentur. An ex veritate transferant hi, videant lectores. versus sequens videtur aduersari, quum dicit,* Nũc autem. *opponit enim præcedentibus sequentia.*

Nunc autem cælaturas eius pariter bipenni & malleis conterunt.

Miſerunt ignem in Sanctuaria tua, in terram *deturbantes* polluerũt tabernaculũ nominis tui

Dixerunt in corde ſuo, Depopulemur eos pariter: incenderunt omnia tabernacula Dei in terra.

Cõquerũtur ſe deſtitui omni ope & conſolatione Diuina.

Signa noſtra nõ videmus, non eſt vltrà Propheta, nec eſt nobiſcum qui cognoſcat vſquequo.

Vſquequo, Deus, probris afficiet *te* aduerſarius, ſpernet ini-

6 *exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt eam.*

7 *Incenderũt igni Sanctuarium tuũ, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.*

8 *Dixerunt in corde ſuo, cognatio eorum ſimul, Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.*

9 *Signa noſtra nõ vidimus, iam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet amplius.*

10 *vſquequo, Deus, improperabit inimicus, irritabit*

6 Bipenni בכשיל ſecuri. Conterunt. יהלמון *Fut. Heb. pro praſ. vel prat.* deiiciunt. confregerunt. conquaſſarunt.

7 Ignem in Sanctuaria tua כשלחו מקדשיך *Ad verbum,* in ignem Sanctuaria tua. *pro,* ignem in Sanctuaria tua. Incenderunt igni Sanctuarium tuum, *hoc eſt Templum.*

8 Depopulemur נינם Interficiamus eos. vim inferamus illis. deprædemur eos. *à* ינה Omnia tabernacula כל מועדי omnes ſynagogas. *i. totum Templum. Docti quidam pro ſynagogis accipiunt: quod Propheta nõ loquatur de vno Templo duntaxat, ſed de locis omnibus qui deſtinati erant in eũ vſum, nempe vt illuc cõuenirent fideles ad audiendam Legis doctrinam. Volebant enim extinguere nomen Dei, & abolere puram Legis & Prophetarum doctrinam.*

9 Signa noſtra אותותינו Prodigia noſtra *quæ ſcilicet olim faciebat Deus noſtra cauſa, quibus teſtabatur, quãuis nos affligeret, tamẽ ſe eſſe noſtri liberatorẽ. Alii latius extendunt nomen ſigni: nã non ſolũ interpretãtur de ſignis illis vel ſymbolis quibus Prophetæ confirmabant ſuã doctrinam: ſed generaliter accipiũt pro omnibus teſtimoniis quibus Dominus ſolitus fuerat olim populum ſuum in miſeriis ſolari. quemadmodum dicimus vulgò, ſigna dari vel amoris, vel odii.* Videmus ראינו *Præt. pro præſ.* Nec eſt nobiſcum, &c. ולא אתנו ידע עד מה *Repetitio eſt eiuſdem rei: nam quũ dicunt non eſſe qui cognoſcat, intelligunt nõ eſſe Prophetam.* 10 Spernet inimicus nomen tuum ינאץ אויב שמך blaſphemabit inimicus nomen tuum. *Alij,* comminabitur nomini tuo. *Alij,* flocci faciet. ſpernet. contemnet.

aduersarius nomen tuum in finem?

Vtquid auertis manũ tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua Mare. contribulasti capita draconum in aquis.

Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escam populis AEthiopum.

micus nomen tuum in seculũ?

11 Vtquid reducis manum tuã & dexteram tuam? è medio sinus tui prohibe *manum tuam.*

12 Deus autem Rex meus ab initio, operatur salutes in medio terræ.

13 Tu confregisti fortitudine tua Mare, confregisti capita cetorum in aquis.

14 Tu contriuisti capita Liuiathan, dedisti eum escam populo deserta *incolenti.*

Concipiunt spem liberationis, repetitis Dei in ipsos beneficiis.

In seculũ? לנצח in perpetuũ. perpetuò. *Vide Psal.79.b.5* 11 Reducis תשיב *Fut. Heb. pro præs.* auertis. *nẽpe ab ope ferẽda. Dicitur Deus manũ suã auertere, quũ potentiã suã reipsa non declarat nobis: sicuti econuerso dicitur manum suam porrigere, vbi testatur sese nobis adesse, & aliquod specimen auxilij sui ac virtutis præbet.* Et dexteram tuam, &c. וימינך מקרב חיקך כלה & dexterã tuam de medio sinu tuo arce. Alij, & dextera tua è medio sinus tui otiosa est? Alij, & dexterã tuã de medio sinus tui *profer, vt hostem* consumas. *Metaphora ab inertibus & cessatoribus.* Alij, & dexterã tuam? è medio sinus tui consume. *q.d. Domine, hostes mei ideo te contemnũt quia putant te ignauũ iacere, acsi quis haberet in sinu manus compressas: tu igitur fac vt reipsa sentiant te posse illos consumere, etiam si te non moueas, neque attollas manus tuas.* 12 Deus autem, &c. ואלהים מלכי מקדם פעל ישועות At tu, ô Deus, *olim* Rex meus *eras*, qui ferebas auxilia in, &c. *Regis nomen, significat* Deum *Ecclesiam suam fide & præsidio suo tutatum semper fuisse.* Alij E T *pro* Q V V M *accipiunt vertentes,* Quum Deus Rex meus, *sub.* fuerit, &c. *Locus concisus. q.d. Quomodo id accidere potuit, quum Deus fuerit* Rex *meus iam olim, siue ab initio, & quum hucusque iuuerit me, & fecerit mihi salutes? id est, tulerit mihi opẽ in media hostiũ ditione? vel manifestam & conspicuã, & quasi in theatro vt ab omnibus conspici potuerit.* Salutes *plurali vtitur, vt magis exprimat quàm magnifica fuerit illa liberatio.* 13 Confregisti פוררת diuisisti. diremisti secuisti. *vt scilicet transitum dares Israelitis.*

14 Contriuisti רצצת confregisti. concidisti. Cetorũ. תנינים *Per cetos, dracones, magnos pisces, & Leuiathan, intelligit Pharaonẽ, & eius exercitũ: alludẽs ad terræ sitũ, quoniã AEgyptus mari vicina erat: respexit etiam ad Nilum.* Deserta *inc.* לציים deserti. *vel* solitudinum. *Alij,* in desertum. *subaudi, proficiscenti.*

Tu excidisti fontem & tor- 15
rentē: tu siccasti fluuios fortes.

Tu dirupisti fōtes & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.

Tuus est dies, etiā tua est nox, 16
tu præparasti lumen & solem.

Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.

Tu statuisti omnes terminos 17
terræ: æstatē & hyemem tu plasmasti.

Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatē & ver tu plasmasti ea.

Cōtinuatio orationis aduersus inimicos.

Memento huius, *quòd* inimi- 18
cus probris affecit Iehouam, &
quòd populus stultus spreuit no
men tuum

Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas congregationi *ini-* 19
micorum animam turturis tuæ: cō
gregationis pauperū tuorū ne
obliuiscaris in æternum.

Ne tradas bestiis animā confitētem tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Obiiciunt Deo suum fœdus.

Respice ad pactum *tuum*: quia 20
repleta sunt loca tenebrosa ter-
ræ habitationibus iniquitatis.

Respice in testamentum tuū: quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne redeat attritus affectus 21
pudore:

Ne auertatur humilis factus confusus:

15 Excidisti בקעת secuisti. *i. ex scissa petra produxisti torrentē, siue aquas.* De Petra *loquitur ex qua fluxerunt aquæ populo murmuran te,* Exod. 17. *b.* 6. Et torrentem ונחל & flumen. Fortes. איתן *Ad verbum,* fortitudinis. validos. ingentes. Id *factum fuit quum* Dominus *siccauit* Iordanem, *quum filii* Israel *ingrederētur* Terram *sanctā.* Iosue 3. 15. *d.* 17 Plasmasti. יצרתם *Ad verbum,* formasti eas. *vel* ea. *Pronomen redundans more* Hebræorū. *Alii,* finxisti. 18 Spreuit נאצו violauit. *Idem verbum quod suprà versu* 10. 19 Congregationi ani. לחית נפש bestiæ animam. *Comparat* Ecclesiam *Dei turturi quæ & vnica est & imbellis: hostes verò à quibus vexabatur, bestiæ feræ, siue multitudini & exercitui.* Pauperum tuorū עניך afflictorum tuorū. In æternū. לנצח in perpetuum. penitus. perpetuò. 20 Repleta sunt, *&c.* כי מלאו מחשכי ארץ נאות חמס repletæ sunt tenebrositates terræ habitaculis violentiæ. *i. quia terra tenebris obruta, plena est hominibus studētibus iniuriæ.* Quidā, tenebricosa terræ, plena sunt habitaculis violentiæ. *Alii,* repleurunt tenebræ terram, habitacula prædonum. *Alij,* repleta sunt *omnia* tenebrosis *carceribus* terræ, & habitaculis violentis. 21 Attritus affectus pudore דך נכלם pauper vel afflictus. contritus confusus. Vel, Ne reuertatur contritus cum ignominia. *i. ne reuertatur à conspectu tuo obrutus ignominia,*

pauper & inops laudabũt nomen tuum.

sed ' pauper & mendicus laudẽt nomen tuum.

Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

22 Surge Deus, ' discepta causam tuam: memento probri tui *quo afficeris* à stulto, omni die.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

23 Ne obliuiscaris vocis hostiũ tuorum, *neque* ' sonitus insurgẽtium in te: *nam* ascendit semper.

LXXIIII.

In finem, Ne corrumpas, Psalmus cantici Asaph.

LXXV.

1 ' Victori, ' Ne disperdas: ' psalmus ipsi Asaph *&* canticum.

Confitebimur tibi Deus confitebimur, & inuocabimus nomen tuũ.

2 ' Elebrabimus te Deus, celebrabimus: etenim propinquum est ' nomen tuum: ' narrabunt mirabilia tua.

Propheta, quasi voti compos, gratias agit Domino.

Narrabimus mirabilia tua: quum accepero tem-

' Quum accepero statutũ tẽ-

quòd repulsam passus sit. Pauper עני afflict' 22 Discepta ריבה defẽde. iudica. *Seipsum exponit sequẽti versu.* 23. Sonitus, *&c.* שאון קמיך עלה תמיד tumultus eorũ qui contra te insurgũt, iugiter crescit. *vel* augescit. Alij, fastus eorum, *&c.* ascendat semper. *Vel*, ascendit. *sub. in conspectum tuum: ideo non potes dissimulare te illum audire.*

IN PSALMVM LXXV.

1 Victori, למנצח Vide *Psal.* 4. Ne disperdas אל תשחת vide *Psal.* 57. Psal. ipsi Asaph *&* can. מזמור לאסף שיר Vide *Psal.* 30.

2 Celebrabimus הודינו *Præterita Heb. pro præs. vel pro futuris,* Gratias agemus. Nomen tuum שמך *i. numen, auxilium, & robur tuum. i. quoniam se patefacit virtus tua in salutem Ecclesiæ tuæ, ideo nunc habent pii cur tuam bonitatem prædicent.* Narrabunt. ספרו *Præt. Heb. pro fut.* 3 Quum accepero, *&c.* כי אקח מועד Quum destinatum tempus nactus fuero. *i. quũ præfixero finem calamitati vestræ, vt indicem mortales. Promittit Deus se ad opportunum tẽpus adfore suis fidelibus, tametsi illis non continuò succurrat. q. d. ego scio quid vobis expediat: vos quidem feruetis desiderio, sed interim nondum est opportunum & maturum tempus.* Quidã vertit, Quoniam assumã coetum. *Loquitur (inquit) de sua Ecclesia, quam Dominus videtur negligere, vbi eam exponit hostium libidini, & nõ statim profert suam virtutem, vt hostibus resistat. dicit igitur, Ego non semper patiar hostes ita grassari, sed colligam Ecclesiam meam quæ nũc dispersa esse videtur, velut extra curã meam & præsidium. Familiare est & frequẽs in Psalmis, fideles gratias agere Deo, vel implorare eius opem, vicissim autem illis Deum respondere. Sic inducitur Deus loqui hoc loco.*

Corripit insanos & impios.

pus,ego rectè iudicabo.
Dissoluta est terra,& habita- 4
tores eius:ego *vero* stabiliam co
lumnas eius. Sélah.
Dixi insanis,Ne insaniatis: & 5
impiis,Ne exaltetis cornu,
Ne extollatis in Excelsũ cor- 6
nu vestrũ,*neque* loquamini col-
lo pingui:
Quia nec ab Exortu , nec ab 7
Occidente,neque ab Aquilone
venit exaltatio:

pus, ego iustitias indicabo.
Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis,Nolite iniquè agere: & delinquentibus,Nolite exaltare cornu,
Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deũ iniquitatẽ:
Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: quoniã Deus iudex est,

Rectè, מֵישָׁרִים rectitudines.æquitates. *i.summa æquitate iniquitatem profligabo,& pietatis studium asseram.*

4 Dissoluta est terra נְמֹגִים אֶרֶץ *Ad verbum,* Dissoluti sunt[*vel* Liquescunt]terra. *Verbum plurale nomini singulari iunctum , frequens Scripturis. Dicit Propheta Deum restituturũ in melius quæ collapsa sunt & quasi liquefacta. acsi dicat Deus, Quãuis terra dissoluta sit & dissiliat,ego tamen stabiliam eius columnas: hoc est,ego efficiam vt in ista perturbatione maneat stabilis. Potentiam suam nobis commendat, cuius documẽtum satis illustre apparet in ipsa terra. Quidam per futurum,* Diffluent. Colliquescent. *sub. præ timore: tãtum abest vt mihi possint resistere.* Stabiliam תִכַּנְתִּי *Præt. Heb. pro fut.* disposui summa arte. *Alij,*confirmaui. *Alij,*fixi. 6 In Excelsum cornu vestrum לַמָּרוֹם קַרְנְכֶם Cornu *vocat robur. q.d. vires vestras ne iactetis contra Deum. Refert Propheta suas cogitationes: & non tam sua causa loquitur, quàm vt filios Dei instituat quomodo se gerere debeãt in rebus aduersis, vbi videntur oppressi: nempe vt resistant fortiter, agnoscẽds quicquid machinantur impii,hoc prouenire ex mero furore, & furorem ex superbia.*

Pingui. עָתָק duro.præfracto. *i cum fastu, & superbé. Referri potest ad collum, & ad* VERBUM *subauditũ.* collo pingui,& collo pingue *verbum. i. durum. Alludit ad gestum ipsum qui eminet in hominibus superbis: habent enim guttur quodammodo inflatum.*

7 Ab Aquilone מִמִּדְבַּר à deserto. *q.d. dignitatis nullum est emporium, nusquam terrarum venditur dignitas, siue potentia: sed à solo Deo est. Monet ne quis exaltetur contra Deum ob dignitatẽ, aut vires, quod ea a Deo sint. Causam vnde superbiãt homines, declarat, dum scilicet circũspiciunt in hanc vel illam partem , promittentes sibi, vel industria vel opera hominum se posse consequi quod cupiunt. Qui volũt emergere & eminere supra omnes, circunspiciunt quidnam habeant vel opis, vel honoris, aut apud se consilii & pecuniæ.*

Hunc humiliat & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri, plenus misto:

Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fæx eius non est exinanita. bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annũtiabo in seculum, cãtabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringã: & exaltabuntur cornua iusti.

LXXV.

In finẽ in laudibus, Psalmus Asaph canticum ad Assyrios.

8 Quoniam Deus ʼ iudex est:
hunc humiliat, & illum exaltat:
9 Quia calix in manu Iehouæ:
& vinum *quod in eo*, ʼrubet: & ple
nus est ʼmisto, & effundit ex hoc:
vtique fæces eius ʼsugent, & bi-
bent omnes impii terræ.
10 Ego autẽ annuntiabo in secu *Laudes Deo.*
lum, & psallam Deo Iaꜩacob:
11 Et omnia cornua impiorum *Impiorum ruina*
ʼconfringam, exaltabuntur *verò* *& piorum exalta-*
cornua iusti. *tio.*

LXXVI.

1 ʼVictori in Neginoth ʼ psal-
mus ipsi Aꜩsaph, & canticum.

8 Iudex est: שפט *Iudiciũ hoc loco, nihil aliud est quã gubernatio. Iudex igitur est Deus, hoc est, ita præest mundo gubernando, vt nihil geratur in eo nisi arbitrio ipsius, vt constituat & ordinet res humanas prout visum est. Non igitur tribuendæ sunt neque fortunæ, neque industriæ nostræ, quæcunque cernuntur in mundo mutationes.*

9 Rubet: חמר *Præt. Heb. pro præs. Alij*, turbidum & turbulentum est. *Calix pro vltione Diuina, vt Ierem. 51. b. 7, Calix aureus fuit Babel in manu Domini, de cuius vino, &c. Quod illic vocauit calicem aureum, hîc vocat calicem vini rubri, quòd fortius sit vino albo, & insaniores reddat potatores. q. d. Dominus habet vnde acerrimè puniat malos. Iram Dei cõparat vino optimo, quòd vt optimum vinum citissime penetrat, vt etiam turbet cerebrum hominis, febrim generet, & exitiale sit nimium potum, ita mira vis est vindictæ Diuinæ.* Misto: מסך mistione. *Quidam existimant mistionem hîc poni, quòd raro bibant vinum merum in illis regionibus, quòd calidiores sint: quódque illic vinum sit generosius, quàm in istis plagis frigidis. Alij putant diuersum significari, quòd vinum sit aromaticum. Non tantùm ergo Deus propinat vinum simplex & natiuum, sed addita mistione, vt plus habeat vigoris.* Sugent, & bibent ימצו ישתו *Quibusdam transposita verba videtur, pro, bibent & sugent. q. d. non tantùm bibent, sed ad vltimam vsque guttam ebibent, & vsque ad fæces. Loquutio satis vulgaris Hebræis, vt verbum quod plus habet vehementiæ, primo loco ponatur. Quidam vertunt*, expriment, bibent. *pro, bibentes sugent. Gallicè, esgousteront.* Confringam: אגדע *Propheta cognoscẽs Deum sui perpetuò similem esse, non dubitat quin etiam velit in posterum iuuare suos, quemadmodũ hactenus fecit: propterea sibi promittit virtutem qua prosternat omnes impios.*

IN PSALMVM LXXVI.

1 Victori in Neginoth למנצח בנגינות *Vide Psal. 4.* Psalmus ipsi Apsaph. cant. מזמור לאסף שיר *Vide Psal. 30.*

Laudat populus Deum, quòd inimicos à Ierusalem profligauerit. Idē prope cum Psalmo XLVIII argumentum.

N'Otus in Iehudáh Deus, in 2
Israél magnū nomē ei':
'Et est in Salém tabernacu 3
lū eius, & habitatio ei' in Siiô
Illic cōfregit sagittas arc', scu 4
tū, & gladiū, 'ac bellū. Sélah.
'Splendidus es, & fortis præ 5
montibus prædæ.

Descriptio victoriæ.

'Spoliati fuerunt fortes cor- 6
de: 'dormierūt somnum suum,
'nec inuenerunt omnes viri for
tes manus suas.
Propter increpationem tuā 7
Deus Iaacob, cōsopitus est cur-

2 *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius:*
3 *Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.*
4 *Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.*
5 *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: tur*
6 *bati sunt omnes insipientes corde.*
Dormierūt somnum suū, & nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manib' suis.
7 *Ab increpatione tua De' Iacob dormitauerunt qui*

2 Notus נודע Celebris. *ex victoriis scilicet quas ipse Iehudæ tradidit, vt mox versu 4: quibus ostendit virtutem suam sufficere ad Ecclesiæ suæ præsidium: dein ad omnes perdendos impios.* 3 Et est in Salē, ויהי בשלם וגו׳ &c. Nam in Salem, &c. *Hæc fuit causa seruandæ Ierusalem, quòd locum illum sibi destinasset, & quòd vellet illic innocari nomen suum. Quum autem inter nos habitet Deus per Christum, & Ecclesia sit eius templum, non dubium est quin eundem se præstet erga nos quoties opus fuerit.* 4 Ac bellum. ומלחמה. *i. omnia instrumenta bellica.* 5 Splendidus, &c. נאור אתה אדיר מהררי טרף Conspicuus es, admirabilis præ mōtibus prædæ. *i. ad prædam idoneis.* Vel, Illustris es, robustus [*vel* admirandus] montium prædæ. *i. similis leoni forti & indomito habitanti in montibus. Alii*, Illustris tu, præclarior montibus prædonum. *Alij*, Suspiciendus præ montibus prædæ. *Alij*, Magnificentior montibus prædæ. *Per montes prædæ intelligit regna violenta. Quoniam enim per vim & iniustas cædes sibi multi Reges ampla dominia acquisierant, vocat regna illorū mōtes prædatores, acsi conferret illos bestiis quæ rapto viuūt. Dicit igitur, Quanuis alia regna plus habeāt potentiæ in speciem, & magnas copias, tamen excellis ad seruandum populum tuū.* 6 Spoliati fuerunt אשתוללו *Significat fuisse priuatos cōsilio ac fortitudine sua. Alij*, Prædæ fuerunt. *Subauditur, Propterea. q. d. Ideo cesserunt in prædā hostes tui forti animo præditi.* Alii, Spoliis expositi sunt. Dormierunt נמו dormitarunt. *Quidam per præsens*, dormiunt. *Significat sopitos fuisse torpore & ignauia, quum essent prius alacres, & magnopere industrii, ac strenui.* Nec inuenerunt &c. ולא מצאו כל אנשי חיל ידיהם *Hebraismus, pro, nihil manibus suis potuerunt efficere cuncti viri bellicosi. Vel, manus promptas & expeditas non habuerunt ut se tuerentur, non fuerunt illis vires ad manum, vbi opus fuit, vt sperabant, qui prius instructi erant arte bell.*

ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tūc ira tua.

De cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit,

Quū exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu

rus & equus.

8 Tu terribilis *es*, tu *inquam*, & quis stabit coram te simulatque exarserit ira tua?

9 E cælis audire fecisti iudiciū, terra timuit & quieuit,

10 Quum exurgeres ad iudiciū Deus, vt seruares omnes humiles terræ. Selah.

11 Profectò ira hominis cōfitebitur tibi, residuū irarū accinges.

12 Vouete, & reddite Iehouæ Deo vestro, omnes qui *estis* in circuitu eius:

Dei potentiā laudat in liberando populo.

8 Simulatque, *&c.* מאז אפך *Ad verbum*, ex quo ira tua? *pro, ex eo tempore quo exarserit ira tua?* 9 Audire fecisti השמעת *Præt. Heb. pro fut. quibusdam*, audire facies [*vel* proferes] iudiciū tuū: terra timebit & conquiescet. *Rectius in præterito. Significat autem, hoc iudicium non modò clarum fuisse, sed etiam sic magnificum vt resonuerit tanquam tonitru aliquod. Videtur enim allusisse Propheta ad tonitru & fulmen.* 10 Quum exurgeres, *&c.* בקום למשפט אלהים להושיע *Ad verbum*, In exurgendo ad iudicium Deus, ad seruandum. *Quod quidam in secunda persona vertunt, alii in tertia. i. quum* Deus *cœpit exercere iudicium in impios vt seruaret omnes, &c.* Humiles ענוי mansuetos. afflictos. 11 Confitebitur tibi, תודך celebrabit te. *i. qui prius erant tibi irati, laudabunt te. vel, cedet tandem in laudem* Dei *hostium furor. non quòd agnoscant ipsi* Deū *victorem, sed quia res ipsa ostēdet, illos, dū omnia machinati fuerint, tamē deuictos esse à* Do*mino.* Residuum irarū accinges. שארית חמת תחגר. *i. accinges te ad reliquias indignationū. acsi diceret,* Domine *quum nondum profligati sint omnes* Ecclesiæ *hostes, tu accinges te ad perdendos qui residui sunt.* In eun*dem sensum alii vertūt*, reliquo indignationū accinges te. *Alij melius*, quod reliquū est furorū cōstringes. *q. d. quasi vinculo cohibebis nequis posthac irascatur tibi, néve exequatur suos conatus impios.* 12 Vouete נדרו *Hortatur ad gratulationē fideles, postquā* Domin⁹ *ita virtutē suā exeruit in illis seruandis, vt beneficiū hoc celebrent.* Respicit *autē ad cōsuetudinē* Legis, *quū dicit*, Vouete. *vouebāt enim sacrificia pro acceptis beneficiis, si potiti erāt insigni aliqua victoria publicè: siquis itē ereptus fuerat ex magno periculo, vel cōualuerat ex morbo aliquo graui, priuatim & publicè vouebant sacrificia in testimonium gratiarū actionis.*

Qui in circuitu eius: סביביו *De fidelibus quidam locum istum*

exponunt. nam dicuntur eſſe in circuitu Dei, *quemadmodũ* Deus *viciſſim dicitur habitare in medio ipſorum. quum enim Iſraelitæ haberent caſtra ſua,* Tabernaculum Dei *erat fixum in medio, ita vt illuc omnes confugerent, & agebant quaſi cuſtodias* Tabernaculi *ex omni parte.* Alij *iungunt hæc ſequentibus, ſic,* Omnes qui in circuitu eius, afferent munera. *q. d.* Vos *qui ſeruati eſtis tam admirabili* Dei *virtute, agite illi gratias. nã qui in circuitu ſunt, illi quoque afferent munus.*

ᶠafferãt munus ᵍterribili,

eius affertis munera

13 Qui ʰſuccîdit ſpiritum principũ, terribilis eſt Regibus terræ.

13 *Terribili, & ei qui aufert* Spiritum *princip m, terribili apud omnes* Reges *terræ.*

LXXVII.

LXXVI.

1 ᵃVictori pro Ieduthun, ipſi Aſaph pſalmus.

1 *In finem pro* Idithun Pſalmus Aſaph.

Docet Propheta, *ſe in rebus afflictis confugiſſe ad* Deũ

2 VOx mea ad Deum, ᵇ& vociferatus ſũ: vox mea ad Deũ, & auſcultauit mihi:

2 VOce mea ad Dominũ *clamaui: voce mea ad* Deum, *& intendit mihi.*

3 In die anguſtiæ meæ ᶜDominum quæſiui: plaga mea noctu ᵈdefluebat, nec quieſcebat: renuebat conſolari anima mea.

3 *In die tribulationis meæ* Deum *exquiſiui, manibus meis nocte contra eum: & non ſum deceptus.*

12 Afferant יובילו afferte. *Fut. Heb. pro imperat.* Terribili למורא *Ad verbum,* terrori. timori. *Poteſt eſſe adiectiuũ dictionis munus:* afferte munus tremendum. *Rectius expoſueris, terribili* Domino. *nã hoc epitheton tribuitur* Deo *propter circunſtantiam ſalutis populo ſuo allatæ, quemadmodum viſum eſt paulo antè, verſu* 8, *Tu terribilis es, &* Pſal. 47. a. 3. Alii *exiſtimant* ל *cauſalem eſſe particulam, & vertunt,* propter timorem. *quòd ſcilicet alienigenæ tributũ pendent, quia attoniti erunt ac ſibi metuẽt, vbi viderint eius potentiã.* 13 Succidit יבצר *Fut. Heb.* Succidet, *nempe vt vindemiator racemos.* Quidam, Vindemiabit. *i. auferet animum principibus.* Alij Spiritum *interpretantur conſilium & fiduciã. quòd conſilium ſit initium rei bene gerendæ.* Hoſtes *enim* Eccleſiæ *vtplurimum aſtuti ſunt, & pollent multis & variis artibus: filii autem* Dei, *vel ſimplices ſunt, vel ſæpe ita perplexi propter anguſtias ſuas, vt nõ prouideant rebus ſuis: ideò promittit illis tale* Dei *auxilium, vt hoſtes nihil proficiant ſua aſtutia neque acutis ſuis conſiliis.*

IN PSALMVM LXXVII.

1 Victori למנצח Vide Pſal. 4. 2 Et vociferatus ſum ואצעקה & clamaui. Alij, & vociferabar. *Præt. perſ. Heb. pro imperſ. vt, & mox* auſcultabat mihi. *Eſt autem* Hebraiſmus, *pro, voce mea ad* Deũ *vociferatus ſum, voce inquam mea vociferatus ſum, & exaudiuit me.*

3 Dominum אדני Domine Defluebat נגרה *Præt.* Heb. *Metaphora à vulnerato, cuius ſanguis non poteſt ſiſti.* Alii *vertunt,*

ידי *in propria significatione, hoc modo,* manus mea nocte effluxit. *vel dif*fudit sese *[.i. extendit, sub. ad* Deum*]* & non lassata est, *vel* cessauit *& resedit. Ex gestu significat se precatum esse* Deū*. nam manus in cælum attollere, est precari. q. d. ego non sui precando lassatus, quanuis anima mea respueret cōsolationem. i. quanuis nusquam spes bona sese ostenderet, ita vt penè oppressus essem mœrore.*

Rennuit consolari anima mea, memor fui Dei*: & delectatus sum, & defecit spiritus meus.*

4 'Recordabar Dei,'& tumultuabar: 'loquebar, '& angustiis afficiebatur spirit⁹ me⁹. ○Sélah.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum loquutus.

5 'Tenuisti vigilias oculorum meorum: 'contritus sum, nec loqui potui. *Ex mœrore non potest somnū capere.*

Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui:

6 *Tunc* 'supputaui dies *qui fuerūt* à principio, annos 'seculorum:

Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebam spiritum meum,

7 'Recordabar cantici mei: no-ctu' corde meo meditabar, & scrutabatur 'spiritus meus, *Recordatione beneficiorum* Dei, *nō credit se abiectum esse.*

4 Recordabar אזכרה *Futura Heb. per præt. imperf. vertēda. Quidā futurū retinent. Quidā subaudiunt, aduersatiuā particulā,* Quāuis Dei recordarer, tamē inquietus erā. *siue* fremebā, *aut* non sū quietē adeptus. *Recordari* Deū*, est ipsum quærere, & orare.* Et tumultuabar ואהמיה & inquietus eram. infremebam. conturbabar. Loquebar אשיחה querelas faciebam. meditabar. deprecabar. Et angustiis afficiebatur ותתעטף & deficiebat. *Alij,* & totus in oratione fuit. 5 Tenuisti vigilias oculorum meorum אחזת שמרות עיני Tenuisti *in* vigiliis oculos meos. *i. tota nocte, quæ solebat distribui in quatuor vigilias, tenuisti oculos meos ne clauderentur.* Dicit *se duxisse noctes peruigiles & insomnes præ vehementi dolore.* Alii *vertunt,* tenuisti custodias oculorum meorū. *i. palpebras, quæ sunt veluti custodes oculorum meorum.* Idem *est sensus.* Contritus sum נפעמתי cōsternabar. 6 Supputaui חשבתי Reputaui. Recogitaui. Reduxi in animum. *Alij,* Recēsui dies ab initio. *i. dies iam olim præteritos in quibus sæpius fueram à* Domino *liberatus, & benignè tractatus. Quidam distinguunt post* NOCTE, *quum scilicet solitarius eram, & à conspectu hominum subductus.* Cōparat *præsentes suas ærumnas cū præterito statu, qui lætior erat & fœlicior.* Seculorum עולמים *id est pristinos, siue priscos.* 7 Recordabar cantici mei אזכרה נגינתי *Futura Heb. per præt. imp. vertenda. i. recordabar temporis quo præ gaudio ob res secundas canebam.* In memoriam reuocabā modulationes meas. Corde meo meditabar עם לבבי אשיחה cum corde meo loquebar. Spiritus meus, רוחי. *i. mens mea. sub. sequentia.* Dicit *Propheta, se disceptasse, quum faceret illam comparationem de qua præcedente versu, quisnā tandē futurus esset finis & exitus malorum.* Deinde

qua de causa ipsum tam seuerè tractaret Dominus. *Quidam vertunt*, inuestigauit spiritum meum, *sub.* Deus *.i. me expergefecit, & excußit omnes partes mentis meæ, coegitque me agnoscere peccatum.*

Nunquid in secula repellet 8
Dominus, nec addet vt bene ve
lit adhuc?

Nunquid in æternū proiiciet Deus, *& non apponet vt complacitior sit adhuc?*

Nunquid defecit in seculum 9
misericordia eius? defecit verbum in generationem & generationem?

Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?

Nunquid oblitus est misereri 10
Deus? num conclusit in ira misericordias suas? Sélah.

Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et cogitaui, Mors mea est: 11
tunc recordatus sum annorum dextræ Excelsi:

Et dixi, Nunc cœpi. hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Versans in ea captiuitate, atque de se actū esse existimās, sperat tamen Deum *opem laturum vt aliâs.*

8 Repellet יזנח abominabitur. *sub. me.* *Vel* elōgabit se. Vt benevelit לרצות vt benignū se exhibeat. beneuolus sit. placidus, *Tanta erat malorum diuturnitas quæ confecerāt animum* Prophetæ, *vt vix sperare posset aliquādo tandē* Deū *posse placari.* 9 Nunquid defecit in seculum mis.e. האפס לנצח חסדו Num collegit penitus bonitatem suam? *Alij*, An desiit in æternum bonitas eius? Defecit verbum גמר אומר consumptum est eloquium. finem habet oraculū. *.i. verbum consolatorium. quia consolatio illa quam affert verbum* Domini, *non penetrarat in animū eius. Alij verbū, siue oraculum referūt ad responsa quæ* De⁹ *suis (maximè* Dauidi*) dare solebat quū illū in rebus dubiis interrogarent. quæ sanè responsa, tunc cessauerant.* 10 Conclusit in ira קפץ באף prohibuit propter irā. *Vel per futurum*, cōtinebit in ira sua. 11 Et cogit. Mors mea est ואומר חלותי היא Ad verbū, Et dixi, Occidere meum. *i. occisio & mors mea est: siue potius, interitus meus est. q. d. succumbam huic calamitati. dixi actum esse de me. ab* חלל. *Alii ab* חלה *deducentes, quod est ægrotare, infirmum esse. vertunt*, Infirmari meum est. *i. infirmitas mea est. Quidam existimant eum accusare infirmitatem suam, & mollitiem, effœminatúmque animum ad resistendum tentationi. Alij exponunt, Tēporalis est hic morbus meus, oportet me ad tempus deiici: etiamsi sim æger, non propterea actum est de me, nec sum mortuus: sicut* Psal. 118. c. 18, Castigans *castigauit me* Dominus, *& morti non tradidit me.* Recordatus *sum. Istud subauditum est ex sequēti versu, in quo seipsum exponit quid significet per* dexterā Excelsi, *nempe mira eius facinora. q. d. in tanta desperatione recordabar temporis quo* Deus *dexteram suā manifestabat, succurrendo mihi & aliis, atque dicebā, Si repntes annos dexteræ* Excelsi, *hoc est quibus adiut⁹ es* Dei *manu,*

non est quòd tantopere desperes, etiāsi longior sit afflictio quā animus tuus sperabat. Alii existimant hic includi consolationem: vt promittat Propheta vicissitudinem aliquam: acsi diceret, Hæc est *ægritudo: sed erunt anni dexteræ* Excelsi. *si* D*ominus te nūc affligit, aliquādo efficiet vt tibi affulgeat eius bonitas: quare ne propterea desperes. Alij vertunt,* mutationes dexteræ Excelsi. *vel,* hæc est mutatio dexteræ Excelsi. *q.d. si* Deus *benefecit tibi, cur non eius seueritatem nunc toleras ad tempus? Si bona de manu* Domini *recepimus, mala cur non sustineamus?* Iob 2.c.10.

Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum:	12	"Recordabar operum "Iah: nā recordabar "à principio mirabilium tuorum:
Et *meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.*	13	Et meditabar in omnibus operibus tuis, "& de operibus tuis loquebar, *dicens,*
Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.	14	Deus, "in sanctitate via tua: quis deus magnus sicut Deus?
	15	Tu es Deus qui facis "mirabilia: notam fecisti in populis fortitudinem tuam.
Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populū tuū, filios Iacob *&* Ioseph.	16	Redemisti in brachio populum tuum, filios Iaȝacób & Ioséph. ƆS élah.
Viderunt te aquæ Deus, *viderunt te aquæ:*	17	" Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ:

12 Recordabar אזכיר & אזכרה *futura* Heb. *i. ego colligam omnia* Dei *beneficia quibus testatus est quàm clementer agere soleat cum filiis suis. hæc memoria reficiet animum meum, vt restituar in veram illam spem à qua propemodum excidi.* Iah יה *Vide suprà* Psal. *68.a.5.* A principio מקדם ab antiquo. *i. in liberandis patribus nostris ex* AE*gypto.* ab olim. 13 Et de operibus tuis loquebar ובעלילותיך אשיחה & de studiis tuis loquebar. *Alij,* & in operibus tuis meditabar. 14 In sanctitate בקדש in sancto. *Hebraismus, instituta & consilia tua sanctimoniæ plena sunt. Alii melius,* viæ tuæ *(sub. notæ sunt)* in Sacrario. *sub. tuo. i. in tēplo, aut cælo tuo. Doctioribus magis placet de cælo interpretari, hoc sensu,* Viæ *tuæ sunt in cælo, id est superant mūdum istum, longè altiores sunt quàm capiat mēs humana.* Deus *enim habet sua consilia quæ non possumus subiicere nostro iudicio. Præbet quidem aliquem gustum operū suorum, vt aliquid possimus cognoscere de viis eius: sed illa cognitio, inferior est.* 15 Mirabilia פלא Sing. *Heb. pro plur.* miracula. 17 Viderunt te aquæ ראוך מים *Quū dicit ab aquis visum fuisse* Deum, *significat hoc fuisse euidens signū præsentiæ* Dei, *quòd mare recessit, & præbuit transitum populo.*

& ″timuerunt, etiam commotæ ſunt voragines.

18 ″Inundare fecerunt aquas nubes, tonitruum dederunt cæli, etiam ″fulgura tua diſcurrerũt.

19 Vox tonitrui tui ″in rotunditate, ″illuſtrauerunt fulgura orbem, commota eſt & cõtremuit terra.

20 In mari ″via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & ſemitæ tuæ ″non ſunt agnitæ.

Exod.14.c.19 21 |Deduxiſti ſicut pecudes populum tuum, per manum Moſéh & Aharón. LXXVIII.

1 ″Intelligentia ipſi Aσſaph.

& timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.

18 *Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederũt nubes. Etenim ſagittæ tuæ trãſeunt: vox tonitrui tui in*

19 *rota.*

Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: commota eſt & contremuit terra.

20 *In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.*

21 *Deduxiſti ſicut oues populum tuũ in manu Moyſi & Aaron.*

LXXVII.

1 *Intellectus Aſaph.*

Timuerunt, &c. יחילו אף ירגזו תהומות *Fut. Heb. pro præt.* parturierunt, etiam abyſſi exagitatæ ſunt. *Alij*, doluerũt, etiam commouerunt ſeſe abyſſi. *Alij*, trepidauerunt, conterritæ etiã ſunt abyſſi. *Significat non tantùm aquas ſuperiores, ideſt ipſam ſuperficiem aquarum, ſenſiſſe illam Dei præſentiã, ſed vſque ad ipſos gurgites penetraſſe ſenſum illũ Diuinæ virtutis. nam vſque ad profudiſſimos gurgites mare ſiccatũ fuit, vt pateret iter filiis Iacob.* 18 Inundare fecerunt aquas nubes, זרמו מים עבות Inundauerunt aquæ, *aquæ inquam* nubiũ denſarum. *ſiue* atrarum. *Vel*, Nubes denſæ inundare fecerunt aquas. *i. demiſerunt aquas vehementes. Alij*, Nubes effuderũt aquas. *Alij*, Deciderunt nimbi aquarum denſarum nubiũ. Fulgura tua diſcur. חציך יתהלכו ſagittæ tuæ diſcurrũt. *Fut. Heb. pro. præſ. Quidam vertunt* grandines. 19 In rotunditate בגלגל in ſphæra. *i. in aere: nam aer eſt formæ circularis.* Illuſtrauerunt fulgura orbem, האירו ברקים תבל illuxerunt fulgura orbi. 20 Via tua, בדרכך Vias & ſemitas *accipit pro viis populi. Deus enim (vt ſequenti verſu dicitur, deduxit populum. Viæ igitur tuæ, hoc eſt quas tu patefeciſti, vel aperuiſti populo tuo, fuerunt in mari. q. d. hoc non poteſt adſcribi hominum induſtriæ, quaſi viam ſibi fecerint Iſraelitæ per Mare medium: neceſſe fuit illud iter brachio tuo patefieri: alioqui clauſi erant velut in ſepulchro.*

Non ſunt agnitæ. לא נודעו *Simulac enim tranſierunt Iſraelitæ, quum inſequeretur Pharao, aquæ redierunt in locum ſuum.*

IN PSALMVM LXXVIII.

1 Intelligentia משכיל *Vide Pſal.* 32.

ATtēdite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram ad verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis,

Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera,

AVscultа popule mi "legem meam: inclinate aurē vestram ad verba oris mei:

2 "|Aperiā in parabola os meū,
loquar ænigmata "à principio.

3 Quæ audiuimus, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis,

14 "Non abscōdemus à filiis eorum *qui* generationi posteræ

Hortatur Propheta populum vt audiat quæ dicturus est.

Psal.48.a.5 matth.13.e.35

Facta Dei erga Iudæos admirabilia, a patribus ex præcepto Dei narrata filiis, & quare.

Legem meam תורתי *Non inducit Propheta Deum loquentem, sed ipse in sua persona loquitur populo cui constitutus erat doctor: propterea populum suum vocat. Legem suam vocat suam doctrinam. Neque enim* תורה *Legem Dei datam tantùm significat, sed etiam quamuis doctrinam. Et mox seipsum exponit, quum dicit,* verba oris mei. *Hortatur igitur omnes fideles vt attenti sint ad hanc doctrinam.*

2 Aperiam in parabola os meum אפתחה במשל פי *Hebraismus, pro Dicturus sum parabolas. Seipsum exponit mox sequentibus verbis,* loquar ænigmata. *Nomen* משל *significat quamuis sententiam grauem & insignem, vt sunt prouerbia & apophthegmata, vt Græci vocāt. q.d. non de leuibus nugis sum verba facturus apud vos, affero argumentum graue & ponderosum, sententiásque memorabiles.* A principio. מני קדם *à tempore* antiquo. Ab olim. Iam inde ab antiquo. *i. exponam vobis sententias quæ præ vetustate obscuræ sunt, & penè exciderunt, propterea maxima attentione opus. Citatur hic versus ab Euangelista Matthæo, 13.e.35, & personæ Christi accommodatur, idque commodè. nam Christus disseruit non plebeio sermone & contemptibili, sed per parabolas: vt ita intelligerent auditores esse eximium Dei Prophetam, & maiore reuerentia exciperent doctrinam eius: subesset que maiestas quædam quæ cogeret ad obsequium eos qui non essent prorsus desperati.*

4 Non abscondemus à filiis eorum *qui* gen. posteræ narrabūt לא נכחד מבניהם לדור אחרון מספרים Nō celabimus filios eorū, *sed* generationi posteræ narrabimus, *&c. Alij,* Nō celabimus filios eorum, generationem sequentē, narrantes, *&c. i. posteros nostros qui sunt filij patrum. sicut edocti sumus à maioribus nostris, ita vicissim studebimus posteros nostros instituere. Alij,* Non est celatum à filiis eorum, generationi posterorum narrantes, *&c. Hæc postrema versio consentit cum versione LXX, fortasse quòd aliis punctis notatum verbum* נכחד *legerūt, aut nullis. Sensus igitur est,* Non fuit [hoc] *celatum à filiis eorum generationi posteræ. quare? quia factū est per cōtinuam ætatum seriem vt fideles celebrarint laudes Dei, & patres narrauerint filiis. Si recipias istam expositionem, tertius versus pendebit à secundo,* loquar ænigmata â principio, Quæ audiuimus, *&c. & in fine tertij versus absoluetur sentētia.*

narrabunt laudes Iehouæ, & for
titudinem eius,&mirabilia eius
quæ fecit.
"Et ſtatuit teſtimonium in 5
Iaʏacób,& legem poſuit in Iiſ-
raNéle: "quæ præcepit patribus
noſtris vt nota facerent ea fi-
liis ſuis:
Vt cognoſceret generatio po 6
ſtera,"*& ut* filii qui naſcerentur,
ex urgerēt,& narrarēt filiis ſuis:
"Vt ponerēt in Deo ſpē ſuā, 7

Narrantes laudes Domini,& virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

5 *Et ſuſcitauit teſtimoniū in Iacob, & legem poſuit in Iſrael.*
Quanta mādauit patribus noſtris,nota facere ea filiis ſuis: vt cognoſcat generatio altera,
6 *Filij qui naſcentur, & exurgent,& narrabunt filiis ſuis:*
7 *Vt ponāt in Deo ſpē ſuā,*

5 Et ſuſcitauit teſtimonium ויקם עדות Ipſe enim ſuſcitauit teſtimonium. *Alij*,Statuit quoque teſtimonium. *vel*,ſtatutum. *aut*,decretum. *i. teſtimonium quod conteſtatione quadam præcepit: hoc eſt, ſtatuit decreto quodam in populo fideli, vt poſteri veſtri ſciant facinora eius quorū fuiſtis ſpectatores. nēpe* Deut. 4. b. 9, *Hoc vnicè caue Iſrael,ne obliuiſcaris eorum quæ oculi tui ſpectarunt: & illa ſtudioſè filiis tuis narra. Hoc ſenſu reſtringitur locus iſte ad præſentem narrationem, quòd ſcilicet Deus poſuerit in* Iacob *decretum inſtar legis & regulæ,vt liberatio populi Iſrael ſemper in ore omniū ſonaret: vt memoria tātæ & tam memorabilis gratiæ duraret vſque ad finē mundi.* Deus *igitur ſtatuit teſtimoniū in* Iacob,*id eſt poſuit decretum hac de re, & voluit hanc legem eſſe fixam,vt patres filiis narrarent qualis fuiſſet* Eccleſiæ *origo, & quàm potenter liberati fuiſſent manu* Dei *à tyrannide* Pharaonis. *Alij iſtud exponunt de lege* Dei: *quos ſequutus eſt noſter interpres: quòd ſcilicet* Deus *Legē ſuam promulgarit hac cōditione,vt perpetua eſſet,vt patres cognitionē eius trāſmitterent ad poſteros.* Deus *igitur ſtatuit in* Iacob *teſtimonium, & poſuit* Legem *in* Iſrael:*deinde mandauit patribus vt in ea doctrina poſteros ſuos inſtituerent. Quod præceptum ſæpius repetitur apud* Moſen: *inſignior verò locus præ aliis eſt* Deut. 6. b. 7, *Diliges ergo* Iehouam, *&c.* Et *repetes ea filiis tuis, & loquêris de eis.* Quæ אשר quod. *nempe ſtatutum, & quam legem de narrandis* Diuinis *miraculis,præcepit. &c.*

6 *Et vt* filii qui naſcerentur, *&c.* בנים יולדו יקמו ויספרו לבניהם filii *ſcilicet* qui naſcituri ſunt, ſurgant, & narrent filiis tuis. *Alij*,filii naſcituri & orituri,narrarent filiis ſuis. *Alij*,filii qui naſcentur,ſurgent,*&* narrabunt,*&c. Iſtud ſurgere,ſiue exurgere,ſignificat ſuccedere in locum patrū, hoc ſenſu, vt filij naſcituri ſuccedant patribus in eundem locum & in idem munus docendi, ita vt reſtituant doctrinam* Dei *ſi collapſa ſit: vel non patiantur ipſam collabi & intercidere.*

7 Vt ponerent וישימו Vt ponant, *&c. vel*, Indéque ponant. *Ad verbum*, Et ponent.

& non obliuiscātur operum Dei, *& mandata eius exquirant:*

nec obliuiscerentur operū Dei,
& mandata eius custodirent:

Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans,
Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo *spiritus eius.*

8 Nec essent sicut patres sui,
generatio 'deficiens *à Deo* & rebellis, generatio quæ non 'direxit cor suum, 'nec fuit fidelis cū
Deo spiritus eius.

Contumacia infidelitásque Iudæorum.

Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.

9 Filii ℵEphráim 'armati, iaciētes arcu, verterunt *terga* in die
belli.:

Prælīū aduersum ab Israelitis commissum, quòd Dei essent obliti & operum eius in AE*gypto.*

Non custodierunt testamentum Dei: *& in lege eius noluerunt ambulare:*

10 *Quia* non custodierunt pactū
Dei, & in Lege eius noluerunt
ambulare:

Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabiliū eius quæ ostendit eis.

11 Et obliti sunt operum eius, &
mirabilium eius quæ ostenderat eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra AE*gypti, in campo* Taneos.

12 Corā patribus eorum fecerat mirabilia in terra AEgypti
in agro 'ℵSóℵan.

Interrupit mare, & perduxit eos, & statuit aquas quasi in vtre.

13 |'Secuit mare, & traduxit eos,
ac stare fecit aquas velut aceruū.

Exod. 14.e.21

Et deduxit eos in nube

14 |Deduxitque eos in nube per
diem,

Exod. 13.d.21, & 14.e.24

8 Deficiens & rebellis, סורר ומורה incredula & rebellis. *Vel*, auersatrix & irritatrix. *Alij*, auersatrix[*siue*, peruersa]& inobediens.
Direxit הכין præparauit. *vel*, stabiliuit. *aut*, disposuit. *Alij*, quæ recte haudquaquam instituit cor suum. Nec fuit, *&c.* ולא נאמנה את אל nec firmiter adhæsit Deo. *Vel*, nec est nixus Deo. *aut*, fideliter egit cum Deo. *Alij*, nec est creditus cum Deo. *Alij*, nec credidit Deo. D*octioribus magis probatur quod vertit noster interpres: qui volūt repetitionem esse eiusdem rei, tametsi cor à spiritu differat: & exponunt* spiritum fidelem, *siue* veracem *idem significare* atque cor rectum.
9 Armati, iacientes arcu, נושקי רומי קשת *q.d.* V*nde factum est vt filii* Ephraim *bellicosi homines, periti sagittandi, & in rebus bellicis valde exercitati, non fugaces, sed animosi, adeò tamen timidè fugerunt, nisi quòd nō custodierunt fœdus* Domini, *& renuerūt ambulare in* Lege *eius?*
12 ℵSóan. צען *id est* Tanitico. Vide Libellum Interpretationum nominum Hebraicorum.
13 Secuit בקע Interrupit.

& tota nocte in lumine ignis.

diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

Petra.
exod.17.b.6
nume.20.b.10
psal.105.d.41
1.corinth.10.a.4
sapient.11.a.4

15 [Rupit petras in deserto, & potum dedit eis ˊe voraginibus magnis:]

Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa:

16 Eduxit inquam fluenta de petra, ac descendere fecit tanquam flumina, aquas.

Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas.

17 Et addiderunt adhuc peccare ei, ˊvt prouocarent Excelsum in solitudine:

Et apposuerunt adhuc peccare ei, in irā excitauerūt Excelsum in in aquoso:

Tentare Deum.

18 Tentaueruntque Deum in corde suo, petendo cibum ˊanimæ suæ:

Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis:

Nume.11.a.1

19 | Ac loquuti sunt cōtra Deū: dixerūt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Et malè loquuti sunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Exod.17.b.6
num.20.b.11
psal.105.d.14

20 |ˊEcce, percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt: num etiam panem poterit dare? num apparabit carnem populo suo?

Quoniā percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.
Nunquid & panem poterit dare? aut parare mensam populo suo?

Infidelitas Iudæorum punitur.

21 Ideo audiuit Iehouáh, & iratus est, ˊignísque accensus est in IaΥacób, & etiam furor ascendit contra IשׂraNél:

Ideo audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel:

14 In lumine כאור ad lumen. 15 E voraginibus m. כתהמות רבה in abyssis magnis. *Alij*, in abyssis amplissimis. *Hebræi subaudiūt aduerbiū similitudinis: propterea vertunt quidā, vt* ex magna abysso, *vel, quasi* ex abysso multa. 17 Et addiderūt ויוסיפו Nihilominus addiderunt. Vt prouocarent Excel. למרות עליון exacerbantes Altissimum. *Alij*, irritare Altissimū. *Alij*, deficere ab Excelso. *sub. addiderunt. Alij*, ad exasperandum Excelsum.
18 Animæ suæ. לנפשם *Hebraismus, pro sibi. Vel, pro desiderio suo. Quidam vertunt*, cupiditati suæ. 20 Ecce percussit הן הכה Percussit quidem. En percussit. 21 Ignisque ואש *Videtur Propheta alludere ad pœnam quæ describitur à Mose,* Nume.11.a.1, *vbi dicit deuoratam fuisse partem castrorum igne cælesti. Interea hîc accipit Ignem metaphoricè pro vindicta Dei.*

Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.

22 Quòd non credidissent Deo,
nec sperauissent in salute eius.

Et mãdauit nubibus désuper, & ianuas cæli aperuit,

23 Nã mãdauerat nubibus de- **Manna.**
super,& ianuas cæli aperuerat, *exod.16.c.14*

num.11.b.7

Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.

24 Et pluerat super eos man ad
comedendum, & triticum cæli
dederat eis.

Panem Angelorum manducauit homo:cibaria misit eis in abundantia.

25 Panẽ fortium comedit vir: *Iohan.6.d.31*
cibũ miserat eis ad saturitatem. *1.corinth.10.a.9*

Transtulit Austrum de cælo, & induxit in virtute sua Africum,

26 Proficisci *nanque* fecit Eu- *Num.11.f.31*
rum in cælo, & induxit in for-
titudine sua Austrum,

Et pluit super eos sicut puluerẽ carnes,& sicut arenam maris volatilia pennata:

27 Et pluit super eos sicut pulue
rem,carnẽ, & sicut arenam ma-
rium volatile alatum:

Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.

28 Caderéque fecit *illud* in me-
dium castrorum eius, per cir-
cuitum tabernaculorum eius.

Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt frandati à desiderio suo.

29 Etcomederunt, saturatíque
sunt valde,&desideriũ illorum
attulit eis. *Rursum incredulitas eorũ punitur*

30 Non erant alienati à deside- *Num.11.g.33*

22 In salute eius בישועתו Salus *pro auxilio & præsidio. i.non tribuerunt hanc gloriam* Deo,*quòd posset illis prospicere, præsidio suo tueri, & dare quicquid ad vitã necessariũ esset.* 23 Nã mandauerat ויצו *Ad verbum*, Et mandauit. *Exprobrat Propheta Israelitis suã malitiam, quòd nulla necessitate coacti, sed mera lascinia abrepti, petirrint nouum cibum à* Domino:*acsi diceret*, An *erant famelici? an perituri inedia?* Minimè: *nam ostia cælorum iam aperuerat illis* Deus.

24 Cæli משמים *.i.ex aere descendens.* 25 Fortium אבירים magnificorum. potentium.*i.cælorum, vel nubium.* Chaldæus *paraphrastes vertit*,cibum qui descendit de habitaculo angelorum. LXX. *verterunt*, angelorum, *& hæc tralatio doctis placet, acsi diceret*, Dominus *dederat illis cibum longè præstantiorem quàm qui sit in cõmuni vsu.* 26 Proficisci fecit יסע *.i.excitauit,impulit.*

28 Castrorum eius מחנהו *nempe Israelis.sing.pro plur.eorum.*

29 Et desiderium,&c. כי תאותם יבא להם attulerat enim eis desiderium ipsorum.*i.reddiderat illos voti compotes.*

30 Non erant alienati à des.s. לא זרו מתאותם Non sunt destituti desiderio suo. *præcedentibus adiungitur. Alij sequentibus iungentes,*

vertunt, Nondum recesserant à cupiditate sua. Adhuc cupiditas
in illis ardebat, quum, *&c.*

Num. 11. g. 33 rio suo, adhuc esca eorum in o-
re eorum erat:
Quum furor Dei ascendit in 31
eos, & occîdit pingues eorũ, &
electos Iisraël incuruauit.
Cum omni hoc peccauerũt 32
adhuc, & non crediderunt mi-
rabilibus eius.
Ideo cõsũpsit in vanitate dies 33
eorũ, & annos eorũ festinãter.
Afflicti quærunt Deum in hypocrisi, sine vlla in eum fiducia. Si occidebat eos, quærebant 34
eum, ac reuertebantur, & dilu-
culo quærebant Deum.
Atque recordabantur quòd 35
Deus rupes eorum *esset*, & Deus
excelsus, *esset* redemptor eorum.
Ac blandiebantur ei ore suo, 36
Lingua diligere. & lingua sua mentiebantur ei:
Cor non rectum. Cor nanque eorum non erat 37

Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos,
31 *Et occîdit pingues eorum, & electos Israel impedinit.*
32 *In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.*
33 *Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorũ cum festinatione.*
34 *Quum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.*
35 *Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus, redemptor eorum est.*
36 *Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei:*
37 *Cor autem eorum nõ erat*

31 Et electos ובחורי & iuuenes selectiores. *Per* electos & pingues *significat eos qui virtute pollebant, & qui placebant sibi in sua excellẽtia: quib⁹ itẽ arridebat fortuna, & quorũ lęta erat cõditio & prospera. tales vocat* pingues & vegetos. Incuruauit הכריע succũbere fecit. prostrauit. humiliauit. deiecit. 32 Cum omni hoc בכל זאת In omni hoc. Super hæc omnia, *id est* Nihilominus.

33 Festinanter. בבהלה cũ terrore. *aut*, perturbatione. *q. d. etiam edito miraculo interfecit eos.* D*octioribus magis placet vertere*, in festinatione. *Et* vanitatem *ac* festinationem *in eodem sensu accipiunt: acsi dicat*, Dominus *vitam ipsorum præcidit vt statim migrauerint ex mundo.* V*erti posset*, cum tumultu: *hoc est tumultuariè: quod celeritati conuenit, vbi scilicet vita hominis caduca est, & citò dispereit. tunc tumultus nihil aliud est quàm festinatio.* 34 Quærebant eũ, ודרשוהו & [*pro tunc*] studiosè requirebant eum. Et diluculo quærebant ושחרו *hoc est, quasi expergefacti, acsi sentirent* Deũ *præsentem, quærebãt ipsum.* I*n Osea, 6. a. 1, eadem ferè sententia legitur, quæ in isto versu,* I*n tribulatione sua manè quærẽt me, dicẽtes,* Venite, *& reuertamur ad* Iehouã, *&c.*

35 Rupes e. צורם fortitudo eorum.

37 Cor nanque eorum ולבם *Ad verbum*, Et cor eorum.

rectũ cum eo, nec fideles habiti sunt in testamẽto eius.

rectum cum eo, nec fideles fuerunt in pacto eius.

Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos:
Et multiplicauit vt auerteret iram suam, & non accendit omnem iram suam.

38 Ipse tamen misericors condonauit iniquitatem, neque disperdidit: & multiplicauit vt auerteret iram suam, neque excitauit omnem iram suam. *Misericors Deus.*

Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens & non rediens.

39 Recordatúsque est quòd caro essent: spiritus vadens, & non reuertens. *Caro sunt homines.*

Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eũ in inaquoso?

40 Quoties exacerbauerũt eum in deserto, irritauerunt eum in solitudine?

Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum, & Sanctũ Israel exacerbauerunt.

41 Et reuersi sunt, & tentauerunt Deum, & Sanctum Iשׂraelis limitauerunt.

Nec fideles fuerunt ולא נאמנו nec firmi stabiles fuerunt. *Exponit Propheta quid sit,* Cor illorum non fuisse rectum cum Deo, *nẽpe non perstitisse firmos in fœdere* Domini.

38 Et multiplicauit vt auerteret irã s. והרבה להשיב אפו Hebrais*mus, p, magnopere irã sedauit.* Vel, *strenuè curauit vt cohiberet irã suã.* Aut *vt alij,* sæpenumero retraxit irã suam. 39 Caro essent: בשר המה *i. videbat homines esse mortales & caducos, hoc est, non haberẽ firmum robur, sed esse natura fluxos & euanidos.* Spiritus רוח Significat hîc spiritus, *ventũ & auram vitalẽ.* Cõparat *vento ambulanti homines, quòd nunquã in eodem statu permaneant, vt ait* Iob 14.a.2, *sed singulis momentis mutentur.* Rursum Iob *eodem capite, versu* 7, *dicit, arbores quotãnis renasci, & uirescere herbas quum hyeme fuerint emortuæ: hominem autẽ, vbi semel cõcidit, non recuperare amplius vigorẽ suum, sed manere in suo interitu.* Hoc *sensu dicit* Propheta, *hominem, postquam confecit suum stadium, non amplius reuerti: quia non reuertitur in nouã vitam.* Sic Psalmo 103.c.15, *dicitur,* Deum *non agere nobiscum seuerè, quòd videat nos fœno esse similes.* 41 Et reuersi sunt, & tentauerũt וישובו וינסו Hebraismus, *pro, identidem & sæpius tentauerunt* Deum. *vel, identidem & sæpius tentando* Deum. Limitauerunt. התוו circunscripserũt. *i. virtutem eius quasi quibusdam terminis comprehenderunt, dicentes eum quidem aliqua posse, at non esse omnipotentem.* Quidã *circunscribere* Deum, *vel præfigere* Deo *terminos, esse putant, quando volumus ipsum agere qualiter nobis venit in mentem, vel quando volumus illi esse magistri, & dictare regulam quam sequatur: vt quoties subsistimus in medijs naturalib⁹, nec fidimus* Deo *nisi quaten⁹ perspicimus quid-*

nam agere velit: vel pr.escribimus hunc vel illum modum vt ita agat, aliâs rem non posse expediri. Non igitur subiecerũt se Israelitæ arcanæ Dei virtuti, neque reuerenter de eius operibus cogitauerunt, quum non plus ab eo expectauerunt quàm caperent ipsorum mentes: sed voluerunt Deum adstringere ad sua media: & quicquid confinxerant sibi, voluerunt illud esse Deo legem cui subiectus esset.

Non sunt recordati manus e- 42
ius, diei qua redemit eos de an-
gustia:

Nõ sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis:

Plagæ AEgypti. *Neque eius* qui posuerat in 43
AEgypto signa sua, & mirabilia
sua regione צSóצan:

Sicut posuit in AEgypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos:

Exod.7.d.20 ‖Et conuertit in sanguinẽ flu 44
mina eorum, & fluenta eorum,
ne biberent.

Et cõuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.

Exod.8.a.6.f.24 ‖Misit in eis omne genus mu 45
scarum, & comedit eos: ranam
quoque, & disperdidit eos.

Misit in eos cynomyiam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.

Exod.10.c.13 ‖Et dedit brucho fructũ eorũ, 46
& laborem eorum locustæ.

Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.

Exod.9.a.2.e.25 ‖Perdidit grandine vites eo- 47
rum, & sycomoros eorum ma-
iuscula grandine.

Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

Tradidit quoque grandini iu 48
menta eorũ, & possessiones eo-
rum carbonibus ignitis.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni.

Misit in eos furorẽ indigna- 49
tionis suæ: irã & indignationem
& angustiam, immissionem an-
gelorum malorum.

Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem, immißionem per angelos malos.

Ponderauit semitam furori 50

Viam fecit semitæ iræ

45 Omne genus muscarum ערוב miscellam. *i. turbam miscelleam ferarum. Vel, muscarum venenatarum.* 46 Fructũ eorum יבולם prouentum eorum. 47 Maiuscula grandine. בחנמל lapide glaciato. *Alij*, lapide grandinis.
48 Carbonib' ign. לרשפים fulminibus. 50 Põderauit semitam furori suo, יפלס נתיב לאפו *Hebraismus, acsi dicat, Adæquauit, siue muniuit semitam iræ suæ, vt citra impedimentum exagitaret*

*impios,hoc eſt citra morã puniuit eos. Alij vertunt,*direxit ſemitam iræ *ſuæ.i.patefecit ſibi viam vt malitiã illius populi vlciſceretur . Suſtulit omnia obſtacula,nequid moretur vel retardet eius vindictã.Idem ſenſus.*

ſuæ, & non pepercit à morte animabus eorum , & iumenta eorum in morte conclusit.

ſuo,"non prohibuit à morte animam eorum," & vitam eorũ peſti tradidit:

Et percußit omne primogenitum in terra AEgypti, primitias omnis laboris eorũ in tabernaculis Cham.

51 ‖ Nam percuſſit omne primogenitum in AEgypto ,"primitias fortitudinum in tabernaculis"ח Ham. *Primogenita. Exod.12.e.29*

Et abſtulit ſicut oues populũ ſuum: & deduxit eos tãquam gregem,in deſerto:

52 ‖'Et proficiſci fecit velut pecudes populũ ſuum,&deduxit eos tanquam gregem,in deſerto: *Exitus ab AEgypto,exod.13.c.16*

Et eduxit eos in ſpe, & non timuerunt:& inimicos operuit mare.

53 Deduxitque eos'tutò,nec timuerunt:& inimicos eorum operuit mare.

Et deduxit eos in montẽ ſanctificationis ſuæ, montẽ quem acquiſiuit dextera eius:

54 Introduxit autẽ eos ad terminos"ſanctitatis ſuæ, in montẽ iſtũ quẽ acquiſiuit dextera eius:

Non prohibuit à morte animas eorum, לא חשך ממות נפשם *Hebraiſmus, pro,occidit eos , non pepercit quin eos occideret.* Et vitam eorum וחיתם Alij,& iumentũ ipſorũ.*Sing.pro plur.* & iumenta eorum.*Doctioribus magis placet ita vertere, vt tam in hominibus quàm in iumentis exercuerit Deus graues pœnas,atque inde facilè cõſtiterit quãtopere diligeret populum ſuum.* 51 Primitias fortitudinum ראשית אונים *Ita vocat primogenita quæ ſuſcipiuntur in florente ætate.* Vide Gene.49.a.3,*Ruben primogenitus meus,tu fortitudo mea, & principium roboris mei.i.quem genui quum adhuc eſſem fortis , florenti ſcilicet ætate mea , & in quo apparet fortitudo mea , vt ait ex doctioribus Hebræorum alter.*Sic Deut.21.c.17,*de primogenito loquens,Ipſe enim eſt principium fortitudinis eius,&c.* Alij fortitudines *exponunt* liberos, *quia homines qui ad interitũ inclinant,renouantur quodammodo in filiis ſuis, & recuperant robur amiſſum. Amplificat igitur quod prius dixerat de primogenitis,atque idem repetit diuerſis verbis,quemadmodum ſolet.*

ח Ham. חם *Ideo Ham ſiue Cham dicit, quia Miſraim(vnde nomen impoſitum eſt AEgypto)fuit vnus ex filiis Cham.*

52 Et proficiſci fecit ויסע Et emiſit.Et traduxit.

53 Tutò, לבטח confidenter.*ſiue*,cum ſumma fiducia.

54 Sanctitatis ſuæ, קדשו *Terram quæ antè polluta fuerat,& quæ aluerat peßimos incolas,Dominus ſibi elegit,& voluit illic extare purũ nominis ſui cultũ, purè & ſanctècoli.ideo vocat* terminũ ſanctitatis ſuæ.

Iosue 13.b.7

¶Eiecítque à facie eorum gen 55
tes, ʺ& cadere fecit eas in funi-
culo hæreditatis: atque habitare
fecit in tabernaculis eorum tri-
bus IשּׁsraאּEl.

Rebelles & idololatræ Iudæi.

Attamen tentauerunt,& ex- 56
acerbauerunt Deũ excelsum:&
testimonia eius nõ custodierũt:

Sed auerterunt se, & præuari 57
cati sunt sicut patres eorũ:con-
uersi sunt ʺvt arcus dolosus.

Et irritauerunt eum in excel 58
sis suis: atque in sculptilibus su-
is ad æmulationem prouocaue-
runt eum.

Audiuit Deus,& cõmotus est: 59
ʺ& spreuit valde IשּׁsraאּElem.

Arca Dei,(quã vocat tabernaculũ, tentorium, & fortitudinem)quare Philisthæis tradita.1.reg.4.a.1

¶Propterea dereliquit taber- 60
naculum שּׁSilóh, tentorium *in*
quo habitauit inter homines.

Et eiecit à facie eorũ Gentes,& sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis:
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.
Et tentauerunt,& exacerbauerunt Deũ excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se, & non seruauerunt pactũ: quemadmodũ patres eorum, conuersi sunt in arcũ prauum.
In irã concitauerũt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.
Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel:
Et repulit tabernaculũ Silo,tabernaculũ suum vbi habitauit in hominibus.

55 Et cadere fecit eas in funic. hæred. וַיַּפִּלֵם בְּחֶבֶל נַחֲלָה .*i.pro-*
strauit Gentes in sua hæreditate.q.d.Partim expulit Gentes, partim in
suis finibus occidit. Alij vertunt, proiecítque eis sortem hæreditatis.
Vel,& in funiculo diuisit eis hæreditatem.*i.habitare fecit eos in hæ-*
reditate promissa.Alij,& cadere fecit eos in funiculum hæreditatis.
.i.substantiam & terram illarum cadere fecit in funiculũ hæreditatis.
acsi diceret, Quod Gentes prius habebant iure legitimo, hoc Dominus ad
vos transtulit,quasi esset vobis hæreditarium. Alij simplicius exponunt,
quòd Dominus tradidit Gentes Israelitis in hæreditatem, quasi legitimi
essent ipsarum hæredes. 57 Vt arcus dolosus. כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה *Hac si-*
militudine vsus est & Oseas, cap.7.d.16,Reuertẽtur non ad Altissimum,
sunt tanquam arcus dolosus. Sæpe falluntur iaculatores qui non habent
arcum suum bene intensum, nec firmũ,sed qui reflectatur. Valde autem
apta est similitudo: Dominus enim populum illum regendum susceperat,
quemadmodum qui arcum gestat manu sua:debuit ergo populus se regen-
dum præbere ad arbitrium Domini. Atqui perfidè & fallaciter aliò se
reflexit. 59 Et spreuit וַיִּמְאַס & execratus est. auersatus est.
*Vel,*abhorruit ab Israele. 60 שּׁSiló שִׁלוֹ *Vide hanc historiã*
1.Samu.4.a.1. in Silo enim erat arca Domini,vt illic legitur,versu 4. In
Ieremia,cap.7.b.12,exprobrat eis destructionem huius loci.

Et tradidit in captiuitatem virtutẽ eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.	61	Et tradidit in captiuitatẽ 'fortitudinẽ suam, '& gloriã suam in manum hostis.
Et conclusit in gladio populum suum, & hæreditatem suam spreuit.	62	Tradidit item gladio populũ suum,&in hæreditatem suam iratus est.
Iuuenes eorum comẽdit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ.	63	Iuuenes eius vorauit ignis,& virgines eius non fuerunt 'laudatæ.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.	64	Sacerdotes eius gladio cecide runt, & viduæ eius ' non fleuerunt.
Et excitatus est tãquam dormiẽs Dominus, tanquã potens crapulatus à vino:	65	Excitatus est autem tãquam dormiens Dominus, tanquam potens clamans 'à vino:
Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobriũ sempiternum	66	Et percussit ' hostes suos retrorsum, opprobriũ perpetuum

61 Fortitudinem suam, עזו *Sic vocat arcam Dei, quòd super eam soleret virtutem & fortitudinem suam declarare filiis Israel.*

Et gloriam suam ותפארתו & decus suum, magnificentiã suam, decorẽ suum. *Repetitio est: nam* fortitudinem *&* gloriam suam *pro eodẽ accipit.* 63 Laudatæ. הוללו *sub.* epithalamiis nuptialib⁹. *i. permanserunt innuptæ. Solebant nãque laudes virginum canere in nuptiis, vnde epithalamia fuerunt composita. propterea de nuptiis loquẽs, dicit virgines nõ fuisse laudatas, quod nulli essent sponsi qui eas ducerẽt. Quidam vertunt,* honoratæ. *sub. nuptiis.* Alij, nuptiis traditæ.

64 Non fleuerunt. לא תבכינה non sunt deploratæ. *aut,* defletæ.

65 A vino: מיין post vinũ. *i. vbi obdormiuit crapulam. q.d. Deus non statim vltus est scelera populi sui, sed postquam diu quasi sopitus iacuerat. Confert Dei tolerantiã somno, & quidẽ somno hominis ebriosi, qui oppressus est crapula. De⁹ surrexit quũ populus tãta clade attritus esset vt parum abesset ab vltimo interitu: surrexit quasi qui dormisset: nam prius ad scelera conniuebat: interim lasciuiebant Israelitæ, existimantès se impune peccare, quòd Deus non statim proferret iudicium.*

66 Hostes suos retrorsum, צריו אחור hostes suos in posteriori parte. Alij, tergum vertentes. *i. effecit vt Israel verteret terga hosti, fugiendóque vulnera acciperet. Vel, Israelem egit in fugam, effecitque vt hostis percuteret eos qui erãt in postrema acie. Israelitas vocat aduersariõs Dei: sicut etiam ipse loquitur in Iesaia, 1. f. 24, Heu cõsolationem capiã de hostib⁹ meis, & vĩdicabo me de inimicis meis. Alij istud de Philisthæis in-*

terpretantur. Similis series (inquiũt) conspicitur in Cantico Mosis, Deut. 32.f.41: nam postquã illic loquutus est Deus de populo suo, ostẽditque quid facturus esset, tandem subijcit, Ego tamen surgam, & ostendam me non ita punire populum à me electum, quin compescam etiam impios hostes qui contra me superbiunt.

ᵒdedit eis. — *dedit illis.*

Tribu Ephraim reiecta, elegit De⁹ tribum Iuda, ex qua deligit Dauidem. 1.Reg.16.c.11, 2.reg.7.b.8

ᵖSpreuitque tentorium Ioᴰséph, & tribum ᴺEphráim nõ elegit: 67 *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit:*

‖Elegit autem tribum Iehudáh, montem ˣSiión quem dilexit. 68 *Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quẽ dilexit.*

Et ædificauitʳsicut *palatia* excelsa, Sanctuarium suum, velut terrã quã fundauit in seculum. 69 *Et ædificauit sicut vnicornium Sanctificiũ suum in terra quam fundauit in secula.*

Et elegit Dauid seruũ suũ, & tulit eum de septis pecudum: 70 *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eũ de gregibus ouium: depost fœtantes accepit eum,*

2.Reg.5.a.2

ˢ*Euntémque* post lactantes adduxit eum, ‖vt pasceret Iaʸacób populum suum, & Iˢʷsraᴺelem hæreditatem suam. 71 *Pascere Iacob seruũ suũ, & Israel hæreditatẽ suã.*

Dedit eis. נתן למו tradidit eos. 67 Spreuitque ויטש
Idem verbũ quod versu 59. bis idem dicit aliis verbis: idem enim signifi-
cat, Tribũ Ephráim nõ elegit, atque Spreuit tentoriũ Iopseph. nã
sub nomine Ephraim sæpe decem tribus, vel totus Israel intelligitur. Qui
præcedentẽ versum de Philisthæis hostibus intelligunt, sic istum exponũt,
Quãquã surrexit De⁹ aduersus hostes suos acsi euigilasset è somno, & repẽ-
te victores ipsos prostrauit: tamẽ reprobauit tabernaculũ Ioseph. hoc est nõ
ita vltus est se de Philisthæis vt propterea priorẽ statũ restituerit Israeli-
tis: nã priuauit ipsos priuilegio & honore quo illos dignat⁹ erat antea, repo
nẽdo arcã suam in alio loco. 69 Sicut pal. excelsa כמו רמים De
locis editioribus intelligit: solebant enim tunc arces extrui in locis editiori-
bus. Nihil igitur aliud intelligit quàm templum fuisse instar arcis præ-
claræ: quemadmodum Iesaias & Michæas, etiam dum extollunt regnum
Christi, dicunt, Et erit mons Sion excelsus præ aliis montibus. Iesa. 2.a.2.
Mich. 4.a.1. Præterea dicit fuisse extructum sicuti terram quæ perpetuò
fundata est, acsi diceret, illud nõ esse temporale ædificium, vt Reges solent
ædificare palatia, sed duraturum vsque ad finem mundi.

71 Euntémque post lact. מאחר עלות Ad verbũ, Depost lactãtes [vel, vt alij, fœtas,] venire fecit eum. Significat autem per synecdochen greges ouium quos pascebat Dauid.

Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

72 Pauit igitur eos 'in ſimplicitate cordis ſui, '& prudẽtiis manuum ſuarum deduxit eos.

LXXVIII.

LXXIX.

Pſalmus Aſaph.

¶Pſalmus ipſi Aſaph.

DEus venerunt Gentes in hæreditatẽ tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam.

1 DEus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerũt 'templum ſanctitatis tuæ, poſuerunt IeruSaláim in aceruos *lapidum*.

Queruntur Iſraelitæ de euerſione templi, vrbiſque Ieroſolymæ, facta per Antiochum: ac de ingenti cæde gentis ſuæ.

Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorũ tuorum beſtiis terræ.

2 Dederunt cadauera ſeruorũ tuorum eſcam volatilibus cæli, carnem miſericordiũ tuorum beſtiis terræ.

Effuderunt ſanguinẽ eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret.

3 Effuderunt ſanguinẽ eorum tanquam aquam *in* circuitibus IeruSaláim: nec erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt.

4 Fuimus probro vicinis noſtris, ſubſannatio & deriſio iis qui ſunt in circuitibus noſtris.

Vſquequo Domine iraſcẽris in finem? accendetur velut ignis, zelus tuus?

5 Quouſque Iehoua iraſcẽris 'in ſeculum? ardebit velut ignis zelus tuus?

Orant vt placetur Deus, & cõtra ipſorum inimicos indignationẽ ſuã conuertat.

72 In ſimplicitate בתם in integritate. *Quidã legunt per כ, iuxta integritatẽ. Significat Dauidẽ bona fide exequutũ fuiſſe munus ſuum. Memorabilis autem illa mutatio, quòd à brutis pecudibus abductus eſt vt paſceret electum Dei populum.* Et prudentiis manuum ſuarum. ובתבונות כפיו cum prudentia manibus ſuis. *Videtur eſſe impropria loquutio, quòd prudentia non ſit in manibus. Sed intelligit Dauidem non modò fuiſſe fœlicem in ſuis actionibus, ſed gubernatum fuiſſe Dei Spiritu, vt prudenter omnia diſponeret, nec quicquam temerè tentaret, vt ſolent homines ſuperbi.*

IN PSALMVM LXXIX.

1 Templum ſanctitatis tuæ, את היכל קדשך regiam ſanctitatis tuæ. vel, ſanctuarii tui. *hoc eſt, polluerunt ſedem tuam quæ erat Sanctuarium & Regia ſimul. Deus enim volebat agnoſci Rex: ſimúlque dabat ſacerdotem qui figura Chriſti eſſet.* 5 In ſeculum? לנצח in perpetuum? *Perpetuum vocant Hebræi, quod iam tam diuturnum fuit*

vt nulla ſit ſpes liberationis.Dicit igitur, Quoniam tu nimis diu iratus fuiſti,quouſque durabit ira tua? Pro hac loquutione Hebraica,Quouſque in ſeculum,vel perpetuum, Latinè dixeris,Quouſque tandem?

Ierem.10.d.25

Effunde iram tuã ſuper Gen 6
tes quæ non nouerunt te,& ſu
per regna quæ nomen tuũ non
"inuocant:

Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerũt, & in regna quæ nomẽ tuũ non inuocauerunt:

Quia "vorarunt Iaacób, & 7
habitaculum eius deſolauerũt.

Quia comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt.

Ieſa.64.c.9 Vehemẽs ardẽnſque oratio vt Dominus ipſis ignoſcat:& quare.

Ne memineris "nobis iniqui- 8
tatum "priorum :feſtina,præue-
niãt nos miſericordiæ tuæ,quia
"attenuati ſumus valde.

Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum:citò anticipent nos miſericordiæ tuæ,quia pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos Deus "ſalutis no- 9
ſtræ propter gloriam nominis
tui, & erue nos, "& propitiare
peccatis noſtris propter nomẽ
tuum.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Vtquid dicerent Gentes, V- 10
bi eſt Deus eorum? "nota fiat in
Gentibus in oculis noſtris vltio
ſanguinis ſeruorum tuorũ qui
effuſus eſt.

Ne forte dicant in Gentibus, Vbi eſt Deus eorum? & innoteſcat in nationib⁹ coram oculis noſtris, vltio ſanguinis ſeruorũ tuorum qui effuſus eſt.

Introeat coram te gemitus 11
vinctorum, ſecundum magni-
tudinem brachii tui "relinque

Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum. Secundũ magnitudinẽ brachĳ tui poſſide

6 Inuocant: קראו Pr.et.Heb.pro pr.ſ.

7 Vorarunt אכל *Ad verbum*, vorauit. *Mutatio numeri ſing. pro plur.vt ex mox ſequenti verbo apparet.* 8 Nobis לנו *id eſt in perniciem noſtram.* Priorum: ראשנים antiquarum. Peccata antiqua *vocant quibus* Dominus *non per breue aliquod tempus,ſed per multos annos,imò ſecula,offenſus fuerat tam ab illis,quàm à patribus.*

Attenuati ſumus דלונו miſeri facti ſumus.afflicti ſumus.

9 Salutis noſtræ ישענו ſalus noſtra. *vel*,ſaluator noſter.

Et propitiare peccatis noſtris וכפר על חטאתינו & placatus eſto ſuper peccatis noſtris.Remitte *vel*,condona peccata noſtra.

10 Nota fiat יודע palàm fiat.diuulgetur.cognoſcatur.

11 Relinque filios,&c. הותר בני תמותה *Ad verbũ*,Remanere fac filios mortis. *Quidã*,reſiduos fac.*i. conſerua in vita homines morti de-*

ſtinatos,ſiue addictos.vel,ſuperſtites redde eos qui morti deſtinati ſunt.vel potius,maneant gratia tua ſuperſtites,qui iã videtur addicti eſſe exitio.

filios mortificatorum.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorũ,improperium ipſorũ quod exprobrauerũt tibi Domine.

in uita filios mortis.

12 Et redde vicinis noſtris ſeptu plum in ſinum eorũ, probrum ipſorum quo probris affecerũt te Iehoua.

Iterum contra inimicos precãtur

Nos autem populus tuus & oues paſcuæ tuæ confitebimur tibi in ſeculum,

In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.

13 Nos autem populus tuus & oues paſcuæ tuæ, celebrabimus te in ſeculum,in generationem & generationẽ narrabimus laudem tuam.

Laudes pro liberatione.

LXXIX.

In finem, pro iis qui commutabuntur, teſtimonium Aſaph, Pſalmus.

LXXX.

1 ¶ Victori, ſuper ש So ש ſãnim, ע eduth ipſi A ס ſaph, Pſalmus.

Qui regis Iſrael, intẽde: qui deducis velut ouem, Ioſeph.

Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare: coram Ephraim, Beniamin & Manaſſe.

Excita potentiã tuam, & veni vt ſaluos facias nos.

2 O Paſtor I ש ſra א elis auſculta, qui ducis tanquã pecudes, Io ס ſéph: qui ſedes inter Cherubim, ſplende.

3 Coram א Ephráim, & Biniamín, & Mena ש ſſéh ſuſcita fortitudinem tuam, & veni in ſalutem nobis.

Preces ardentes ſicut præcedente Pſalmo, vt Deus pro ſua gratia ipſos liberet ex afflictionibus in quibus eos conſtituit.

IN PSALMVM LXXX.

1 Victori למנצח Vide *Pſal.4.a.1.* Super ſ Soſ. על שושנים Vide *Pſal.45.* ע Eduth ipſius Aſaph עדות לאסף teſtimoniũ A ס ſaph. Alij, ornamentũ ipſi Aſaph. *acſi dicat (vt ait quidã Hebræorum) pſalmum iſtum glorioſum & deſiderabilem fuiſſe ipſi Aſaph. Alij melodiam fuiſſe volunt, & per appoſitionem hîc poni eduth. Non deſunt qui vertãt,* Super Soſannim decorã. *Quidam exiſtimant in hoc Pſalmo præſcribi Iſraelitis, hoc eſt decem tribubus, quomodo peterent à Domino peccatorum veniam: ſicut præcedenti Pſalmo præſcriptũ fuerat tribui Iudæ & Beniamin.* 2 O paſtor רועה Qui paſcis. Io ס ſéph: יוסף *Ioſeph vocat gregem Domini, quòd iſta querimonia propriè pertineat ad decem tribus (vt dictum eſt quoſdam ſentire) quas quidem Propheta reuocat ad memoriam fœderis, quum de Cherubim loquitur. Sic enim præceperat Dominus Moſi, Exod.25.a.8, Faciéntque mihi tabernaculum, & habitabo in medio eorum. Et verſu 22, loquens de arca, Inde præcipiã & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim qui erunt ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael.* Splende הופיעה affulge. *id eſt lucere fac faciem tuam. vt verſu quarto dicit.*

Deus ͗conuerte nos,& lucere fac faciem tuã, ͗& ſeruabimur.
4 *Deus conuerte nos: & oſtende faciem tuam,& ſalui erimus.*

Iehoua Deus exercituũ, vſquequo ͗fumabis in orationem populi tui?
5 *Domine Deus virtutum, quouſque iraſceris ſuper orationem ſerui tui,*

Cibaſti eos ͗pane lachrymarum, ͗& propinaſti eis lachrymas in menſura.
6 *Cibabis nos pane lachrymarum,& potum dabis nobis ĩ lachrymis in mẽſura?*

͗Poſuiſti nos litẽ vicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannauerunt *nos* ͗ſibi.
7 *Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.*

͗Deus exercituum conuerte nos, & lucere fac faciem tuam, & ſeruabimur.
8 *Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciẽ tuam, & ſalui erimus.*

Vitẽ ex AEgypto ͗traduxiſti: eieciſti Gentes,& plantaſti eam.
9 *Vineã de AEgypto tranſtuliſti: eieciſti Gentes, & plantaſti eam.*

4 Conuerte nos, השיבנו reſtitue nos. *acſi diceret,* Tuũ *eſt nobis reſtituere vitam. iuſtè nos affligi fatemur: ſed tamen faciem tuam oſtende, proſequere nos ſolito tuo fauore, & bene habebunt res noſtræ.* Et ſeruabimur. ונושעה & ſalui erimus. 5 Fumabis in orationẽ עשנת בתפלת *inſtar irati ſcilicet, qui per nares fumum emittere ſolet. q. d. velut iratus repudiabis orationem, &c.* Præt. Heb. *pro fut.* Quidã *vertũt*, iraſceris precationi. 6 Pane lachrymarũ, לחם דמעה Dicũt *ſe ſatiatos fuiſſe lachrymis, hoc eſt doloris materia. quũ variè* Dominus *ipſos affligebat, vt* Pſal. 42. a. 4, *dicitur,* F*uerunt mihi lachrymæ panis loco, dies & noctes.* A*fflicti fuerũt igitur fideles vſque ad vltimã ſatietatẽ.*

Et propinaſti eis lachr. *&c.* ותשקמו בדמעות שליש & potaſti eos lachrymis ampla menſura. *vel,* copioſiſſimis. שליש *nomen mẽſuræ eſt, ſic dictæ quòd tertiã partẽ mẽſuræ maximæ contineat. quaſi* Gallicè *dicas,* A *grand meſure.* 7 Poſuiſti, *&c.* תשימנו מדון לשכנינו Hebraiſmus. *q. d.* E*ffeciſti vt contenderent ſiue rixarentur nobiſcũ vicini noſtri, qui debebant eſſe nobis amici.* V*el, de nobis. hoc eſt, contenderent inter ſe de nobis tanquã de præda: quemadmodũ milites ſolent contendere dum præda eſt dubia, quã quiſque vult ad ſe rapere.* Sibi. למו *i. animi cauſa.* V*el,* inter ſe. *aut,* intra ſe. Legi *poteſt,* ſubſannauerũt eum. *ſub.* Deũ. *vt ſit tertia perſona pro ſecunda. q. d. dixerũt te non poſſe nos eripere & tueri.* 8 De͗ exercituũ אלהים צבאות Repetitio *quarti verſus.*

9 Traduxiſti: תסיע Futura Heb. *pro præteritis,* proficiſci feciſti. tranſtuliſti. *Hæc verba perinde ſignificant acſi dicerent,* S*umus populus tuus quem adoptaſti: vide igitur ne euanidum ſit fœdus tuũ.* T*ranſtulerat* Dominus *populum ſuum ex* AEgypto, *vt haberet gregem aliquem ſeparatum à reliquis gentibus.*

Dux itineris fuisti incõ-spectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram.

10 'Repurgasti *locum* ante eam, *Commemorant beneficia quæ Deus in ipsos contulit.*
'& radicari fecisti radices eius,
& impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei.

11 Operti sunt montes vmbra e-
ius,& rami eius *ut* 'cedri Dei.

Extendit palmites suos vsque ad Mare, & vsque ad Flumen propagines eius.

12 'Misit ramos suos vsque ad
Mare,& vsque ad Flumen pro-
pagines suas.

Vtquid destruxisti maceriã eius, & vindemiant eã omnes qui prætergrediuntur uiam?

13 Vtquid *igitur* dirupisti 'mace- *Deplorãt suã ruinam.*
rias eius,'& collegerunt eam o-
mnes transeuntes per viam?

Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

14 Consumpsit eam aper sylue-
stris, & fera agrestis depasta est
eam.

Deus virtutum conuertere: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam,

15 Deus exercituum reuertere *Orant vt in pristinum statum restituantur.*
obsecro: respice è cælo,& vide,
& visita vitem istam,

Et perfice eam quam plãtauit dextera tua, & super filiũ hominis quem cõfirmasti tibi.

16 'Et vitiarium quod plantauit
dextera tua,'& super plantatio-
nem quam roborasti tibi.

Incensa igni & suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.

17 Incensa est igni,succisa est:ab
increpatione iræ tuæ pereunt.

Fiat man' tua super virũ

18 Sit manus tua 'super virũ de-

10 Repurgasti פנית Euacuasti. Expurgasti. *Quidam vertit,* Fecisti spatium. *qua ratione, ipse viderit.* Et radicari fecisti ותשרש & produxisti radices. *i. propagasti vitem.* 11 Cedri Dei. ארזי אל *Cedros Dei vocat altissimas, & excelsas cedros. Vide suprà Psal.36.7.* 12 Misit תשלח *Fut. Heb. pro præt.* Emisit. *Hic designat terminos terræ Chanaan. nã ab vna parte Dominus assignauerat populo suo hæreditatem vsque ad fluuium Euphratem: ab altera parte erat mare Mediterraneum.* 13 Macerias eius, גדריה sepes eius. Et collegerunt eam וארוה & decerpserunt eam. *vel*, ex ea. 16 Et vitiarium quod וכנה אשר & plantationem quam, &c. Alii, Et sedem quam, &c. *i. terrã Israel, sub. visita. Sedẽ autẽ plantare dixit, vt Dan.11.g.41, Et plantauit tabernacula.* Et super plantationẽ, &c. ועל בן אמצתה לך & super filium f. *i. ramum quem* roborasti tibi. *i. quem in gratiã tuam fortificasti, siue fortem reddidisti. vel viribus adornasti.* 17 Super virum dexteræ tuæ, על איש ימינך *Hebraismus, pro super homines quos virtute tua fortes reddidisti: hoc*

est, appareat virtus tua, vel auxilium tuum ad nos liberandos. Quem hic vocat virum, mox filiũ hominis dicit. De toto populo loquitur quasi de vno homine i. quos tua virtute eduxisti ex AEgypto.

xteræ tuæ, & ſuper filium homi nis quem ʺroboraſti tibi.

dexteræ tuæ, & ſuper filiũ hominis quem confirmaſti tibi.

Et non retrocedemus à te: ʺvi uifica nos, ʺ& nomen tuum in- uocabimus. 19

Et non diſcedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

ʺIehoua Deus exercituum cõ uerte nos: lucere fac faciem tuã, & ſeruabimur. 20 LXXXI.

Domine Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. LXXX.

¶ ʺVictori ʺſuper Githith ipſi Aʺſaph. 1

In finẽ pro torcularibus Pſalmus ipſi Aſaph, quinta ſabbathi.

Exhortatio eſt ſolẽnis ad laudãdum Deum.

EXultate Deo fortitudini no ſtræ, iubilate Deo Iaʺacób. 2

EXultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.

Sumite cãticum, & date tym panum, citharam iucundam cũ nébel. 3

Sumite pſalmum, & date tympanum, pſalterium iucundum cum cithara.

Clangite ʺin calendis tuba, ʺin tempore conſtituto, in die ſe 4

Buccinate in neomenia tuba, in inſigni die

Roboraſti tibi. אמצת לך *Hebraiſmus. pro, ſuper homines quos fortes reddidiſti in honorem & gloriam tuam.*

19 Viuifica nos, תחיינו *Fut. Heb. pro imperat.* Et nomen tuum inuocabimus ובשמך נקרא *Ad verbũ,* & in nomine tuo inuocabimus. *Idem eſt ſenſus, hoc eſt, Profitebimur te eſſe Deum noſtrum, celebrabimus tuam erga nos bonitatẽ, teſtabimur nos abs te eſſe redẽptos, vel liberatos.*

20 Iehoua יהוה *Tertia verſus quarti repetitio, quæ facta eſt ad ſignificandum vehementiſſimum ardorem.*

IN PSALMVM LXXXI.

1 Victori, למנצח *Vide Pſal. 4.* Super Githith ipſi Aʺſaph. על הגתית לאסף *Inſtrumenti muſici nomen eſt Githith, allatum ex Gath vrbe Palæſthinorum. acſi dicat, Pſalmus Aſaphi pſalmographi, traditus ei qui præerat cantoribus, vt cantaretur ſuper inſtrumento Githith. Vide Pſal. 8. Ex ſecũdo & tertio verſu apparet pſalmũ iſtũ fuiſſe cõpoſitũ vt illum canerent Leuitæ diebus feſtis: in quo Dei beneficia erga populũ ſuũ in medium proponuntur, atque etiã exprobratio aduerſus eundem populum, quòd non præſtiterit officium ſuum.* 4 In calendis בחדש in noua luna. *ſiue* nouilunio. *Græcè,* neomenia. In tempore conſtituto, *&c.* בכסה ליום חגנו. *i. in tempore ad id determinato: nimirum die feſtiuitatis, &c. Quidam vertunt,* in definito tempore ad diem ſacrificii noſtri. *Alij,* in inſigni die ſolennitatis noſtræ.

ſolennitatis veſtræ:

5 *Quia præceptum in Iſrael eſt, & iudiciũ* Deo *Iacob.*

6 *Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud: quum exiret de terra* AEgypti, *linguam quam nõ nouerat audiuit.*

ſtiuitatis noſtræ:

5 Quia ſtatutum IWſraNeli eſt, ʼiudicium Deo IaYacob:

6 ʼʼTeſtimonium in IehoDſéph poſuit illud: quum egrederetur ipſe ſuper terram AEgypti, *ubi* linguamʼ*quam* non noueram, audiebam.

5 Indicium משפט ius. *i. mos iuſte inſtitutus in honorem* Dei Ia*cob.* Verti *poteſt*, & ius à Deo Iacob. *ſub. profectũ. Quidam vertunt*, legitimum. *Poſtquam hortatus eſt* Propheta *fideles ad laudandũ* Deum, *præſertim die ſolẽni, dicit hanc legẽ impoſitã eſſe populo* Dei, *Deũque ipſũ fœdus ſuũ ſanxiſſe ea conditione, nẽpe vt populus ſacros[illegible]entus haberet, atque illic celebraret* Dei *laudes.* 6 Teſtimoniũ [illegible] *Quidã ſubaudiunt præpoſitionem, vertẽtes*, Pro teſtimonio. *Alij*, Vice teſtimonii. *à verbo* עד *Quidam Hebræorum deriuãt ab* עדה *ornauit, ac vertunt*, Ornamẽtum in Ioſeph, *&c. acſi diceret,* Deum *hanc legem ſtatuiſſe in* Ia*cob, vt hoc modo populum ſuum ornaret. Et ſanè verum eſt ſolennẽ illum ritum decus fuiſſe & inſigne Iſraelis: ſed illud non conuenit huic loco. Vult enim* Propheta *hac dictione teſtimonii, duo ſuperiora*, ſtatutũ & iudiciũ *cõplecti. Eſt igitur teſtimonium, ſiue conuentio (ſic plerũque in* Scriptura *accipitur* teſtimonium) *mutuum pactum inter* Deum *& Iſraelitas. Ponit autem nomen* Ioſeph *pro toto Iſraele: quòd tunc primatus fuerit penes tribum illam, & nondum penes* Iudam. • *Quam* non noueram, audiebã. לא ידעתי אשמע *Præt. & fut. per plus quàm perf. & imperfectũ vertenda, mutatio item perſonarum*, audiebam. *ſub. in patribus. id eſt audierunt patres noſtri Iſraelitæ, audierunt maiores ſermonem* AEgyptium *illis incognitum. His verbis oſtendit ſe fuiſſe detentos ſub miſera tyrannide, quum haberent barbaros dominos à quibus non poterant intelligi, & quos etiam viciſſim non poterant intelligere. Quidam exp*onunt*, Quum populus egreſſus eſſet ſuper terram* AEgypti, *linguam audiuit quam non nouerat. tanquam loquatur* Propheta *de egreſſu ex terra* Chanaan. *Alij referunt hoc ad* Deum, *Quum egreſſus eſſet ſuper terrã* AEgypti, *tunc mãdauit populo ſuo vt celebris eſſet redemptionis memoria: vt ſtatuti eſſent dies, quibus populus profiteretur ſe fuiſſe liberatum ingenti* Dei *gratia.* Et *eſt loquutio ſatis trita in* Scriptura, *quòd* Deus *ante populum ſuum egrediatur, vt in* Cantico Habacuc, *3. c. 13, Quum egreſſus es in ſalutem populi tui.* Comparat *enim ſe ducibus qui exercitum regunt & ordinãt. Alij rectius exponere videntur*, Egreſſus *eſt populus ſuper terram* AEgypti, *quia terram ipſam peruagatus eſt.* Terrebantur AEgyptii, *quum viderẽt populum creſcere, & ad tempus animi illorũ conciderant: interim liberum fuit*

populo calcare terram AEgypti, acsi haberent plenũ & liberũ imperiũ. Atque istud significat Propheta, Deum mandasse istud statutum Israeli quum egressus est super terram AEgypti.

Deus reuocat in memoriam sua in Israelitas beneficia.

Exod.17.b.6

Exod.20.a.1

Subduxi ab onere humerũ ei⁹: 7
man⁹ eius ab aheno recesserũt.

In angustia inuocasti *me*, & e- 8
rui te, exaudiui te in abscondi-
to tonitrui: ‖probaui te apud a-
quas Meriba. ◻Sélah.

Tunc dixi, ‖Audi popule mi, & 9
testabor tibi: IשּׂraNél si audie-
ris me,

Et non fuerit in te deus alie- 10
nus, nec incuruaueris te deo ex-
traneo:

(N*am* ego sum Iehoua Deus 11
tuus qui ascendere feci te è ter-
ra AEgypti) dilata os tuum, &
implebo illud.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tẽpestatis: probaui te apud aquã contradictionis.

Audi populus meus, & cõtestabor te: Israel si audieris me, non erit in te deus recẽs: neque adorabis deũ alienũ.

Ego enim sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra AEgypti: dilata os tuum, & implebo illud.

7 Ab aheno מדוד à cacabis. *vel* ab ollis. *sub. conficiendis. nam vacabant etiam vasis fingendis, & aliis operibus quæ ex luto fiunt: quẽadmodum scriptum est,* Exod.1.c.14, *Et amaritudinibus affecerunt vitã illorũ opere duro, & lateribus, & in omni opere in agro, &c. Ita doctus inter* Hebræos, *qui legit* מדוד *per* ד *daleth in fine, nõ per* ר *res. Legitur &* מדור *per* ר *res in fine, & significat pyrã, rogum, vel fornacem, vt quidam interpretantur.* Significat *autẽ ita addictos fuisse Israelitas ad fornacem, vt non liceret illis pedem vnum ab opere assiduo discedere.*

8 Exaudiui te אֶעֶנְךָ respondi tibi. In abscondito ton. בסתר רעם in secreto *sub. orantem te*, tonitru *edito. quo scilicet exercitum* AEgyptiorum *in* Mari *rubro conturbaui. Aliis potius videtur exponendũ esse, quòd* Deus *exeruerit potentiã suam in liberando populo, tonitru edito: sed sub tonitru nõ visa est eius facies.* AEgyptii *senserunt quidẽ aliquid agi* Diuinitus *(hinc ille terror quo ad tempus fuerunt perculsi) sed nõ cernebant* Deum *oculis. Itaque* Dei *maiestas dicitur fuisse abscondita sub tonitru.* Meriba. מריבה Iurgii. *id significat vox* Hebræa. Exod.17.*b*.6

9 Et testabor tibi: ואעידה בך & contestabor te. *i. ego pactum meũ sancire tecum paratus sum. Quidam reliquum huius versus cum duobus sequentibus sic iungũt,* Si audieris me, nõ erit in te deus alienus, nec incuruabis te deo extraneo: Ego enim sum Iehoua Deus tuus qui te eduxi ex AEgypto: tantùm dilata os tuũ, *(i. inuoca me)* & imple bo illud. 11 Dilata os tuum, הרחב פיך Hebraismus, *pro, ampli*

ter & largè pete, & impetrabis. Frequens Hebræis loquutio, dilatare os suũ, *in varia tamen significatione, vt* 1. *Sam.*2.*a.*1. & *Psal.*35.*d.*37. *Significat his verbis Propheta, nũquam Deum defuturum Israelitis, si modo illum innocent.*

Et non audiuit populus meus vocem meã, & Israel non intendit mihi. 12 At non paruit populus meus voci meæ, & Iwsraнel noluit me. *Derelicti à Deo propter inobedientiam.*

Et dimisi eos secundũ desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. 13 Permisi igitur eos fortitudini cordis eorũ, & ambulauerũt in consiliis suis. *Act.*14.*c.*16

Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset: 14 Vtinam populus meus obtemperasset mihi, Iwsraнel in viis meis ambulasset: *Baruch* 3.*b.*13 *Deus ægreferens, commemorat beneficia quæ populus sua inobediẽtia amisit.*

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam. 15 Breui tempore inimicos eorum humiliassem, & contra hostes eorũ vertissem manũ meã:

Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorũ in secula. 16 Odio habentes Iehouam mẽtiti fuissent ei, & fuisset tempus eorum in seculum:

Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos. 17 Et cibasset eum Deus adipe frumẽti, & de petra melle saturassem te.

13 Fortitudini בשרירות perplexis cogitationibus. *Alii,* duritiei, *vel* obstinationi. *Id etiã* cordis fortitudo *significat. Docti quidam existimant idem bis dici in hoc versu, vertẽtes,* cogitationi cordis: *& cogitationem idem significare quod consilium. Non amplius (inquit) obstiti quominus facerent cogitationes & consilia sua.*
14 Vtinam לו O si. 15 Breui tempore כמעט Quàm breui. Humiliassem אכניע deiecissem. 16 Mentiti fuissent ei, יכחשו לו Fut. Heb. *pro præt. i. præ nimio timore negassent se aliquid molitos contra eum. Vel, supplices fuissent, sed fucato corde. i. simulassent se libenter velle illis seruire & subdi, vt solent deuicti, qui libenter iugum excuterent, sed quia nulla est illis melior conditio, quàm se victoribus subiicere, ideo simulant necessitate coacti. Illud est mentiri, se iugo submittere tanquam volentes, vbi ita cogit necessitas. Vide Psal.*18.45. Tẽpus eorum עתם. *i.* fœlicitas eorũ. *Gallicè, Ils eussent eu le temps a iamais. Nunquam enim lassatur* Deus *benefaciendo, neque potest exhauriri, vel minui eius potentia,* 17 Et cibasset eum ויאכילהו *Mutatio personæ, pro,* Et cibassem te. Adipẽ frumẽti *per metaphoram vocat similaginem, hoc est florem farinæ, vel optimum tritici genus.* Et de petra, &c. ומצור דבש אשביעך *Hyperbole incomparabilis fœlicitatis & fœcunditatis. q. d. rem infœcundam fecissem potius abundare omnibus ad*

vitam necessariis, quàm nõ saturassem populum meum. nã dictione MELLIS *id significatur. Simile habes Deut. 32. b. 13, Et fecit vt sugeret mel è petra, & oleum è silice petræ.*

LXXXII.

¶ Psalmus ipsius Asaph.

Deus in medio Magistratuum, eos reprehendit iniustitiæ.

1 DEus astat in congregatione Dei, in medio Deorum iudicat.

2 Vsquequo iudicabitis iniquitatem, & facies impiorum suscipietis? Selah.

3 Iudicate pauperi & pupillo: pauperem & egenũ iustificate.

Prouer. 24. b. 11

4 Eripite pauperem & egenum: & de manu impiorum eruite.

5 Nihil norunt, nec intelligũt, in tenebris ambulant: nutant omnia fundamenta terræ.

LXXXI.

Psalmus Asaph.

1 *DEus stetit in synagoga Deorum: in medio autẽ Deos diiudicat.*

2 *Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?*

3 *Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate.*

4 *Eripite pauperem & egenum: de manu peccatoris liberate.*

5 *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebũtur omnia fundamenta terra.*

IN PSALMVM LXXXII.

1 Astat in congregatione Dei, נצב בעדת אל præsidet in cœtu Dei *vel* deorum. *i. in magnifica & frequenti cõgregatione Iudicum. vel in cõgregatione potentiæ. i. potentium. hoc est in senatu, qui solet valere authoritate. Deos vocat iudices, vt ipse Christus exponit Iohan. 10. g. 35. Queritur de Regibus & aliis qui præditi sunt potestate in hoc mũdo, & tyrannidẽ potius exercent, quàm præsint ratione.* In medio Deorum iudicat. בקרב אלהים ישפט *Fut. Heb. pro præsẽti,* in medio Deorum iudicat. *Alij,* in medio Iudicum iudicem agit. *Iudicare, est primatũ tenere. Iudices appellantur Reges, Præfecti, & Magistratus, Significat Deum obtinere primatũ in medio Deorum. q. d. superbiant Reges & Magistratus, vt solent, non tamen poterunt Deo extorquere ius suum. semper tenebit supremũ tribunal, cui & Reges ipsi & Magistratus subsunt: propterea iudicabit ipsos indices & Reges, & in illos animaduertet vbi peccauerint, & nõ reddiderint ius ex æquo & bono. Idẽ bis dicit, aliis verbis.* 2 Iniquitatem, עול *Quidam subaudito nomine verbi vertunt,* iudicium iniquitatis. *i. iudicium iniquum. Nam verbum Hebraicum includit nomen à se deriuatũ.* Et facies impiorũ suscipietis: ופני רשעים תשאו *Hebraismus est, pro, in gratiam impiorũ iudicabitis, siue, eorũ rationẽ habebitis.* 3 Pauperem עני afflictum. Iustificate. הצדיקו *Vt indicare pupillo dicitur iudex, quum ius dicit pro pupillo: ita, Iustificare pupillũ quum sua sententia pupillum oppressum absoluit. Seipsum exponit sequẽti versu.* 5 Nutãt ימוטו mouẽtur. *i. vniuersus orbis vacillat,*

conuersatio perit, vbi vera iudicia cessant, omnis humanæ vitæ ratio & ordo confunditur, vbi iudices non fungũtur suo officio. Ipsa hominũ conditio huic fundamento innititur, si iustitia & æquitas vigent. Alij, subaudita particula, hæc duo posteriora iungũt, In tenebris ambulant, *etiã si* nutẽt omnia fundamẽta terræ. *q.d. Istud est horribile monstrum, quòd principes nihil discernant, non tangantur rebus tam confusis, etiamsi videant instare cladem, & propemodum concuti ipsius terræ fundamenta.*

Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes. 6 Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes vos. *Iste locus exponitur à Christo, Iohan. 10. g. 35*

Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus, cadetis. 7 Veruntamen sicut homines moriemini, & sicut vnus è principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terrã: quoniã tu hæreditabis in omnibus Gentibus. 8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditate posside bis omnes Gentes. LXXXIII. *Orat propheta vt Deus ipse iudiciũ exerceat.*

LXXXII. *Canticum Psalmi Asaph* 1 ¶ Cãticum & Psalmus ipsius Asaph.

Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus 2 Deus ne *sit* silentiũ tibi, ne taceas, néue quiescas De⁹. *Precatio est, vt Dominus succurrat populo suo contra tot grauissimos & potẽtissimos hostes*

6 Dixi, אמרתי dixeram. *q.d. Fateor quidem vos esse deos, hoc est personam vestram esse sacram: nam quũ* Deus *imposuit vobis ònus, & dedit mandatum regendi mundi: simul etiam consortes fecit suæ dignitatis.* 7 Sicut homines כאדם sicut homo. *i. vt aliquis ex reliquis hominibus: vt mox dicit,* Sicut aliquis è principibus. Et sicut vnus è principibus וכאחד השרים sicut aliquis tyrannorum. *vel,* violentorũ. *nam solent vtplurimum tyranni interfici: quum populus eos ferre non potest. Alij,* Et sicut vnus [*.i. priuatus*] *vos* ô principes cadetis. *Hæc versio magis probatur doctioribus.* 8 Surge. *&c.* קומה אלהים *Dicitur sedere* Deus *quando dissimulat suam potentiam, neque exercet munus iudicis: propterea dicit,* Surge, *id est ascende tribunal: & indica terram, id est præsis cum legitima potestate, atque compone res turbatas, eásque in suũ ordinem restitue.* Iudica igitur terrã, *hoc est, ostende tibi competere totius terræ imperium.* Quoniã tu, *&c.* כי אתה תנחל בכל הגוים nam tu in hæreditatem accipies cunctas gentes. *hoc modo redundat* ב *in* בכל. *Alij vertunt,* nam tanquam iure hæreditario in omni gẽte possides. *sub. electos. Quidam existimant hoc esse vaticinium de regno* Christi. *Alij exponunt quòd proprium* Dei *sit habere totum mundum sub manu sua. q. d. totus orbis tuus est, & ius dominandi tibi perperam atque iniustè eripitur ab hominibus.*

IN PSALMVM LXXXIII.

1 Canticum & Psal. שיר מזמור Canticum Psalmi. *Vide Psal. 30.*
2 Ne taceas אל דמי לך ne obsurdescas. *vel* obmutescas. *qui surdi sunt, iidem & muti vtplurimũ.* Néve quie. ואל תשקט néve cesses.

Quoniam ecce inimici tui 3
'tumultuantur,& odio habentes
te'extulerunt caput.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te,extulerunt caput.

Super populum tuum'callidè 4
inierunt consilium,& consulta-
uerũt aduersus'abscõditos tuos.

Super populum tuum malignauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt,Venite,& succida- 5
mus eos'de gente,& ne memo-
retur nomen IשsraNelis vltrà.

Dixerunt,Venite,& disperdamus eos de gente, & non memoretur nomẽ Israel vltrà.

Multiplices copiæ à quibus tunc discrimẽ instabat Ecclesiæ Dei.

Quoniam'consilium inierũt 6
ex corde pariter, contra te fœ-
dus pepigerunt

Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul: aduersũ te:testamentum disposuerũt tabernacula Idumæorũ & Ismahelitæ,

Tabernacula NEdõ & Iשsma 7
Nelitarum,Moab,&Hagareni,

Moab,& Agareni,Gebal, & Ammon,& Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Gebál,& ŋAmmón,& ŋAma 8
léc, Peléשseth, cum habitato-
ribus ƳSor.

Etiã Aשssũr cõiunctus est eis: 9
fuerũt brachiũ filiis Lot. ɔSélah.

Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.

Iudicum 7.f.22
Iudicum 4.c.15

Fac illis sicut Midian, sicut 10
ɔSiɔserà, sicut Iabin in torrente
Ciשsón:

Fac illis sicut Madian & Sisaræ:sicut Iabin in torrente Cisson.

Orat populus vt inimici sui pœnas luant,ad gloriam Dei.

Qui'perierunt in ŋEn-dNor, 11
fuerunt stercus terræ.

Disperierunt in Endor:facti sunt vt stercus terræ.

Iudicum 7.g.25, & 8.e.21

'Pone eos, *nempe* duces corũ, 12

Pone principes eorum

3 Tumultuantur,יהמיון infremunt. Extulerunt נשאו *Præt.Heb.pro præsenti,vt quidam vertunt*,extollunt. 4 Callidè inierunt consilium,יערימו סוד *Fut.Heb.pro præt.* vafrè inierunt consilium. Absconditos tuos. צפוניך *Id est quos tegis,siue protegis, suntque sub tuo præsidio. Vel, qui à te deserti videntur, quum tamen eos protegas.Psal.17 b.8,dicitur,Sub vmbra alarum tuarum protege me.*

5 De gente,מגוי.*i.ne sint amplius gens.Hebraismus.*

6 Consilium inierunt נועצו conspirarunt. 11 Perierunt נשמדו vastati sunt. exterminati sunt. Fuerunt stercus היו דומן facti sunt sterquilinium.*Hebraismus,pro fuerunt conculcati,& super terram computruerunt more sterquilinii.*

12 Pone eos,*nẽpe* duces eorum, שיתמו נדיבמו *More Hebræorum. alterum relatiuum redundat,pro,*Pone duces eorum.

ficut Oreb & Zeb & Zebee, & Salmana,

sicut ẏOréb, & sicut Zeẻb, & sicut Zébach, & sicut ẏSalmunáy, oẽs *inquã* principes ipsorũ:

Omnes principes eorum: qui dixerunt, Hæreditate possideam' sanctuariũ Dei.

13 "Qui dixerunt, "Possideam' nobis habitacula Dei.

Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti:

14 Deus mi, pone eos "velut rotã, sicut stipulam coram vento,

Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes:

15 Velut ignis qui cõburit syluam, & sicut flamma quæ succendit montes:

Ita persequêris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.

16 Ita "persequere eos tẽpestate tua, & turbine tuo terre eos.

Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.

17 "Imple facies eorum ignominia, & quærant nomen tuum Iehoua.

Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant.

18 Pudore afficiantur, "& terreãtur in seculum seculi, & opprobrio afficiantur, & pereant:

Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus Altißimus super omnem terram.

19 Et cognoscant "quòd tu *cuius* nomẽ *est* Iehoua, solus tu altissimus super omnem terram.

13 Qui dixerunt, אשר אמרו Quia dixerunt. Possideamus נירשה Accipiamus in possessionem. Vendicemus nobis. *Accusat impios sacrilegij, quòd inuadent instar prædonum in Dei hæreditatem.*

14 Velut rotam, כגלגל velut globum. *Phrasis est Hebraica, pro, Instabiles eos redde, vt rota, vel globus in loco decliui. Quidã Hebræorum iungunt istud sequentibus verbis, tanquam sit præposterus ordo, hoc modo, Pone eos vt stipulam quæ velut rota circunuoluitur à vento & in orbem difficitur.* 16 Persequere eos תרדפם *Fut. Heb. pro imperatiuo.* 17 Imple facies, *&c.* מלא פניהם קלון *.i. Ita deijcito vt pudefiant: vt sequẽti versu dicitur. Optatiuè hæc leguntur, vel per futurũ,* Obrues eos ignominia, & requirent nomen tuum. *i. te. nam vexatio dat intellectum, vt ait Iesaias, 28.e.19.*

18 Et terreantur ויבהלו & perturbentur. *vel,* consternentur.

19 Quòd tu *cuius, &c.* כי אתה שמך יהוה לבדך עליון quod tu, ô Iehoua, solus es, *&* nomen tuum *solum est: & quòd solus sis* Altissimus. A*lij,* quòd tu, *cuius* solius nomen est Iehoua, *sis* Altissimus, *&c. i. quòd tu cui soli competit nomen* Iehoua, *sis, &c. Alij,* quòd tu solus es nomen tuum Iehouah, *& quòd sis* Altissimus. *i. solus es id quod diceris, solus verus Deus Iehouah, qui præes vniuersæ terræ, non vni tantùm regioni.*

V.i.

Idem argumentũ huius psalmi, quod XLII.

Beati qui in cœtu fidelium laudant Deum.

LXXXIIII.

¶ 'Victori 'super Githith 'filiis Córaph Psalmus.

QVàm 'amabilia tabernacula tua Iehoua exercituum.

Concupiscit, atque etiã 'deficit anima mea ad atria Iehouæ: cor meum & caro mea 'exultãt ad Deum viuum.

Etiam 'passer inuenit domũ, & hirũdo nidũ sibi ĩ quo ponat pullos suos, *nẽpe* altaria tua Iehoua exercituũ Rex mi, & De' mi.

Beati habitatores dom' tuæ, 'in seculum laudant te. ◻ Sélah.

Beatus homo cuius 'fortitudo est in te: *&* 'viæ in corde eorum.

LXXXIII.

1 *In finẽ, pro torcularibus filiis Core Psalmus.*

2 *QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: con-*

3 *cupiscit & deficit anima mea in atria Domini.*

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

4 *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidũ sibi, vbi ponat pullos suos,*

Altaria tua Domine virtutũ, Rex me' & De' me'.

5 *Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorũ laudabunt te.*

6 *Beatus vir cuius est auxiliũ abs te: ascensiones in cor*

IN PSALMVM LXXXIIII.

1 Victori למנצח *Vide Psal.4.a.1.* Super Githíth, על הגתית *vide Psal.8.* Filiis Córaph לבני קרח filiorum Coraph, *vide Psal. 42. & 45.* 2 Amabilia ידידות dilecta. suauia. delectabilia. *Quidam existimant hunc psalmum compositum fuisse à Dauide quum iam regno potitus esset: cõplexum autẽ esse suos dolores quibus vexatus fuerat tempore exilij.* 3 Deficit כלתה *præ desiderio scilicet. Alij* deperit. desiderat. Exultant ירננו *Fut. Heb. pro præs.* gestiunt, ouãt. 4 Passer inuenit צפור מצאה *Sing. pro plur. & præt. pro præs.* passeres inueniunt. *Quidã vno cõtextu legunt,* Etiã passeres inueniunt domum, hirundines nidum vbi reponãt pullos suos prope altaria Domini: nidulantur aues in ipso Sanctuario, *ego autem excludor. Alij distinguunt in duo membra, sic,* Passeres inueniunt sibi domũ, & hirundines nidũ: ô altaria Iehoua, *&c. sub. supramodũ cõcupisco: vt* את *deseruiat exclamationi. q. d. passeres nidulantur in Templo tuo, ego autem exulo à templo: in quo nisi fuero, quiescere non possum.*

5 In seculum laudant te. עוד יהללוך *Fut. Heb. pro præs.* perpetuò laudant te. *Alij vertunt per futurum. Verbo Laudandi, etiam hoc designat, quòd fruantur solido gaudio ii quibus licet ingredi ad Sanctuariũ: tunc enim materiam laudis suppeditat Deus. Quando sic de domo Domini, vel Tabernaculo loquitur Dauid, significat, præcipuum hoc esse bonum vt se homines exerceant in cultu Dei.* 6 Fortitudo עז robur. *i. qui tota animi fiducia in te vnum recumbit, tantúmque in te sperat.*

Viæ in corde eorum. מסלות בלבבם *.i. qui habent animum & studium itineris suscipiendi ad domum tuam. aut qui statuunt se ituros, nẽ-*

pe ad templũ tuum. vel, qui nihil aliud cogitãt, quã quomodo ad te perueniant. Hebraiſmus. Alij Vias Dei intelligũt eius mandata, acſi diceret, Fœlices qui in votis habẽt, & vehemẽter exoptãt cõponere vitã ſuam ad Dei mãdata, & ſequuntur viam ab ipſo præſcriptã, non autẽ quod videtur illis rectum. Dicit enim Ieſaias 30.c.21, Hæc via eſt, ambulate in ea.

de ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarũ, ĩ loco quẽ poſuit:

Etenim benedictiones dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

7 Tranſeuntes per vallem mori, fontem ponunt eam: etiam piſcinas operit pluuia.

8 Eunt de turma ad turmam, donec cõſpiciatur *quiſque eorum* ante Deum in Siión.

Populi ſtudium Ieroſolymam proficiſcentis ad lauandum Deum cum fidelibus.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meã, auribus percipe Deus Iacob.

9 Iehoua De' exercituũ exaudi orationẽ meam, auſculta Deus Iaacób. Sélah.

Petit vt Ieroſolymã poſſit redire.

7 Per vallẽ mori fontem, &c. בעמק הבכא מעין ישיתוהו *Noſter interpres legit* הבכא *per* א *in fine, & morũ arborẽ ſignificat. propterea cõuertit,* Per vallẽ mori arboris. *i. per vallẽ moris abundantẽ, hoc eſt, aridã. in loco enim arido morus naſci ſolet. Quidã* Hebræorũ *interpretãtur vocẽ Hebræã* Habbacha *tãquã nomẽ loci aridi. Vtcũq; ſit, hoc dicẽdi genere affirmat, illis qui adirent* Tabernaculũ *Domini magno animo, nihil defuturũ in itinere quãtumuis arido, quòd illi habituri eſſent aquas è ciſternis. ſic enim mox exponit quid hîc per* fontem *intelligat, nẽpe ciſternas quas foſſuri erant, vt replerentur pluuiis. Alij legunt* הבכה *per* ה *in fine quod fletum ſignificat: & vt alij volunt, etiam fontẽ, quòd ex fonte manet aqua, velut lachrymæ ex fletu oculorum. idcirco vertunt*, per vallem fletus. Tranſeuntes *igitur* per vallem fletus, *in qua ob ſiccitatem & ariditatem, fletus excitatur tranſeuntibus*, ponent eam fontes, *id eſt ſcaturire facient illic aquas, &c. Obſerua, verbum eſſe futuri temporis Hebraicè*, ponent, *vt & ſequens: quod in præſens quidam vertunt, alij relinquunt in futuro.* Piſcinas operit pluuia. ברכות יעטה מורה Fut. *Heb.* ciſternas obteget [*vel*, replebit] pluuia. *q.d. non modò fontes, verumetiam piſcinæ plenæ erunt aquis, vt aſcendentibus ad ſolennitatem nihil deſit. Ita exponunt* Hebræi, *qui docẽt* ברכות *berachoth, quod per cametz ſub* ר, *ſignificat benedictiones, poni hoc loco pro* ברכות *berechóth p ſere ſub* ר, *id eſt piſcinis, à* ברכה *berecha piſcina: & exponere quid intellexerit paulo antè per* fontem. מורה *antẽ & pluuiã, & docentẽ, ſiue doctorẽ, aut doctrinam ſignificat. propterea* Chaldæus *paraphraſtes vertit*, Benedictionibus operiet illos qui conuerſi fuerint ad doctrinam Legis. *Hieronymus*, Benedictionibus amicietur doctor.

8 De turma ad turmam, &c. מחיל אל חיל יראה אל אלהים de cumulo ad cumulum [*vel*, de caterua ad cateruam] comparebit *quiſque eorum* apud Deum, &c. *id eſt ad ſingulas cateruas accedent, vt audiant laudes Dei. vel*, Ibunt turmatim, *donec* videant Deum, &c. *vel*,

apparuerint coram eo in Sion. *acsi diceret*, Nunquam *quiescent donec perueniant ad templū ipsum vbi* Deus *super arcam cōspicitur.* Quidam *vertunt*, Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus in Sion. *Alij*, de doctrina in doctrinam. *vel*, de academia in academiam. *i. crescet illorum doctrina, adeò vt vnusquisque videat eam in* Ecclesia. *aut, crescet donec perueniant ad perfectam* Dei *notitiam.* Doctioribus *magis placet illa versio*, De virtute in virtutem. *i. collectis subinde nouis viribus, pergent in suo itinere, donec appareat illis* Dominus in Sion.

Clypeus noster vide, Deus, 10
"& intuere faciem christi tui:

Quia melior est dies in atriis 11
tuis, quàm *alibi* mille: "elegi esse
in limine in domo Dei mei, potius quàm habitare in tabernaculis" impietatis. "

Quia sol & scutum *nobis* Iehoua Deus: 12
"gratiam & gloriam dat Iehouáh, "nec prohibet bonum ambulantibus perfectè.

Fiducia in Deo.

Iehoua exercituum, beatus 13
homo qui sperat in te.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem christi tui:

Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus,

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Domine virtutū, beatus homo qui sperat in te.

LXXXV.

"¶ Victori filiis Coránh psalmus. 1

Populus fidelis gratias Deo agit, quòd illi sit placatus.

C"Omplacuisti Iehoua terræ 2

LXXXIIII.

In finem filiis Core Psalmus.

BEnedixisti Domine terram

10 Et intuere, *&c.* והבט פני' *q. d. ne negligas me, sed rationem habeas mei quem vnxisti in Regem: etiamsi indignus sim quem tu respicias, vide tamen & reputa quam mihi personam imposueris: vis enim me esse regē populi tui.* 11 Elegi esse in li. בחרתי הסתופף malo desidere ad limen. *q. d. malim esse postremus in* Ecclesia, *&c.* Impietatis. רשע perturbationis. *i. impiorum & perturbatorum.*

12 Gratiam & gloriam dat חן וכבוד יתן gratiam & dignitatem dabit. *i. postquam* Dominus *complexus fuerit fauore suo fideles, extollet eos in dignitatem.* Nec prohibet bonum, *&c.* לא ימנע טוב להולכים בתמים nec auertit bonum ab iis qui ambulant per perfectā *viam.* Alij, nec retrahit bonum ab iis qui ambulant in sinceritatibus. *vel*, perfectione. *Quidam liberius, velut exponentes* Hebraicum *dicendi genus*, Nullo bono destituit eos qui in integritate ambulāt. *i. non desinet benefacere veris cultoribus suis.*

IN PSALMVM LXXXV.

1 Victori למנצח *vide Psal. 4. a. 1.* 2 Complacuisti Iehoua terræ tuæ, רצית יהוה ארצך Rediisti in gratiam Iehoua cū terra

tua. *Alij*, Benignus factus es Iehoua terræ tuæ. *Alij*, Gratam habuisti Iehoua terram tuam. *vel*, Fauisti Iehoua terræ tuæ. *i. gratuito fauore olim cōplexus es terrā tuam: propterea idem nunc spero te facturum & nos erepturū. Sunt qui in futuro vertunt præterita istorum trium versuum vsque ad quintum*, Redibis in gratiam, *&c. quod de Meßia scriptus sit hic psalmus, pro cuius aduentu precatur. Verum sensus corrumpetur si per futurū vertas: nā potius sensus est, Quod fecisti antehac, facturū te nunc speramus: quoniam eadē necessitas postulat vt nobis sis propitius. Compositus autem fuit in vsum piorum, quum essent captiui in Babylonia, vel quum cultus* Dei *ab* Antiocho *esset fœdè corruptus, & omnia sacrilegiis plena essent: vt fideles haberent certam precandi formam.*

tuam, auertisti captiuitatem Iacob.

tuæ, "reduxisti captiuitatē Iaӯacób.

Remisisti iniquitatē plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.

3 "Remisisti iniquitatem populi tui, operuisti omne peccatum eorum. ᴅSélah.

Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.

4 "Abstulisti omnē iram tuam, "reuocasti ab excandescēdo furorem tuum.

Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis.

5 "Conuerte nos Deus salutis nostræ, "& cessare fac irā tuam erga nos. *Ardenter orat vt Deus sit illi propitius.*

Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extēdes iram tuam à generatione in generationem?

6 "Num in seculum irascéris contra nos? "extendes irā tuam in generationē & generationē?

Reduxisti שבת *Præt. Heb.* auertisti. *vel per futurum*, auertes. sedabis. cessare facies. *Melius per præteritum.*

3 Remisisti נשאת Abstulisti. Condonasti. *Auferre iniquitatem, est eam tegere, & non imputare.* Sic *Psal. 32. a. 2, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata:* Beatus vir cui non imputauit *Dominus peccatum.* 4 Abstulisti אספת Collegisti. Cōtraxisti. Auertisti. *id est* D*elesti omnē iram tuam, ita vt amplius non fueris memor iniquitatū populi tui. mutasti animū. Non quòd* Deus *vel faciem suam auertat, vel ipse mutet sententiam: sed dicitur auertere faciem à furore, quum sepelit & abolet materiam indignationis, perinde acsi proijceret post tergū suū peccata nostra. sicuti etiam non cadit furor in* D*eū: sed* S*criptura tribuit illi has paßiones, quòd non poßimus aliter concipere grauitatem iudicij eius, vt timere discamus.* Reuocasti, *&c.* השיבות מח auertisti à furore faciem tuam. *Alij*, auersus es à furore iræ tuæ.

5 Cōuerte nos שובנו *id est restitue nos.* Et cessare fac הפר & discute. dissipa. dissolue. 6 Extendes תמשך protrahes.

7 Annon tu conuertêris, viuificabis nos, & populus tuus lætabitur in te?

8 Ostende nobis Iehoua misericordiam tuam, & salutē tuam da nobis.

9 Audiā quid loquatur Deus Iehouáh: quoniam loquetur pacem ad populū suum, & ad misericordes suos, & non conuertentur ad stultitiam.

10 Profectò propinqua est timentibus eum salus eius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

11 Misericordia & veritas obuiabunt sibi, iustitia & pax *se mutuo* osculabuntur.

Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine *misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.*

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*: quoniam loquetur pacē in plebem suam,*

Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timētes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt.

Misericordia & remissio peccatorum per Christū, vnde oritur pax in cordibus.

Fructus iustificatorū per Christū.

7 Cōuertêris, viuificabis nos, תשוב תחיינו *Duo verba futura siue cōiunctione, quorum alterum Latini vertunt in participium,* Conuersus viuificabis. *vel,* vitæ nos restitues, mutata sententia. *Significat cladem illam fuisse tam grauem vt fideles parum differrent à mortuis. Cōuerti dicitur* Deus *quando recipit nos in gratiam.*

9 *Andiam* אשמעה *Propheta prius loquutus, nūc quasi indicit sibi silentium, expectans quid velit* Dominus. Loquetur pacem ידבר שלום *id est efficiet vt tandē bene habeat* Ecclesia *eius.* Nam Hebræi, *pacis nomine omne genus boni significant, & fœlicem rerum successum. Alludit ad promissiones.* Et non conuertentur ואל ישובו vt non reuertantur. *Alij,* ne recidant. Stultitiam *pro peccato accipit.*

10 Gloria כבוד *Opponit gloriam vastitati quæ tunc visa fuit per totam* Iudæam, *& probroso statui qui subiectus erat omnium ludibrio, dicit igitur,* vt inhabitet, *siue* appareat gloria in terra nostra: *hoc est vt possimus iure in ipso gloriari, & compotes efficiamur eius gloriæ qua sumus spoliati.* 11 Obuiabūt sibi נפגשו *Præterita Hebræis pro futuris, quod satis docent futura Hebræis in versibus sequentibus. Dicit quòd in regno Christi florebit misericordia, veritas, iustitia & pax. non quòd prædicet hominum laudes: sed ostendit qualis futura sit gratia Domini postquam populo suo reconciliatus fuerit, & quos fructus allatura, vbi deleta fuerint peccata: quòd scilicet misericordes erunt homines inter se, non crudeles: fideles erunt, iustitiam & æquitatem seruabunt, concordia quoque inter ipsos aletur.*

Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. LXXXV.

Oratio ipsi David.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: sal-

12 Veritas è terra germinabit,&
iustitia è cælo ″prospiciet.
13 Etiā Iehouáh dabit ″bonū, &
terra nostra dabit fructū suum.
14 Iustitiam ″ ante se ambulare
faciet *quisque*, & ponet in via
gressus suos. LXXXVI.
1 ¶Oratio ipsius Dauidis.
Inclina Iehoua aurem tuam,
exaudi me:quoniam ″pauper
& egenus sum.
2 Custodi animā meam, quo-
niam ″misericors sum,serua ser-

David afflictus atque ab omnibus derelictus, maximo animo orat ut liberetur, & quare.

12 Prospiciet. נשקף *Præt. Heb. pro præs. vel fut.* præbebit se visendā. *His loquutionibus perinde significat acsi diceret, A summo ad imū patebit regnum Christi, veritas & iustitia implebunt cælum & terram: nullus erit cæli vel terræ angulus quò non pateat & diffusa sit veritas, pax & iustitia, vbi Dominus reconciliatus fuerit populo suo.*

13 Bonum, הטוב *Significat externam terræ fæcunditatem. Notatur enim quædam accessio ad bona illa spiritualia de quibus paulo antè. q. d. Dominus non tantum efficiet vt vigeat bonitas, misericordia, iustitia, pax & veritas inter nos: sed etiam terræ bonitatem dabit, neque sinet nos destitui commodis temporalibus. A Domino igitur est vbertas terræ, vt fructum suum proferat, postquam è cælo illam benedixit.*

14 Ante se ambulare faciet לפניו יהלך ambulabit ante eum, *id est ante vnumquenque illorum qui in regno Christi fuerint. Alij exponūt quòd iustitia ambulabit coram Deo, & ipsa iustitia ponet gressus suos in via: hoc est, Ecclesiæ status compositus erit ad veram iustitiam & rectitudinem: homines iustitiæ studebunt non tantùm in oculis hominum, sed etiam corā ipso Deo, in corde: & ipsa habebit cursum suum, vt vulgò loquuntur. Gallicè, Elle aura la vogue. Iustitia ponit gressus in via, dum cōspicua est & prævalet, iniquitas autem quasi suppressa iacet. Huic loquutioni contraria est illa Iesaiæ 59. c. 14, Concidit [vel impegit] in platea veritas, & æquitas nō potuit ingredi. Quibus verbis significat æquitatem non regnare, sed arceri à publico, iniquitatem autem grassari.*

IN PSALMVM LXXXVI.

1 Pauper עני *i. omni ope destituor. Alij, afflictus.*

2 Misericors sum, חסיד אני misericordiæ studeo. *Alij,* sanctus sum. *vel,* bonus. *i. sanctitatis, siue bonitatis studiosus. Sic erat David, q. negotium haberet cum suis hostibus: qui, quum illum iniustè vexarent, & ei sine causa molesti essent, potuit hoc afferre in medium, Domine adiuua*

me, quia nihil tale meritus sum ab hostibus meis, quin potius studui illis benefacere, & de illis bene mereri.

uum tuum tu Deus mi speran-
tem in te.

uum fac seruum tuũ Deus meus sperantem in te.

3 Miserere mei Iehoua, quoniã
ad te clamo omni die:

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamabo tota die:

4 Lætifica animam serui tui,
quoniã ad te Domine animam
meam attollo:

Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animã meam leuaui.

Ioel 2,c,13

5 ‖ Quoniã tu Domine bonus,
& parcens, & multus misericor
dia omnibus inuocantibus te.

Quoniã tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

6 Ausculta Iehoua orationem
meam, & intende voci depreca-
tionum mearum.

Auribus percipe Domine orationem meam, & intẽde voci deprecationis meæ.

7 In die angustiæ meæ inuoco
te, quia exaudis me.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.

8 Nõ *est* sicut tu inter deos Do-
mine, nec *sunt* secundum ope-
ra tua.

Non est similis tui in diis Domine, & non est secundũ opera tua.

Laudãs potentiã Dei, prædicat conuersionem Gentiũ.

9 Omnes gentes quas fecisti ve
nient, & genu flectent coram
te Domine, & glorificabunt no
men tuum:

Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum:

10 Quoniã magnus es tu, & facis
mirabilia, tu es Deus solus.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.

Orat vt à Domino doceatur, & liberetur, vt eũ glorificet.

11 Doce me Iehoua viam tuam,
ut ambulẽ in veritate tua: vni
cor meũ vt timeat nomen tuũ.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meũ vt timeat nomen tuum.

5 Et parcens, וְסַלָּח & veniæ largitor.

7 Inuoco, &c. אֶקְרָאֶךָּ כִּי תַעֲנֵנִי *Fut. Heb.* inuocabo te, *sciens* quòd exaudies me. 8 Nec *sunt* secundum opera tua וְאֵין כְּמַעֲשֶׂיךָ *Quidam paraphrasticè vertunt,* nec est qui faciat opera qualia tu facis. *id est, nullus deus probat suam virtutem quemadmodum tu: vnde sequitur illos esse commentitios deos.*

9 Et genu flectent וְיִשְׁתַּחֲווּ & adorabunt. & supplicabunt.

11 Vni יַחֵד constringe .i. *fac vt animus meus nomen tuum solum*

timeat. Potius quum, David dicit, Vni cor meum, respexit ad inquietudinem cordis humani priusquã Dominus gubernet ipsum Spiritu suo: rapitur enim huc illuc. nec tantũ fluctuantur affectus nostri intra nos, sed rapimur nunc in vnam, nunc in alteram partem: conflictantur inter se etiam affectus nostri. Quum autem Dominus nos gubernandos suscipit, reuocat nos ab illa inquietudine, & ab affectibus illis contrariis & dissipatis: colligit nos & continet sub manu sua: tum cor nostrum vniri dicitur. Quidam vertunt, lætifica cor meum*: ab* יחד. *rectius tamen à* יחד *vertitur,* Vni cor meum.

Confitebor tibi Domine Deus me⁹ in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:	12	Celebrabo te Domine Deus in toto corde meo, & glorifica-bo nomen tuum in seculum:	
Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.	13	Quoniam misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex fouea inferiori.	
Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerũt te in cõspectu suo.	14	Deus, superbi insurrexerunt aduersum me, & congregatio fortium quæsierũt animã meã, & non posuerunt te coram se.	*Conqueritur de suis aduersariis.*
Et tu Domine Deus mise-	15	Et tu Domine *es* Deus mise-	

13 Ex fouea inferiori. משאול תחתיה ex sepulchro inferiori. *Sepulchrum inferius vocat extremum illud periculum vbi nulla amplius salutis restabat spes. Imò quum secundum carnis sensum deploratus esset, quòd Dominus porrexit illi manum, in eo agnoscit se reductũ ex sepulchro, & quidem inferiori.*

14 Superbi זדים contumaces. temerarii. ex malitia peccãtes non lacessiti. arrogãtes. *Quidam legerunt* זרים *per* ר, *(magna enim affinitas inter* ד *&* ר, *differunt tantùm apiculo) vertẽtes* alienos: *nec illud multum recedit à sensu Prophetæ: nam Scriptura alienos vocat hostes barbaros qui omni sensu humanitatis exuti sunt. Inter vicinos nanque locus est aliquis misericordiæ & clemẽtiæ: sed vbi lõginqui sunt hostes, & quibuscum nihil vnquam fuit nobis commercii, illic grassatur maior barbaries. Ideo Scriptura alienos sæpe accipit pro crudelissimis.* Fortium עריצים robustorum. *Significat illos fortes qui propriis fidunt viribus. Alij,* terribilium. *Alij,* nebulonum. *Quidam,* violentorum. *Superbos, & robustos, vel tremẽdos vocat David eos qui toto impetu rapiebatur ad ipsum perdendũ.* Et non posuerunt, *&c.* ולא שמוך לנגדם *Ponere Deũ ante conspectum suum, est illius respectum habere, & ipsum timere. nam timor Dei aliquantũ cõpescit incredulos: quãuis enim non retineat ipsos in obsequio iustitiæ, sæpe tamen refranat vt non se proiiciant quemadmodum ferret libido carnis.*

Prædicans misericordias Dei, orat liberari.

ricors, & clemens, longus ira, & mult' misericordia & veritate

ratur & misericors, patiens & multæ misericordiæ, & verax,

16 Respice ad me, & miserere mei, da robur tuum seruo tuo, & serua filium ancillæ tuæ.

Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

17 Fac mecum signum in bonū, & videāt odio habentes me, & pudore afficiantur, quòd tu Iehoua adiuueris me, & consolatus fueris me.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderūt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

LXXXVII.

LXXXVI.

Docet Propheta nihil magis esse optabile, quā vt simus in grege Domini, & cēseamur in eius populo.

1 ¶ Filiis Córanh Psalmus cātici, Fundamētum eius in mōtibus sanctis.

Filiis Core Psalmus cātici Fundamēta eius in mōtibus sanctis:

15 Longus ira. ארך אפים .i. *longanimis. Hebraismus.* Et veritate. ואמת *Hæc duo ferè semper coniungit Scriptura, misericordiā & veritatē: acsi diceret, Dominum quidem propensō esse ad misericordiam: dissimilē autem hominibus, qui vt sunt faciles ad promittendū, ita mox mutant animum. nam sicuti liberaliter Deus promittit, ita perpetuò sibi cōstat in seruandis promissis.* 16 Filium ancillæ tuæ. לבן אמתך *Vocat se seruum, & filiū ancillæ, vt multis aliis locis: acsi diceret, se ab vtero matris esse seruū domesticum & vernam. q. d. Ego Domine natus sum tibi seruus: quemadmodum qui in Ecclesia nascuntur, possunt sibi vendicare hoc nomen, quòd sint vernæ Domini. Magnum igitur est priuilegium, natum esse in grege Domini, & esse domesticum ipsius ab vtero matris.*

17 Fac mecum signum in bonum, עשה עמי אות לטובה .i. *Declara signo aliquo te mihi velle fauere & te esse mihi propitiū. Hebraismus. Quidam,* Ede signum aliquod bonitatis tuæ erga me. *Alii,* Insigniter benefac mihi. *Hinc apparet Dauidem luctatum fuisse cum multis & grauissimis tentationibus: neque enim vulgare fuit experimentum fidei & constantiæ quòd poterant hostes ipsum ridere, quasi frustra sperasset in Domino: deinde quòd non agnosceret Deum sibi velle esse propitium.*

IN PSALMVM LXXXVII.

1 Filiis Córaph לבני קרח Filiorum Córah. *Vide Psal. 42 & 45.* Psalmus cantici. מזמור שיר *Vide Psal. 30.* Fundamentū eius יסודתו *Istud est altera pars inscriptionis Psalmi apud Hebræos. Relatiuum autem sine antecedente positum est, more Hebræorum. Nonnulli referunt ad Psalmum, vertentes,* Cuius psalmi fundamentū iactū est in montibus Sāctis, *id est, de Ierusalem quæ fundata est in montibus, nempe Moria & Sion, qui erāt ferè continui, imò vnus erat, sed biceps: habebat enim duo cornua. Alij dicunt referre Ierusalem, aut templum. Qui Psalmū*

propius considerant, scribunt relatiuũ istud referre Deum, qui selegerit sibi montes sanctos in quibus fundaret vrbem suam regiam Ierusalem, & templũ suũ. Nã versu quinto sequitur, Et ipse confirmabit eã Altissimus. Fundamenta Dei igitur sunt in montibus sanctis: hoc est, Deus conditor est & opifex vrbis Ierosolymæ. Passim Deo titulus iste adscribitur, quòd Sionẽ condiderit, tanquã eius fundamenta iecerit, tanquam eius archictetus.

2 *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.*

Diligit Iehoua portas ˣSiión magis, quàm omnia habitacula Iaꝝacób.

3 *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.*

'Gloriosa dicuntur de te Ciuitas Dei. ᴅSélah.

4 *Memor ero Raab, & Babylonis scientium me: Ecce alienigenæ, & Tyrus & populus AEthiopum, hi fuerunt illic.*

'Memorabo AEgyptum & Babél inter scientes me: ecce Palæsthina, & Tyrus cum AEthiopia, 'Iste natus est ibi.

5 *Nunquid Sion dicet, Homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus?*

Et de ˣSiión dicetur, 'Vir & vir natus est in ea, & ipse 'confirmabit eam Altissimus.

6 *Dominus narrabit in scri*

Iehoua' numerabit, quando

3 Gloriosa נכבדות Præclara.*i. quòd multa res præclaræ tibi obuentura sunt.* 4 Memorabo AEgyptum & Bab. inter scientes me: אזכיר רהב ובבל ליודעי Memor ero Rahab & Babylonis cũ iis qui me agnoscunt. *Alij,* Faciam memorari Rahab & Babel cognoscentibus me.*i. Reputabuntur inter domesticos & familiares meos. Cognoscentes vocat familiares amicos. q. d. AEgyptus & Babel erunt posthac Ecclesiæ membra, & in ordine fidelium, etiamsi fuerint hactenus acerrimi hostes, visúmque fuerit implacabile dissidium.* Iste natus est ibi. זה ילד שם *Pronomẽ singulare pro plurali,* Isti nati sunt ibi.*q. d. de illis vrbibus, inimicissimis aliquando Israelitis, multi in consortium ipsorũ & in populum Dei annumerabuntur, & ciues efficientur. Id etiam sequens versus 5 & 6 indicant.* 5 Vir & vir איש ואיש Hebraismus.*i. Iste & ille. siue plures. q. d. cuiuscunque gentis homines, & vndecunque nati sint vel oriundi, tamen cupient omnes scribi in catalogo ciuiũ Ierosolymitanorum. Natos hîc non ponit pro indigenis, sed pro ciuibus qui censentur esse Ierosolymitani.* Confirmabit eam יכוננה *Quidã futurũ vertunt in præteritum,* ordinauit eam. stabiliuit eam. *non tantũ quia regitur eius verbo, sed etiam quia fundata est in virtute eius, ac protegitur contra omnes insultus diaboli.*

6 Numerabit, יספר recensebit. *Ad verbum legitur,* Iehouah numerabit scribendo populos. *Nonnulli dicunt subaudiendã esse*

particulam aliquam, vt legatur, Quum Deus numerabit & scribet populos. Inducit Deum numerantē populos: quòd sicuti obtinet summū in mūdo imperium, ita etiam eius est agere censum inter homines. Quum igitur Dominus censum suum aget, nihil magis optabunt homines quàm censeri inter Israelitas: & in eo censu isti reperientur scripti ciues Ierosolymitani: quia potior erit haec ciuitas omnibus regnis. Similis ferè locus legitur, Iesa. 44. a. 5, his verbis, Hic dicet, Iehouae ego sum: & ille inuocabit in nomine Iacob: & alius scribet manu sua, Iehouae sum, & nomine Israelis cognominabit seipsum.

scribet populos, Iste natus est ibi. Sélah,

Et cantores vt tibicines: omnes fontes mei in te.

pturis populorum, & principū horū qui fuerunt in ea.

7 *Sicut laetantium omniū habitatio est in te.*

LXXXVIII.

Canticum Psalmi filiis Córach: victori super Maḥaláth ad canendum, intelligentia ipsius Hemán Ezraḥitae.

LXXXVII.

1 *Canticum Psalmi filiis Core in finē pro Maheleth, ad respondēdum, intellectus Eman Ezrahitae.*

7 Vt tibicines: כחללים *Concisa oratio sub laudes dicent. q. d. Et voce & musicis instrumentis cantabunt laudes tuas. Quidā Hebraeorum vertūt,* Et cantores sicut mulieres. *q. d. Tam viri quàm mulieres te laudabunt. Alij, At in Sion* cantores *erunt* vt tibicines. *q. d Tam facile erit inuenire in Ierusalem praecones diuinarum laudum, quàm in aliis regionibus tibicines. Abundantiam fidelium in vrbe Ierusalem Deum laudantium describit.* Fontes mei מעיני scaturigines. Alij, modulationes. מעינים *scaturigines & fontes significat. transfertur autem ad modulationes quae è pectore, velut è fonte aquae, scaturiunt & ebulliunt. q. d. quicquid omnino laudis, quicquid gratiarum actionis, quicquid celebritatis & praeconii excogitari poterit, totū illud impendā in te ô Sion celebranda, propter bonitatē Dei erga te. Quidam,* oculi *vertūt, siue aspectus: acsi dicat, semper oculos meos habebo in te coniectos, quicquid tibi accidat ô Sion, siue tristandū sit, siue gaudendū. In eū sensum Psal. 137. b. 5, scribitur, Si oblitus fuero tui, ô Ierusalem, obliuiscatur dextera mea: adhaereat lingua mea palato meo, si non meminero tui: si non ascendere fecero Ierusalem super caput laetitiae meae. Sensus igitur est, Prophetā sic affectū esse erga Ecclesiam Dei, vt ad ipsam dirigat oculos suos, & omnes aspectus.*

IN PSALMVM LXXXVIII.

1 Canticum Psalmi שיר מזמור *Vide Psal. 40.* Filiis Córaph, לבני קרח filiorū Córah. *Vide Psal. 42 & 45.* Victori למנצח *Vide Psal. 4.* Super Maphalath, על מחלת *Vide Psal. 53.* Ad canendum, *&c.* לענות משכיל להימן ad laudandum erudiens *canticū* Heman, *&c. Alij,* de afflictione erudiens, ipsius Heman. *Alij,* ad humiliandum, intellectus Heman. *Quidā existimāt istum Heman cōposuis*

se hunc Psalmum, quòd eius sapiẽtia in Scripturis celebretur, vt 1.Reg. 4.d.31.De לְהַזְמִין Vide Psal.52. Quidã *Hebræorũ dicũt* מַחֲלַת, *fuisse initiũ carminis, ad cuius numeros & hic Psalmus cantatus sit. Alij, instrumentum: alii, certam modulationem hac voce significari arbitrantur.*

Domine Deus salutis mea, in die clamaui, & nocte coram te:

2 Iehouáh Deus salutis meæ "in die clamo, in nocte coram te: — *Grauis ad Deum querela hominis, morbo, aut persequutionib[us] grauiter afflicti, ac fine vlla consolatione quasi à Deo derelicti.*

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:

3 Intret coram te precatio mea: inclina aurem tuam ad clamorem meum:

Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.

4 Quia saturata est malis anima mea, "& vita mea ad sepulchrum peruenit.

AEstimatus sũ cũ descẽdentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber:

5 Reputatus sum cum descendentibus *in* "sepulchrum: fui "sicut vir *cui* non est fortitudo,

Sicut vulnerati dormiẽtes in sepulchris, quorum nõ es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.

6 Et inter mortuos "liber: sicut "interfecti dormientes in sepulchro, quorum non recordaris amplius, & ipsi à manu tua "excisi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis.

7 Posuisti me in lacu inferiori, in tenebris, "in profundis.

2 In die clamo; in nocte יוֹם צָעַקְתִּי בַלַּיְלָה die ac nocte clamaui. *Alij, die.i. tempore quo* noctu vociferor. 4 Et vita mea, &c. *וְחַיַּי* נָגִיעוּ. *i. ea fuit malorũ grauitas, vt de vita desperandum mihi fuerit. Hæc loquendi ratio frequens in Scripturis, vitam hominis propinquam esse sepulchro, quoties nulla amplius vitæ spes affulget.* 5 Sepulchrum: בּוֹר foueam. lacum. *Confirmat præcedentem sententiam, nempe se à morte parum distare.* Sicut vir כְּגֶבֶר sicut robustus *Dicit se tanta malorum grauitate fuisse obrutum, vt perdiderit quicquid antea roboris habebat.* 6 Liber: חָפְשִׁי *sub. à curis, solicitudinibus, & tentationibus perpetuis. Nulla enim vacatio quãdiu degimus in carne, nullæ induciæ, sed perpetua inquietudo nos exagitat. Libertas ergo datur nobis post mortem, quia tunc quiescimus à laboribus nostris.* Interfecti חֲלָלִים *q.d. fui similis occisis quos violenta mors & sanguinaria subitò rapuit ad sepulchrum: Exaggerat malorum suorum magnitudinem, quòd Dominus violenter ipsum confecerit.* Excisi sunt. נִגְזָרוּ separati sunt. amoti sũt. Manũ Dei pro eius *tutela accipit. Loquitur iuxta sensum hominis grauiter afflicti in quo præualet mæror vsque adeo, vt nõ agnoscat bonitatem & gratiam* Dei *quæ appareat: neque enim ita sentiebat in corde suo.* 7 In profundis. בִּמְצֹלוֹת in profunditates *sub. maris.* His

Super me ˈſuſtētata eſt ira tua, 8
& cunctis ˈfluctibus tuis afflixi-
ſti. ◻Sélah.

Elongaſti notos meos à me, 9
poſuiſti me abominationes illis:
ˈconcluſus ſum, neque egrediar.

ˈOculus meus elanguit præ 10
afflictione mea: ˈinuoco te ô Ie
houa omni die, expādo ad te ma
nus meas.

Auerſatur mortē propterea quòd cū fidelibus Deū laudare non poterit.

Num mortuis facies ˈmiracu 11
lum? ˈnum mortui ˈreſurgent *ut*
celebrent te? ◻Sélah.

Nunquid narrabitur in ſepul 12
chro miſericordia tua, & veritas
tua ˈin perditione?

Nunquid cognoſcetur in te- 13
nebris miraculum tuum, & iu-
ſtitia tua in terra obliuionis?

Queritur orationem ſuā non exaudiri.

Ego verò ad te Iehoua ˈclamo, 14
& mane oratio mea præueniet te.

Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici ſuſcitabūt, & confitebūtur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te.

omnibus atrocitas afflictionis intelligenda eſt. 8 Suſtentata eſt סמכה ſuſtētauit ſeſe. incubuit. *Alij*, appropinquauit mihi furor tuus. *Vel*, circūdedit me. *Rectius, incubuit: qua ſimilitudine vſus eſt & Pſal.* 32. *a.* 4, *Die ac nocte aggrauata eſt ſuper me manus tua.* Fluctibus tuis משבריך Fluctus Domini *vocat illas afflictiones quibus propemodum obruebatur.* 9 Concluſus ſum, &c. כלוא ולא *.i. nullus exitus mihi oſtenditur.* 10 Oculus meus elanguit עיני דאבה Sing. *pro plur. i. dolore affecti emarcuerūt oculi mei.* Inuoco te קראתיך *Præt. Heb. pro præſ.* 11 Miraculum? פלא mirabilia. *i. num edito miraculo reuocabis omnes ad vitam?* Seipſum *exponit ſequentibus.* Dicit Dominum *non ſuccurſurum in tempore, niſi feſtinet: propterea quòd iam ſit ſimilis mortuo. Vbi autem (inquit) exciſus fuero à ſocietate hominum, an tunc mihi vitam reſtitues, vt oſtendas virtutem tuam? Non loquitur de poſtrema reſurrectione, ſed de quotidianis auxiliis* Domini. Num mortui רפאים מתים Repetitio. *Similes ſententiæ leguntur & Pſal.* 6. *b.* 6, *& Pſal.* 115. *d.* 17, *Non mortui laudabunt te, &c. Confer illa cum iſtis.* 12 In perditione? באבדון in interitu? 14 Clamo, שועתי *Præteritum* Heb. *pro præſ.*

Vtquid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me?

15 Vtquid Iehoua 'repellis animam meam, abſcondis faciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum, & conturbatus.

16 'Pauper ſum ego & deficiens ab adoleſcẽtia: portaui terrores tuos, 'animi dubius ſum.

In me tranſierũt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.

17 Super me tranſierunt iræ tuæ, terrores tui 'ſucciderunt me.

Circundederunt me ſicut aqua, tota die: circundederunt me ſimul.

18 Circundederunt me ſicut aqua, tota die: circundederũt me pariter.

Elongaſti à me amicum & proximũ, & notos meos à miſeria.

19 Elongaſti à me amantẽ & ſocium, 'notos meos *in* tenebris.

LXXXVIII.

Intellectus Ethan Ezrahitæ.

LXXXIX.

1 ¶ 'Intelligentia ipſius ℵEthán ℵEzraħitæ.

Miſericordias Domini in æternum cantabo:

In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

2 Miſericordias Iehouæ in ſeculũ cantabo: in generatione & generatione notam faciã veritatem tuam ore meo.

Meditatio eſt fœderis Domini vt fideles in eius memoria ſe confirmẽt ad bene ſperandũ.

Quoniam dixiſti, In æternum miſericordia ædifica-

3 Quoniam 'dixi, In ſeculum miſericordia 'ædificabitur: *quan*

15 Repellis תזנח *Futura Heb. pro præſ.* elongas. abominaris.

16 Pauper ſum ego, & def עני אני וגוע Afflictus ſum ego, & moribundus: *vel*, quaſi animam efflans. גוע *ſignificat eum qui lenta mortẽ conficitur.* Animi dubius ſum: אפונה ſuſpenſo ſum animo. *vel*, hæſitans, *Alii*, animo attonito. *Alij, ſemper & quotidie dicens*, Ne forte. *ſub. peream. aut, ſit hoc & hoc. Alij deducentes à radice* פון, *vertũt* multo tempore. *dicũntque tempus in Arabico vocari* אפון

17 Succiderunt me. צמתותני perdiderunt, perdiderũt *inquam* me. *Aut*, prorſus perdiderunt me. *id ſignificat verbum Hebraicum in quo vltima ſyllaba repetitur ad vehementiam.* 19 Notos, &c. מידעי חשך noti mei *in* tenebris. *ſub. ſunt i. deliteſcunt, nec prodeũt vt opem mihi ferant.*

IN PSALMVM LXXXIX.

1 Intelligentia משכיל Vide Pſal. 32. *Pſalmus compoſitus vel in exilio Babylonico, vel poſt reditum, quum ſubinde noui hoſtes inſurgerent.*

3 Dixi, אמרתי Id eſt *ſtatutum eſt apud me, atque in ea ſum ſententia. Sic Hebræi aliquando vtuntur verbo dicendi.*

Aedificabitur: יבנה *i. durabit inſtar ædificii ſumma arte cõſtructi.*

diu 'cælos ftabilies veritas tua in illis.

'Percuffi fœdus cum electo meo, |iuraui Dauid feruo meo,

2.Sam.7.b.11

Vfque in feculum'ftabiliam femen tuum,& ædificabo in generationem & generationẽ thronum tuum.Selah.

"Celebrant autem cæli mira eulum tuum Iehoua:etiam veritatem tuã'in ecclefia Sãctorũ.

Nam quis in cælo æquabitur Iehouæ, *quis inquam* fimilis eft Iehouæ'in filiis Deorum?

bitur: in cælis præparabitur veritas tua in eis.

4 *Difpofui teftamentum electis meis, iuraui Dauid*
5 *feruo meo, Vfque in æternũ præparabo femen tuum,*
Et ædificabo in generationem & generationem fedẽ tuam.

Confitebuntur cæli mira
6 *bilia tua, Domine: etenim veritatem tuam in ecclefia Sanctorum.*

Quoniam quis in nubi
7 *bus æquabitur Domino, fimilis erit Domino in filiis Dei?*

verbum Hebraicum fignificat ædificare & etiam durare. Alij vertunt, ftabilietur. *vel,*propagabitur. Cælos ftabilies,*&c.* שמים תכן 'נן *Subaudiendum fuit aduerbium* quandiu:*vt fit fenfus, quandiu ftabilis fuerit naturæ ordo,veritas tua permanebit. Vel,quum ftabilis maneat naturæ ordo,tu ipfe non mutaris,nunquam varius es:veritas igitur tua nõ minus fixa erit quàm cæli ipfi. Veritas tua ftabilis manebit vnà cum cælo: perpetuo igitur laudandus, quum perpetuo tibi confles, ac verax fis in tuis promiβionibus.* 4 'Percuffi כרתי pepigi. *Subaudiendum verbum aliquod,Dixifti enim,*Pepigi. *Inducit Deum loquentem,atque eius promiβiones refert,quibus feipfum confirmat in fperanda liberatione, certo perfuafus,Deum effe veracem.* 5 Stabiliam אכין præparabo.confirmabo. 6 Celebrant autem,*&c.* ויודו נ'ל *Ad verbum,*Et celebrabunt,*vel,*notificabũt cæli mirabile tuũ. *Mirabile accipit pro potentia. Deus enim non vulgari modo auxiliatur fuis, fed exercet raram potentiam quũ vult eos iuuare. Et ideo fæpe patitur eos demergi vfque ad fepulchrum,quo maiore potentia eos tandem eruat.* Cælos *quidam exponũt* Angelos:*alij ipfum cælorum opificium. Verũ rectius acceperis pro Angelis & piis hominibus.* In ecclefia Sanct. בקהל קדשים in cœtu Sancti. *Plurale. repetendum,* celebrant, *fiue* celebrabũt *etiam Sancti veritatem tuã in cœtu. Vtrofque fidei & potentiæ fuæ teftes adhibet Dominus, Angelos & Sãctos, dũ Ecclefiã fuã cõferuat, ficuti bonitatẽ fuã per fingulas Ecclefiæ partes effundit, furfum & deorfũ, incipiẽs ab Angelis, & definẽs in hominibus: ita etiã Angeli & homines vno confenfu prædicant gratiam eius.* 7. In filiis Deorum? בבני אלים Filios Deorum *vocat Angelos, quòd non trahant genus ex eadem origine nobifcum, fed habent cæleftem naturam & Diuinã. Plurali* Deorum *vtitur, vt feparet ac diftinguat naturam angelicam à noftra. Repetitio eft.*

Deus qui glorificatur in concilio Sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

8 Deus terribilis in congregatione Sanctorum multa, & terribilis super omnes *qui sunt in* circuitibus eius.

Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

9 Iehoua Deus exercituũ, quis sicut tu, fortis Iah? & veritas tua *in* circuitibus tuis.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

10 Tu dominaris elationi maris: dum attollunt se fluctus eius, tu compescis eos.

Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

11 Tu confregisti tanquã vulneratum, AEgyptũ: in brachio fortitudinis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem & Mare tu creasti.

12 Tui sunt cæli, etiam tua est terra: orbem & plenitudinem eius tu fundasti: Gene.1.a.1

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt:

13 Aquilonem & Meridiem tu creasti: Thabor & Hermon in nomine tuo exultant.

8 Terribilis נערץ plurimum formidandus. metuẽdus. Circuitus Dei *vocat Angelos qui solium* Dei *circundant. dicitque Deũ metui valde in cõgregatione Sanctorum, hoc est Sanctos illũ revereri, & evehere supra ipsos Angelos, Deo relinquentes suum honorem integrũ, nihil Angelis tribuẽdo. Refulget quidẽ gloria Dei in Angelis, sed soli Deo gloria tribuitur à Sanctis.* 9 Circuitibus tuis. סביבותיך circuitus tui *sunt.* Veritatẽ Dei *vocat promissum eius auxilium quod affert suis Sanctis qui sunt in* circuitibus eius. *vel, qui sunt* circuitus eius. *Vide Psal. 76.d.12.* 11 Tu confregisti tanquam vul. אתה דכאת כחלל Tu cõtrivisti ceu interemptum. *sub. gladio, vel,* vsque ad internecionẽ. *Brachiũ fortitudinis, phrasi Hebraica significat brachium forte & robustum.* 12 Fundasti: יסדתם *Ad verbũ,* fundasti eos. *Redundat pronomen: nisi vertas,* orbis & plenitudo eius: tu fundasti ea. *nempe calũ, terrã & plenitudinẽ eorũ.* 13 Et meridiem וימין *Ad verbum, & dextram. i. Meridiem, quòd versis ad Orientem, fit Meridies ad dextrã.* Thabor *mõs est in* Occidente, Hermon *in* Oriente: *vnde pro illis partibus accepit Chaldæus paraph. Præcedẽti versu dixit totum mundũ subesse imperio* Dei, *quia ab ipso creatus est: isto autẽ versu confirmat eandẽ sententiã: acsi diceret,* Domine, *tu creasti omnes mundi partes, quas necesse est sustineri tua virtute.* Exultant. ירננו *Fut. Heb. pro præs.*

Dominus omnium in omni æquitate gubernator.

In quo consistat summa beatitudo ac fælicitas populi Dei.

Tibi *est* brachium cum forti- 14
tudine: 'robusta est manus tua,
exaltata est dextera tua.
Iustitia & iudicium 'basis so- 15
lii tui : misericordia & veritas
'præcedunt faciem tuam.
Beatus populus' qui scit iu- 16
bilationem : Iehoua in lumine
vultus tui ambulabunt.
In nomine tuo exultabunt o- 17
mni die, & in iustitia tua ' exal-
tabunt se:
Quoniã gloria fortitudinis 18
eorum es, '& in voluntate tua
exaltantur cornua nostra:
Quia' Iehouæ *est* clypeus no- 19
ster, & Sancto Iisraelis Rex
noster.

brachiũ tuum cũ potentia. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua : iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Misericordia & veritas præcedent faciẽ tuam: beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur: Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum: Quia Domini est assumptio nostra, & Sancti Israel Regis nostri.

14 Robusta est, &c. 'תעז ידך ונו *Istud declarat priorẽ versus partẽ. Quidam vertunt*, roboras manum tuam , attollis dexteram tuam. *Alij in imperat.* robora manum tuam, & eleua dexteram tuam.

15 Basis מכון habitaculum, *id est, locus paratus solio tuo.* A*lludit ad* R*egum insignia, vel pompas: habent solium, vt emineant supra alios: deinde habent apparitores.* D*icit autem* D*eum non auro, nec gemmis, nec purpura, nec diademate, nec aliis insignibus ostendere suam magnitudinẽ, sed velle esse conspicuum in iustitia, in veritate, in iudicio, & clementia.*

Præcedunt יקדמו F*ut.* H*eb.* præuenient.

16 Qui scit iubilationẽ: יודעי תרועה *.i. quem tu singulari isto bono re dignatus es vt sentiat tuam bonitatem & gratiam, virtutem & iustitiam tuam agnoscat, vt te celebret postea.*

17 Exaltabunt se: ירומו exaltabuntur. attollentur.

18 Et in voluntate tua, &c. וברצונך תרים קרנינו & pro beneuolentia tua exaltabis cornua nostra. *i. vires nostras, nostram authoritatem, imperiũmque nostrum. id enim hîc significat* C*ornu* H*ebræis.*

19 Iehouæ est clypeus no. ליהוה מגננו à Iehoua est protectio nostra. A*nteced. pro relat. q. d. à te habemus qui nos protegat & regat, nempe* R*egem.* M*etaphoricè* clypeum *vocat* R*egem, quoniam sub* R*egũ præsidio viuit totus populus.* E*st autem* H*ebraismus,* Iehouæ est clypeus noster: *vel* clypeus, *siue* Rex qui nobis præfectus est Domino, *hoc est,* Rex *noster nõ seipsum vltro creauit, sed* D*ominus detulit illi hoc munus.* S*equẽti particula versus seipsum declarat, dicẽs* Regẽ, *quẽ vocauerat* clypeũ.

Tunc loquutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de plebe mea.

20 Tunc loquutus es in visione misericordi tuo, & dixisti, Posui adiutoriũ super potentem, exaltaui electum de populo.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum:

21 Inueni Dauid seruũ meum, oleo sanctitatis meæ vnxi eum:

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confirmabit eum.

22 Cum quo manus mea stabilis erit, etiam brachium meum roborabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

23 Non exiget inimicus ab eo, & filius iniquitatis non affliget eum.

Et cõcidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

24 Nam conteram à facie eius hostes eius, & odio habentes eũ percutiam.

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

25 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Promißiones Dauidi factæ de ipsius regno super Israel, eiusq; tranquillitate: de quo multa 2. Samu. 7. a. 8: ex cuius semine descendit Christus Rex sempiternus, vt Lucas narrat cap. 1. c. 32. 1. Samu. 16. e. 13. act. 13. d. 32

20 Tunc אז *pro Olim accipitur.* Misericordi tuo, לחסידך sancto tuo. i. *Samueli. Ex doctoribus Hebræorũ alter legit in plurali,* לחסידיך misericordibus tuis. *vel,* sanctis tuis. *atque ita præter Samuelem alij fuerunt testes quòd Dauid esset à Deo creatus Rex.* Adiutoriũ, &c. עזר על גבור auxilium in potente. *Hebraismus est, pro Constitui fortem quendam qui futurus est auxilio populo meo. Dauid non pollebat aliquâ propria fortitudine, antequam creatus esset Rex, sed simul ac creatus fuit Rex, Dominus instruxit eum necessariis virtutibus ad gubernandũ. Hanc autem loquutionem,* Posui adiutorium super potentem, *sic quidam resoluunt,* Ego Danidem *constitui adiutorem super populum, vt sit fortis. q. d.* Ego *auxilio meo tegam & sustinebo Danidem, vt fretus virtute mea, sufficiat ad gubernandum populum, ad hostes repellendos, & pacẽ tuendam.* 21 Sanctitatis meæ קדשי *Hebraismus, pro, sancto meo.* 22 Cum quo manus mea stabilis erit, &c. אשר ידי תכון עמו i. *firma & perpetua erit. q. d. nunquã destituam eum auxilio meo. Alij vertunt,* Ideo manus mea, &c. 23 Non exiget inimicus ab eo, לא ישיא אויב בו *sub.* tributa, *tanquam exactor, aut fœnerator. à verbo* נשא. *Quidam vertunt,* Non violẽtus esse poterit contra eum hostis. *Alij,* Non seducet eum inimicus. non imponet ei hostis. *à* נשא. 24 Nã conteram וכתותי *Ad verbum,* Et contundam. *vel,* concertiam. 25 Cornu eius. קרנו Cornu, *hoc loco, vt & aliis locis, pro gloria accipitur. Aget igitur Dauid cum suis successoribus, suos triumphos in nomine meo.*

26 ʺEt ponam in mari manum eius,& in fluminibus dexteram eius.

Et ponam in mari manũ eius, & in fluminibus dexteram eius.

27 Ipse inuocabit me,Pater meʹ es , Deus meus, & ʹrupes salutis meæ.

Ipse inuocabit me, Pater meᵒ es tu, Deus meus, & susceptor salutis meæ.

28 Etiam egoʹprimogenitũ ponam eum,& ʺexcelsiorem Regibus terræ.

Et ego primogenitum ponam illum , excelsum præ Regibus terræ.

29 In seculum custodiam ei misericordiam meam , & pactum meum firmum erit ipsi.

In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamẽtum meum fidele ipsi.

30 Et ponam in seculum semen eius,& thronum eiusʹsicut dies cæli.

Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.

2.Samu.7.b.14

31 |Si dereliquerint filii eius Legem meam , & in iudiciis meis non ambulauerint:

Si autem dereliquerint filij eius Legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint:

32 Si statuta mea profanauerint, & præcepta mea non custodierint:

Si iustitias meas profanauerint , & mandata mea non custodierint:

33 ʺTunc visitabo virga præuaricationem eorum,& plagis iniquitatem eorum.

Visitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum.

26 Et ponam,&c. ושמתי בים ידו .i.*subijciam potentiæ eius mare, & flumina imperio eius, multo magis terram illis minorem. Vel, protendam potestatem eius vsque ad mare. Laudat regnũ Dauidis ab amplitudine.*

27 Rupes salutis meæ. צור ישועתי rupes opis meæ. *Quidam,* firma salus mea.*i.auxilium meum insuperabile.*

28 Primogenitum בכור primogenitum *dicit* Dauidem , *non in sua persona , sed quatenus gerit figuram* Christi. Excelsiorẽ Regibus עליון למלכי *Hic* ל *habet vim cõparandi, acsi dixisset* ממלכי. *vel vt exponit doctus inter* Hebræos, על כל מלכי *q.d. excelsus super oẽs* Reges terræ.

30 Sicut dies cæli. כימי שמים Per dies cæli *intelligit ætatem regni cælestis. neque enim de cælis intelligit, qui etiam sunt corruptibiles . Est autem ætas illa perpetua : quia non numeratur per annos vel secula, sed est quiddam perpetuum quod initio caruit, nec etiam finem habet.*

33 Tunc visitabo ופקדתי *Ad verbum,* Et visitabo. Et *pro* Tunc.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque decipiam in veritate mea:

34 Misericordiam autẽ meam
non auferam ab eo, 'neque men
tiar in veritatem meam:

Neque profanabo testamentũ meum, & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita.

35 Nõ profanabo pactũ meum,
'& quod egressum est de labiis
meis non mutabo.

Semel iuraui in Sancto meo, Si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit,

36 Semel iuraui 'per Sanctitatẽ
meam, Si Dauidi mentiar:

Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.

37 |Semen eius in seculum erit, 2.Samu.7.d.16 iohan.12.e.34
& thronus eius sicut sol coram
me:

38 Sicut luna stabilietur in secu-
lum, |'& testis *est* in cælo fidelis. Apoc.1.a.5, & 3.a.5
ↄSélah.

Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum.

39 Tu verò 'repulisti, & spreuisti,
iratus es contra Christum tuum.

Euertisti testamentũ serui tui: profanasti in terra

40 'Abiecisti pactum serui tui:
'profanasti *proiiciendo* in terram

Cõqueritur deplorãs maxima dissipationem ac ruinam regni Dauidis, adeo vt videatur Deus non seruasse promissum suum.

34 Neque mentiar, &c. ולא אשקר באמונתי *.i. neque fallam fidem meam.* 35 Et quod, &c. ומוצא שפתי Ad *verbum*, & egressum labiorum meorum. *i. sermonẽ non mutabo. vel, non retractabo quod pollicitus sum.* 36 Per Sanctitatẽ meam, בקדשי *Plus exprimit quum dicit*, Per Sanctitatem meam, *quàm si diceret*, Per *meipsum. hac enim loquendi forma commendat nobis gloriam suam. acsi diceret*, Ego *quum per me iuro, habeo fontem sanctitatis & veritatis. Agnoscite igitur quantum pondus habeat hoc iusiurandum quod fundatũ est in mea sanctitate. Et quia* Sanctitas Dei *sæpe accipitur pro templo, posset etiam exponi quòd* Deus *iurauerit per* Sanctuariũ. *neque propterea extra seipsum iurat, quum meminit* Sanctuarij: *quia in ipso habitat: acsi diceret*, Ego *iuro per me: & quia videor procul abesse à vobis, ego propono domiciliũ in quo residet maiestas mea.* 38 Et testis, &c. ועד בשחק נאמן quæ testis est in æthere certus. *nẽpe durationis illius regni. (ו pro relatiuo. vt* Ezech. 10. b. 7.) *i. q. d. quandiu sol & luna in cælo fulgebunt, erunt mihi testes quòd solium hoc* Dauidis *nunquam concidet.*

39 Repulisti, & spreuisti, זנחת ותמאס execratus es, & auersatus es. vel, repudiasti. 40 Abiecisti נארתה Destruxisti. Dissipasti. Dissoluisti. Profanasti חללת *Profanari dicitur quod subijcitur ludibrio & probro.* O*pponitur enim hæc profanatio gloriæ & dignitati. Quia ergo cõtemptibile erat diadema, imò etiam erat expositum ad omnes contumelias, dicit profanatum fuisse diadema illud.*

diadema eius.

sanctuarium eius.

Rupisti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius "contritionem.

41 *Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem.*

Diripuerũt eũ omnes transeuntes per viam, opprobriũ est vicinis suis.

42 *Diripuerunt eum omnes transeũtes viam: factus est opprobrium vicinus suis.*

Exaltasti dexteram hostium eius, exhilarasti omnes inimicos eius.

43 *Exaltasti dexteram inimicorum eius: lætificasti omnes inimicos eius.*

Etiam retudisti aciem gladii eius, & non "sublevasti eum in prælio.

44 *Auertisti adiutoriũ gladij eius: & nõ es auxiliatus ei in bello.*

"Cessare fecisti splendorem eius, & solium eius in terrã deiecisti.

45 *Destruxisti eum ab emũdatione: & sedem eius in terram collisisti.*

"Abbreuiasti dies adolescentiæ eius, operuisti eum "pudore. Selah.

46 *Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.*

Summo animi angore orat vt suis afflictionibus liberetur, cognita præsertim breuitate vitæ humanæ, proponens Deo, ipsius promissiones

Vsquequo Iehoua abscondes te "in seculum, exardescet sicut ignis ira tua?

47 *Vsquequo Domine auertis in finẽ: exardescet sicut ignis ira tua?*

Memento "ego quid sim,

48 *Memorare quæ mea sub-*

41 Contritionem. מחתה terrorẽ. *vel*, formidinem. *Hebraismus, pro, fecisti vt propugnacula eius regni contererentur. vel, vt in propugnaculis regni formidarent milites Dauidis.*

44 Subleuasti eum הקמות exaltasti. *Vel*, reddidisti stabilem. *id est fecisti vt non staret, vel consisteret. Quidam*, superiorem fecisti.

45 Cessare fecisti splendorem eius, השבת מטהרו extinxisti nitorem eius. elegantiam eius. *id est splendore regio eum priuasti.*

46 Abbreuiasti הקצרת Præcidisti. Minuisti. *i. Fecisti vt regnum senesceret, ac tandem deficeret, priusquam veniret ad maturam conditionem: quemadmodum iuuenis abripitur in ipsa adolescentia, violenta morte antequam maturus sit.* Pudore. בושה ignominia.

47 In seculum, לנצח Vsquequo in seculum, *vel* perpetuò, *loquutio Hebræis frequens, de qua Psal. 79. b. 5.* 48 Ego quid sim, quod tempus: אני מה חלד *Ad verbum*, ego quid tempus. *Dictio* מה *repeti debet, & retrahi ad præcedens, vt loquuntur Hebræi: ideo vertendũ,* Memento quid ego *sim & quod* tẽpus. *i. quàm fragilis, & quàm bre-*

nis vitæ in hoc mundo.Quibusdã redundat זכר Memineris quod sit tẽpus *vitæ meæ.i.quàm longum, aut quãtulum futurũ sit,nisi redeas mecum in gratiam.Alij vertunt*,quantuli æui sim. *Alij*,ego quanti æui. *aut*,cuius æui sim.*i.quàm breue sit vitæ nostræ spatium.* *Alij*,quãtuli temporis ego sim.*Vide aliquid simile & Psal.39, versu quinto,de breuitate vitæ,vbi eadem ferè verba leguntur.*

stantia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?

Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine.sicut iurasti Dauid in veritate tua?

quod tẽpus: propter quid frustra ″creaueris omnes filios hominum?

49 Quis vir viuet,& nõ videbit mortem, eruet animam suã ″de manu sepulchri?ↄSélah.

50 Vbinam sunt misericordiæ tuæ ″antiquæ Domine, ‖*quas* iurasti Dauidi ″in veritate tua? 2.Samn.7.b.11

Creaueris בראת *Ad verbum*,creasti. *quod ita resolui debet vt noster interpres*,cur frustra creasses? *Deus in hunc finẽ homines creauit vt illos tractet in terra quasi filios suos,& se patrẽ illis exhibeat,liberaliter tanquã cum suis filiis agendo.Quòd si assiduè crucientur, neque sentiant vel minimum aliquod signum gratiæ Dei, videntur sibi frustra creati. Propterea dicit hic Propheta, Vide Domine quot & quantis malis obruamur, & quibus etiã succumbimus,parũq; abest quin detrudamur ad sepulchrum.scis quàm breue sit vitæ nostræ spatium,& quàm citò effluat vita ista:nisi acceleres nobis benefacere,vt sentiamus paternum tuum fauorem,non erit postea opportunum:nam actum est de nobis. nisi fortè mortuis benefacere velis. Frustra autem creaueris,si non præstes nobis id propter quod nos creasti, nempe vt nos tanquam filios tractes. Hìc non loquuntur fideles ex sensu mentis tranquillæ & pacatæ,sed habẽt aliquid turbulentũ in hac querimonia:nã perinde loquuntur acsi prorsus oppressi essent malis,neq; vlla esset auxilij spes. nõ prospiciunt quæ longius abscõdita sunt, spiritualem nempe illam vitam, quia non possunt primo momento penetrare in cælum.* 49 De manu מיד *.i.de potestate. Repetit quod iam dixerat*, & non videbit mortẽ:*sed aliis verbis. nam Non videre mortem, & Erui de potestate sepulchri, idem significant, hoc est,non mori. Explicatio autem est præcedentis sententiæ,Frustra creatos esse homines, nisi Deus maturet se illis esse patrem, liberando eos è tantis ærumnis.Nam breuis est eorum vita & caduca: mors claudit ianuam,ita vt non possint amplius percipere gustũ vllum quo deducantur ad spem vitæ æternæ,dum peregrinantur in hoc mundo:nisi eripiantur à præsenti morte quæ illis imminet à tam multis afflictionibus.*

50 Antiquæ הראשנים priores. pristinæ. In veritate tua? באמונתך per fidem tuam. *id est fidelis. His verbis sese confirmant,nõ insimulant Deum mendacij, neque ei obmurmurant quasi dubitent de eius*

fide, sed potius luctantur cōtra tētationem quæ ipsos vrget quum dicunt, Quicquid sit, tamen fidelis es, & iurasti: solennéque est illud pactum.

Recordare Domine opprobrii seruorū tuorum, quod "fero in sinu meo, *opprobrii* omniū "fortium populorum:

51 *Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum quod continui in sinu meo, multarum gentium:*

"Quia probris affecerūt inimici tui Iehoua, quia probris affecerunt vestigia Christi tui.

52 *Quòd exprobrauerūt inimici tui Domine, quòd exprobrauerunt commutationem Christi tui.*

Benedictus Iehouáh in seculum. "Amen & amen.

53 *Benedictus Dominus in æternum. Fiat fiat.*

51 Fero שאתי *Ad verbū*, ferre meū, *&c. i. quod patientißimè fero. Quidam istā versus partē sic vertunt, nihil subaudientes*, sustinui in sinu meo omnia fortium [*vel*, multorum] populorum. *q. d Quicquid probrorum excogitari potuit, sustinuimus, nō ab vno vel altero homine, vel à paucis, sed ab ingenti hominum multitudine, imò à multis, vel fortibus populis. Mutauit numerū*, Sustinui: *quod ad emphasim valet, vt magis afficeret & animaret fideles ad serio precandū. q. d. Domine, vnusquisque nostrū sustinuit, &c.* Fortium רבים multorum. magnorum, *id est quo probris me afficiunt populi multi ac robusti.* 52 Quia probris affecerunt. *&c.* אשר חרפו אויביך יהוה אשר חרפו עקבות משיחך Quod opprobrarunt inimici tui Iehoua, quod opprobrarunt calcibus Christi tui. *i. moræ quam facit Christus tuus. Chaldæus paraphr.* quo exprobrauerunt tarditatem vestigiorum Messiæ tui. *quasi nunquā venturi. Per* calces, *Hebræi significant aduentum, vt etiam per pedes, vt Iesa. 52. b. 7, Quàm speciosi pedes annuntiantium pacem. id est quàm optabilis est eorum aduentus qui veram fœlicitatem afferunt.* Exprobrauerunt *igitur* calcibus Christi, *hoc est, deluserunt Christi aduentū. Videbant Iudæos teneri suspensos fiducia redemptoris, ac promißione aduentus Christi, qui promissus erat illis in suis miseriis liberator. Christum antē liberatorē non aduenire, sed magis ac magis illos opprimi: propterea irridebant illis, & petulanter eos subsannabāt, Vbi est ille redemptor vester? Videtis vos hîc putrescere quasi in sepulchro, interea lactatis vos inani spe & fiducia.* 53 Amen & amē. אמן ואמן *Voces Hebrææ quæ significant*, Veritas est, veritas est. *q. d. Certißimé eueniet quod dixi. Quidam Hebræorum dicunt versiculum istum addi solere fini librorum ab Hebræis grammaticis, siue scriptoribus. Alij dicūt fuisse additum à scriba, quòd auxiliatus esset ei Deus in describendo libro: vt sæpe fit à Latinis, qui in fine librorum addunt, Laus Deo, Gloria Deo, & similia. Alij volunt fuisse verba cantoris qui per Spiritū viderit reditū Israelis de captiuitate, & salutē Meßiæ breui venturi: propter quod Deū laudauerit. Rectius sentire videntur qui eiusdem Prophetæ qui Psalmum composuit, verba esse censent, qui vt à laude Dei Psalmum exorsus est, & præfatione*

illa consulto vsus, quòd vellet liberius effundere multas querimonias: ita etiam nunc Psalmum claudit Dei laude. acsi dicerent fideles, Domine, nos quidem liberè conquesti sumus apud te, & visi sumus expostulare tecum: sed non hoc fecimus quòd velimus tibi obstrepere vel excutere iugum tuum, vel quòd velimus minus reuerenter sentire de fide, gratia, & virtute tua: tu sis benedictus, etiamsi durius nos affligas.

LXXXIX.		XC.	
Oratio Moysi hominis Dei.	1	¶ Oratio ipsi' Mo'schéh viri Dei.	
Domine, refugium tu factus es nobis in generatione & generatione.		Domine habitaculum tu fuisti nobis in generatione & generatione.	*Deus perpetuum fideliũ refugium, sicut ipse æternus est.*
Priusquam montes fierẽt, & formaretur terra, & orbis, à seculo & vsque in seculum tu es Deus.	2	Priusquam montes nascerẽtur, & formares terram & orbẽ, & à seculo & vsque in seculum tu es Deus.	
Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, Cõuertimini filii hominum.	3	'Conuertis hominem vsque ad contritionem, & dicis, Reuertimini filii hominum.	*Queritur de breuitate ac miseria vitæ præsentis.*
Quoniam mille anni ante oculos tuos, tãquam dies hesterna quæ præteriit, & custodia in nocte:	4	Quoniã mille anni in oculis tuis tanquã dies hesternus quũ transierit, '& custodia in nocte:	
Quæ pro nihilo habentur,	5	'Inundas eos, *ut* somnus sunt:	

IN PSALMVM XC.

1 Habitaculum מעון refugium. *Alij*, habitaculum refugii. *q. d. Licet simus peregrini, nec appareat certa sedes vbi quiescamus tanquam in patria: tu tamen Domine, quocunque nos ducas, eris habitatio nostra sicut fuisti patribus nostris: degemus sub tuo præsidio, & latebimus sub alis tuis per continuas ætates. Generationem & generationẽ dicit, quia diuturna fuerat illa peregrinatio, non paucorum annorum.*

3 Conuertis hominem vsque ad contr. תשב אנוש עד דכא Reducis hominem donec sit contritus. *Vel*, vsque ad rem minutissimam *.i. in puluerem in quem tu reuerti facis eum. q. d. Scis quàm nihilum sit hominis tempus: tu autem mille annos non pluris facis, quàm homo diem vnum.* Intelligit *Moses vitam humanam similem esse gyro, veluti si Dominus versaret nos per gyrum & breuem circuitum, & statim nos ad se colligeret.* 4 Et custodia in nocte: ואשמורה בלילה & vigilia in nocte. *Vigiliam ponit vt magis extenuet adhuc quod dixerat de die hesterno. Tu (inquit) nõ pluris facis* (id significat in oculis tuis) *mille annos quàm vigiliam vnam noctis quæ tribus tantùm horis constat.*

5 Inundas eos, זרמתם *Præt. Heb. pro præs. i.* Facis *ceu impetu quodã ruere eos.* Vel, *Facies instar nihi illos diffluere.* Aut, *Quasi immissa*

inũdatione ſubito rapis eos de mũdo,& velut ſomniũ tradũtur obliuioni.

mane ſicut herba,"vires accipit,
Mane floret,"& vires accipit: 6
veſperi exciditur,& ſiccatur:
Quia "cõſumimur in furore 7
"tuo,& in ira tua terremur.
Poſuiſti iniquitates noſtras 8
coram te,"errores noſtros in lu-
mine vultus tui.
Quoniam omnes dies noſtri 9
tranſierunt propter iram tuam,
"conſumpſimus annos noſtros
"tanquam ſermonem.
Dies annorum noſtrorum 10
"quibus *viuimus*, ſeptuaginta an-
ni:& ſi"in fortitudinib' *ſit*,octo-
ginta anni:"ac fortitudo eorum
"peruerſitas & iniquitas:quoniã

Breuitas huius vitæ eſt pœna peccatorum noſtrorum.

eorum anni erunt.
Mane ſicut herba trãſeat, mane floreat & tranſeat: veſpere decidat,induret,& areſcat:
Quia defecim' in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.
Poſuiſti iniquitates noſtras in cõſpectu tuo: ſeculũ noſtrũ in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies noſtri defecerũt:& in ira tua defecimus.
Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur:dies annorũ noſtrorum in ipſis ,ſeptuaginta anni.
Si autẽ in potentatib',octoginta anni : & amplius eorum,labor & dolor.
Quoniam ſuperuenit

Vires accipit, יַחֲלֹף roboratur. *Fut.* Heb. *pro præſ.* Alij, tranſit. *vel* præterit. *ſub. homo:* Alij, exciditur. *Mutat numerũ, quòd de vnoquoque loquatur, aut quod pars hominũ mori ſoleat in iuuentute. Quidam referunt ad herbam, vertentes,* quaſi herba *quæ* mutatur. 6 Et vires accipit. וְחָלָף & creſcit. roboratur. *Idem verbum quod in fine præcedẽtis verſus.* 7 Conſumimur. כָּלִינוּ deficimus. 8 Errores noſtros עֲלֻמֵנוּ abſconditũ[*ſiue* occultũ noſtrũ. *i. peccata quæ putamus ſecreta eſſe.* Alij. adoleſcentias noſtras. *i. commiſſa in adoleſcentia. Dicit Deum admouere lumen vultus ſui, vt in medium protrahat quæ homines occultant per hypocriſin.* 9 Conſumpſimus כִּלִּינוּ *Præt. Heb. pro præſ. vt quidam vertunt,* conſumimus. Tanquã ſermonem. כְּמוֹ הֶגֶה inſtar loquutionis. ceu ſermonem, *qui ſcilicet tantũ eſt dum fit: ſimulac vox proferri cœpit, in aerem ipſa ſponte euaneſcit vt in ea nihil ſit firmũ. q. d. dicto citius.* 10 Quibus *viuimus*, ſeptuaginta anni: בָּהֶם שִׁבְעִים שָׁנָה Ad *verbum*, in ipſis, ſeptuaginta anni. *i. ſeptuaginta anni ſunt in ipſis diebus. Quidã vertunt,* Anni noſtri qui in ipſis diebus ſunt, ſeptuaginta ſũt anni. *i. in diebus annorum noſtrorum ſunt* L X X *anni.* In fortitudinibus בִּגְבוּרֹת *ſub. ſit natura noſtra. i. ſi viuaciores ſimus. Quidã,* in viribus maioribus. Ac fortitudo eo. וְרָהְבָּם & ſuperbia eorum. *Vel,* robur[vigor, *ſiue* fœlicitas] eorũ, *ſub. annorũ in qua ſuperbire ſolem'. q. d. & vt fœliciſſimè viuamus, dies illi ſunt ærumna & vanitas.* Alij, taliũ ſuperbia. Alij, & faſtus illorũ.

Peruerſitas, & iniquitas: עָמָל וָאָוֶן labor *eſt* & moleſtia. Alij, moleſtia & ærumna. *Vel,* ærumna & calamitas.

mãſuetudo, & corripiemur.

Quis nouit poteſtatẽ iræ tuæ, & præ timore tuo irã tuam dinumerare?

Dexteram tuam ſic notã fac, & eruditos corde in ſapientia.

Cõuertere Domine, vſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.

recedit citó, & auolamus.

11 Quis cognoſcit vim iræ tuæ. & vt timor tuus, ira tua.

12 Vt numeremus dies noſtros, ſic ſcire fac *nos*, & adducemus *in* cor ſapientiam.

13 Reuertere Iehoua, vſquequo? & placare ſuper ſeruos tuos.

14 Satia nos mane miſericordia tua, & exultabimus, ac lætabimur omnibus diebus noſtris.

Orat Dominũ vt meditatio huius vitæ breuis ſerui at ei ad ſapientiam.

Recedit גז abit. præterit. reſecatur. *ſub. ſuperbia illa. Præt. Heb. pro præſ.* 11 Et vt timor, *&c.* וכיראתך עברתך quantum enim quis te timet, *tanta eſt* indignatio tua. *Alij*, & ſicut timor tui, *feruens* ira tua. *Alij paraphraſticè*, vt te quique timẽt, ita in eos indignatio tua. *Alij*, quum timor tui *ſit* indignatio tua. *hoc eſt, quum videaris in tuos pro eo quòd te colunt & timent, indignari. q. d. Quis habet perſpectum modum iræ tuæ? nullus: nam quo quis eſt religioſior, eo in eum ira tua videtur eſſe atrocior. Id ſignificat, ſecũdum timorem tui, iratum te oſtendis. Alij exponunt, Sola tui reuerentia facis ſentire iram tuã. Qui verè Deum colunt: & ex animo illũ reuerentur, illi apprehendunt iram eius. Qui autem Deũ non timet, ille ſtupidus manet, etiãſi Dominus ipſum varijs modis affligat.* 12 Vt numeremus, *&c.* למנות ימינו כן הודע ונביא לבב חכמה Aduerbium כן s i c, *reuocari debet ad principiũ verſus, hoc modo*, Sic fac ſcire nos vt numeremus. *Hebraiſmus, pro, Sic fac intelligamus quàm breui temporis ſpatio ſimus victuri, ac ita reddemur ſapiẽtiores, cautiores, & circũſpectiores. id ſignificat, Numerare annos, & Adducere cor ſapientiæ. ſiue adducere in cor ſapientiam. Quidã ſic paraphraſticè vertunt*, Vt ergo dierum noſtrorum numerum ſciamus, tu nobis planè indica, vt ſapientiæ animum intẽdamus. *Quiſquis reputat breuitatem huius vitæ, ille cor adiicit ad ſapientiã, hoc eſt ſeipſum colligit, nec eſt erraticus vt ſunt huius ſeculi homines, qui mundo addicti ſunt & præſenti vitæ, ſed præteriens in hoc mundo, patriam cæleſtem reſpicit.*

13 Et placare והנחם & conſolare. *vel* conſolationem accipe. *Aut*, pœniteat te ſeruorum tuorum. *Chald. paraph.* Et conuertere à malo quod loquutus es vt faceres ſeruis tuis. *Hebræorum quidã, ſic exponit, Et pœniteat te more filiorũ hominũ, quos pœnitet aliquid feciſſe. Conſolari ſe dicitur Deus in nobis, quum ſeſe oblectat tanquã pater in filiis, & ſumus illi quaſi in deliciis, ac ex nobis voluptates capit, quando placatus eſt nobis: quãdiu enim alienatus eſt à nobis propter peccata, nõ poteſt ſeipſum in nobis oblectare.* 14 Et exultabimus, ונרננה & ouabimus. & cantabimus.

15 Exhilara nos secundum dies *quibus* afflixisti nos, *secundum* annos *quibus* vidimus malum.

16 Conspiciatur in seruis tuis o-
pus tuum, & gloria tua super filios eorum.

17 Et sit decor Domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum dirige super nos, o-
pus inquam manuum nostrarũ dirige. XCI.

Describit in qua securitate viuat is qui omnem suam spem in Deo ponit, planéque in eius protectionem se cõiicit.

1 QVi habitat in abscondito Altissimi, in vmbra Omnipotẽtis cõmoratur

15 *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.*

16 *Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.*

17 *Et sit splẽdor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.* XC.

Laus cantici David.

1 *QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli cõmorabitur.*

15 Secundum annos, *&c:* שנות ראינו רעה *Repetitio est.* videre malũ *&* affligi, *idẽ. Doctus inter Hebræos exponit, Quemadmodũ afflixisti nos, & videre fecisti nos malum, sic nunc nos exhilara. q. d* Domine, *si perpetuus fuerit tuus iste rigor, quid nobis fiet? certè consumet nos. Ergo ostende te esse placatum, & exhilara nos, sitque aliquis gaudii successus post tam longam tristitiam.*

16 Opus tuum, פעלך *Proprium* Dei *opus est benefacere seruis suis potius quàm affligere.* Dominus *cœperat populum suum liberare. non erat autem plena liberatio, donec ingressi essent terrã promissam: imo tanquã erat obscurata redẽptio* Dei, *quũ ipse nõ absoluebat quod promiserat propterea dicit,* Appareat *opus tuũ super seruos tuos.* Et gloria tua והדרך *Gloriam, vel decus* Dei, *aut splendorem vocat quum* Deus *glorificatur propterea quòd sit beneficus erga populum suũ & misericors. Gloria* Domini *est mera eius bonitas & misericordia, de qua* Ephes. 1. *b.* 6.

17 Decor נעם *Deus, vt exprimat plusquam paternũ amorem, vult haberi pulcher, splendidus, ac nobis esse illustris dum sese beneficum erga nos demonstrat. q. d.* O*stende te erga nos beneficũ, vt sic decor tuus appareat in nobis, & sis illustris.* Dirige super nos, כוננה עלינו cõfirma in nobis. *Alij,* institue super nos. *i. fac fœliciter cedat quicquid instituerimus.* Opus inquam, *&c.* ומעשה Idem *bis dicit. q. d.* Domi*ne tuum est disponere opera nostra, quia nihil possumus rectè aggredi nisi tuo ductu: sed hoc non sufficiet, nisi pergas opera nostra disponere, hoc est nisi perpetuo & continuo tenore nos deducas vt perseueremus in tuo obsequio.*

IN PSALMVM XCI.

1 Qui habitat ישב *Ad verbum,* Habitans. Sedens. Commoratur. יתלונן *Fut. Heb. pro præs. vt quidã vertunt.* Idẽ *significant hæc duo, morari sub vmbra* Dei, *& morari in eius abdito: res prorsus similes*

notat verbis dissimilibus: significat enim, eos qui sub Dei præsidio habitāt, non esse expositos periculis, sed habere tutam arcem, & inuictum propugnaculum. q. d. Qui in abscondito, id est sub alis Dei habitat, sentiet tandem quid valeat vmbra Dei, nempe vt eximat fideles suos ab omnibus malis.

Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugiū meū, Deus meus sperabo in eum.

2 Dicā de Iehoua spe mea, & arce mea, Deo meo in quo spero:

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

3 Certè ipse eruet te de laqueo venatoris, & à peste prauitatū.

Scapulis suis obūbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

4 Alis suis teget te, & sub alis eius securus eris: scutum & clypeus veritas eius.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

5 Non timebis à timore noctis, à sagitta quæ volauerit per diē,

A sagitta volāte in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano.

6 A peste *quæ* in caligine ambulat, à peste vastante meridie.

2 Dicā de Ieh. אמור ליהוה .i. *Ausim polliceri de Iehoua, nēpe quod sequenti versu dicitur, in quo perficitur sententia. Alii, sic vertunt totū versum,* Dicā Iehouæ, spes protectio mea, & arx mea Deus meus, sperabo in ipsū. *ac præferūt versionē istā priori. neque enim (inquiūt) simpliciter fideles statuūt de ipso Deo quid illū habituri sint pro arce, & præsidio suo, sed ipsum etiam compellant dum opus est, & cōfugiunt ad ipsum in precibus suis.* 3 Certè ipse eruet te כי הוא יצילך Quòd ipse liberaturus sit te. *Sic vertunt qui versum istū præcedenti coniungunt. Alij malunt Prophetam seipsum alloqui, atque ita esse mutationē personæ,* Quia ipse liberabit te. Venatoris, יקוש aucupis. A peste prauitatum: מדבר הוות ab excidio exitiorum. *i. exitiali.*

4 Alis suis באברתו Sub penna sua. *vel,* Sub alis suis. Securus eris: תחסה defenderis. tutus eris. confides. Scutum & clypeus צנה וסוחרה pro scuto & clypeo. *i. seruabit te iuxta promissionē suā fidelem & veracem. Alij vertunt, eodem sensu,* scuto & clypeo veritate sua. *sub. teget te.* 5 A timore noctis מפחד לילה à terrore noctis. *vel,* nocturno. *i. nihil accidere poterit nocte quod te terrere possit.*

A sagitta מחץ .*i. à repentino periculo, quem non præuident & præcauent fideles.* 6 A peste מדבר Ab excidio. vastatione. *q. d. Tam diu, quàm noctu assiduè versantur homines in periculis, nec, quocūque se flectant, possunt mortē effugere: sed Dominus erit illis perpetuus defensor, idque non contra vnam mali speciem, sed contra innumeras, quoties opus fuerit.* A peste מקטב ab exterminio. à lue. *i. à peste, siue exitiali morbo qui grassatur quum calor solis est vehementissimus.*

Vastante ישוד Fut. Heb. pro præs.

7 ʼCadent à latere tuo mille, & decem millia à dextra tua: tibi *tamen*ʼ non appropinquabit.

Cadẽt à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autẽ non appropinquabit.

8 ʼTantùm oculis tuis aspicies, ʼ& retributionem impiorum videbis.

Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

9 Quoniam ʼtu *dixisti*, Iehouáh spes mea: ʼExcelsum posuisti habitaculum tuum:

Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum:

10 ʼNon accidet tibi malum: neque plaga appropinquabit tabernaculo tuo:

Non accedit ad te malũ, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo:

Angeli custodes. Matth.4.a.6 Luc.4.b.10

11 Quoniam Angelis suis mandabit de te, vt custodiãt te in omnibus viis tuis:

Quoniam Angelis suis mãdauit de te vt custodiãt te in omnibus viis tuis:

12 In manibus portabunt te, ne fortè impinguat ad lapidem pes tuus.

In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedem tuum.

13 Super leonem ʼ& basiliscum calcabis, cóculcabis catulũ leonis, & draconem.

Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

7 Cadent יפל Sing. Heb. *q.d. Videbis passim peste, & aliis malis interemptus, coram te cadere, misereque perire: at tu interim securus manebis. Quidam vertunt,* Cadant *licet* à latere, *&c.* Non appropinquabit לא יגש non pertinget. *sub. telum vllum, aut pestis. i. permanebis illæsus.* 8 Tantùm, *&c.* רק בעיניך תביט Sed oculis tuis spectabis. *Alii,* Vtique oculis tuis videbis. *q.d. Te nihil moliẽte, sed tãtùm spectante.* Et retributionem ושלמת & repensionem. *vel,* & talionem. 9 Tu *dixisti,* Iehouáh, *&c.* אתה יהוה *Sic vertunt qui istum versum sequenti iungunt, & sermonem ad pium dirigi volunt. Vel sic,* Quoniam tu Iehouam qui tutela mea est, *& est etiã* Altissimus, posuisti refugium tuum. Non accedet, *&c. Alii dirigunt sermonem partim ad* Deum, *partim ad pium, sic,* Tu Iehoua es spes mea. *Atque istud rectius videtur, vt nihil subaudiatur, & Propheta cõtinuet suũ sermonem versu secundo cœptũ,* Dicam Iehouæ, Spes mea, & arx mea. *&c. insertis aliquot versiculis, in quibus seipsũ alloquitur, interruperat.*

Excelsum posuisti, *&c.* עליון שמת מעונך *i. in* Deo *excelso. Alii referũt ad locum, vertentes,* excelsum posuisti habitaculum *refugii* tui. *Vel,* in edito loco collocasti habitationem tuam. *Seipsum denuo alloquitur.*

13 Et basiliscum ופתן & aspidem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eũ, quoniam cognouit nomen meum.

14 Quoniã me valde amat, propterea eruã eum: exaltabo eũ, quoniã cognouit nomen meũ.

Promißio Dei facta iis qui eum cognoſcunt, amant, inuocant vt liberentur.

Clamauit ad me, & exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eũ, & glorificabo eum.

15 Inuocabit me, & exaudiã eũ, cum ipſo ero in anguſtia, eruam eum, & glorificabo eum:

Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

16 Longitudine dierum ſaturabo eum, & videre faciam eum ſalutem meam.

XCI. XCII.

Pſalmus cantici in die Sabbathi.

1 ¶ Pſalmus cantici ad diem Sabbathi.

Bonum eſt cõfiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altißime:

2 Bonum eſt celebrare Iehouam, & pſallere nomini tuo Altiſſime:

Pſalmus cõpoſitus ad canendũ in die Sabbathi, exhortationem continens ad laudandum Deum.

Ad annuntiandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuã per noctem,

3 Annuntiare mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam in noctibus,

In decachordo, & pſalterio, cum cantico, in cithara:

4 Super decachordo, & ſuper nébel, cum cantico in cithara:

14 Me valde amat, כי חשק in me cõplacuit ſibi. mihi adhæſit. ardet me. vehementiſſimè amat. amplexus eſt me. *Inducit nunc Propheta Deum loquentem, qui iubet ſuos bono eſſe animo, & quaſi è cælo pronuntiat ſe nunquam paſſurum vt quicquam aduerſi accidat, ſi modo quæratur.* Exaltabo eum, אשגבהו *.i. in loco inacceſſo, aut alto ponã eum. hoc eſt, liberabo. Vbi homines verè cognouerũt Deum eſſe liberatorem, ſimul etiam in ipſo locant fiduciam ſuã, atque illum inuocant: tunc Deus exaltat & liberat inuocantem.* 16 Et videre faciam eum ואראהו & oſtendam ei. & exhibebo ei. *q. d. vita longæua donabo eũ, vt non decedat niſi plenus, & ſatur dierum: & tandem vita æterna potietur. Simplicior aliis videtur eſſe ſenſus iſte, quòd ſcilicet res verſentur in hoc mundo: vnde fit vt nihil ſit fixum vel ſtabile. alia autẽ eſt Dei conditio: nã ipſe perpetuo manet ſui ſimilis, & deſpicit è ſublimi iſtas mutationes quæ in mũdo ſubinde accidũt. Quod certe à Propheta dicitur, non tantũ vt diſcernat Deũ à creaturis, ſed vt attollat mẽtes noſtras ad verã illã æternitatẽ*

IN PSALMVM XCII.

1 Pſalmus cantici מזמור שיר *Vide Pſal. 30.* 2 Bonum eſt celebrare טוב להודות *Doctus inter Hebræos ſubaudit, dies Sabbathi, ex ſuperſcriptione pſalmi, vt legatur,* Bon⁹ *dies ſabbathi* ad celebrandũ Dominum, & *aptus* ad pſallendum. *nam (vt ait) in hoc Pſalmo affirmat Dauid Sabbathũ fuiſſe inſtitutum vt in eo laudaremus Dominum.*

4 Cum cantico עלי הגיון ſuper higaion. *nomen inſtrumenti muſici,*

nam illi præposuit עלי super *vel* ad,*quod solet instrumento musico præponi.Quidam vertunt*,super instrumento sonoro . *Vox ipsa* Hebræa *meditationem & sermonem significat.*

Lætatur in operibus Dei.

Quia exhilarasti me Iehoua 5
in operibus tuis,in operibus manuum tuarum exulto.

Quia delectasti me Domine *in factura tua : & in operibus manuum tuarum exultabo.*

Stulti non intelligunt impium florentem peritur ū.

Quàm magna sunt opera tua 6
Iehoua! valde profundæ sunt cogitationes tuæ!

Quàm magnificata sūt opera tua Domine*! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.*

Vir insipiens non cognoscit, 7
neque stultus intelligit istud:

Vir *insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.*

Quòd floreant impii sicut 8
herba,&flores emittant omnes operarii iniquitatis, vt dissipētur ipsi in æternum.

Quum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operātur iniquitatem,

Tu autem excelsus es in se- 9
culum Iehoua.

Vt *intereant in seculum seculi: tu autem* Altissimus *in æternum* Domine.

Idcirco ecce inimici tui Ie- 10
houa, idcirco ecce inimici tui peribunt, dissipabuntur omnes operarii iniquitatis.

Quoniam ecce inimici tui Domine,*quoniam ecce inimici tui peribūt:& dispergentur omnes qui operātur iniquitatem.*

5 Exulto. ארנן *Fut.Heb.*ouabo.*Ostendit,eos qui rite expendunt ac meditantur* Dei *opera,habere lætitiæ materiā.* 7 Insipiens בער stupidus. 8 Quod floreāt בפרוח *Infinitiuus*,In florere,*vel* florēdo. *Vnde quidam*, Quum floruerint impii sicut herba,atque germinauerint cuncti qui operantur iniquitatem : *fiet tandem* vt ipsi exterminentur in seculum seculi. *Alii in præsenti*, Quum florent improbi sicut herba,& progerminant cuncti operarii iniquitatis vt vastentur in sempiternum. *Alii,Quod* quum impii *sicut* herba germinent, *in hoc* floreant cuncti facinorosi,vt in perpetuum excidātur. *Idem est sensus cum eo quem transtulit noster interpres, nempe cogitationes* Dei *mire profundas, quòd impii floreant vt tandem perdantur.* Differit *enim de salute fidelium & impiorum interitu,quos stulti fœlices esse imaginātur quòd ita floreant: at non reputant illos nō ideo florere vt vigeat illorū fœlicitas,sed potius vt pereant.* Et flores emittant ויציצו & vernent.& germinent. Vt dissipentur להשמדם vt pereant. vt excidantur,*aut* vastentur. 9 Excelsus es מרום *in* sublimi.*vel in* excelso.*tanquam scilicet speculator,& curam omnium gerens.*Nihil *fato siue fortuito fieri affirmat.*

Et exaltabitur ficut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.

11 Et exaltabis ficut vnicornis cornu meum, 'confpergar oleo viridi.

Et defpexit oculus meus inimicos meos: & in infurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

12 Et videbit ocul' meus *quod uolo* in hoftibus meis: de cōfurgentib' aduerfum me, de malignātibus audient *grata* aures meæ.

Iuftus vt palma florebit: & ficut cedrus Libani multiplicabitur.

13 Iuftus vt palma florebit, ficut cedrus in Lebanón 'multiplicabitur.

Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noftri florebunt.

14 Plantati in domo Iehouæ, in atriis Dei noftri florebunt.

Adhuc multiplicabūtur in fenecta vberi, & bene patiētes erūt: vt annūtiēt

15 Adhuc fructificabūt in fenectute, 'pingues & virides erunt:

Quoniā rectus Dominus Deus nofter, & non eft iniquitas in eo.

16 Ad annuntiandū ꝙ rectus Iehouáh eft, 'fortitudo mea, neq; eft 'iniquitas in eo.

Fœlicitas profperitásque iuftorū, ac fidelium: qui in domo Domini funt plantati, vt eum laudent.

XCII.

Laus cātici ipfi Dauid in die ante Sabbathū, quando fundata eft terra.

XCIII.

Dominus regnauit, decōrem indutus eft: indutus eft Domin' for

1 Iehouáh 'regnat, 'gloriam induit: induit Iehouáh fortitu-

Exhortatio ad fideles, vt fe Domino cōmittant.

11 Confpergar, &c. בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן *Præt. Heb. pro præf. vel futuro*, Delibutus ero oleo fragranti. *aut*, vnguēto præftantiffimo. *q. d. Omnia fœlicia experiar. Alÿ retinent præteritum*, perfufus fum. *Per oleum* viride, *recens intelligitur, quod nondū vetuftate obfoleuit, vel marcidū eft. Iftis fimilitudinibus fignificat Propheta fœlices perpetuò effe pios oēs Dei cultores.* 12 In hoftibus m. בְּשׁוּרָי in infidiant. b' mihi.

13 Multiplicabitur. יִשְׂגֶּה crefcet. eminebit. diffundet fefe. *i. mirū in modum accipiet incrementum.* 15 Pingues & virides דְּשֵׁנִים וְרַעֲנַנִּים fucculenti & viuidi. *vel*, pleni vigore. *Alÿ*, florentes. *Senfus huius verfus eft, Domin' nouū robur illis fuppeditabit, ita vt poftquā vifi fuerint tendere ad interitum. deintegro renouentur: nec de curfu annorum ad interitum tendet ipforum fœlicitas: nam vegeti femper erunt. De regni Chrifti ftatu loquitur, de quo & Iefaias, cap. 61. d. 20.*

16 Fortitudo m. צוּרִי rupes [petra] mea. Iniquitas עַוְלָתָה prauitas. *Intelligit Deum nunquam officio fuo deeffe: itaque fieri non poffe quin tandem miferè perdantur impÿ.*

IN PSALMVM XCIII.

1 Regnat, מָלָךְ *Præt. Heb. pro præf. Quidam vertunt* Rex eft.
Gloriam גֵּאוּת fplendorem. decorem. celfitudinem. *Alÿ*, vefti-

y. i.

uit se. *vel*, amictus est magnificentia. *q.d. vestibus regiis ornatur: nam Rex est, continens omnia sub manu sua, siue imperio suo.* Hoc *dicit vt ipsis experimentis discamus ipsum verè regnare, atque illi subesse omnes creaturas: fortitudine quoque accinctum esse qua humanū genus seruat: quod satis nos docet huius mundi aspectus qui semper in suo statu permanet, tametsi assiduè versetur.*

dinem, accinxit se: etiam ᵃfirma-
tus est orbis, ne se moueat.
ᵇStabilitū est solium tuum ex 2
eo tempore: à seculo tu es.
ᶜExtulerunt flumina Iehoua, 3
extulerūt flumina vocē suā, ex-
tulerunt flumina ᵈfluctus suos:
Magis quàm voces aquarum 4
multarū, & ᵉfortiū fluctuū ma-
ris, fortis est in excelso Iehouáh.
Testimonia tua ᶠfidelia sunt 5

titudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ, qui non cōmouebitur.
Parata sedes tua ex tūc: à seculo tu es.
Eleuauerūt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam:
Eleuauerūt flumina fluctus suos à vocibus aquarū multarum.
Mirabiles elatiōes maris mirabilis in altis Domin⁹.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:

Verbum Dei verax.

Firmatus est יִכּוֹן *Fut. Heb. pro præt.*

2 Stabilitū est נָכוֹן Stabile. Firmum est. *Sic coniungi debent duo ista membra, Quum tu sis à seculo, soliū tuū etiam ab æterno est. Ostendit Deum semper eadem potentia & maiestate fuisse præditū qua nunc est. q.d. nihil tibi accessit.* 3 Extulerunt נָשְׂאוּ *Quibusdā præt. pro præs.* Extollunt. Fluctus suos: דָּכְיָם contritionem suam. illisionem suam. *sic vocantur* Hebraicè *fluctus à conterendo & illidendo.*

4 Fortium fluctuum, &c. אַדִּירִים מִשְׁבְּרֵי יָם אַדִּיר בַּמָּרוֹם יְהוָה admirabilibus fluctibus maris admirabilior est in excelso Iehoua. *Doctus inter* Hebræos *sic priori parti huius versus hanc coniungit*, Supra strepitus aquarum ingentium, fluctus maris admirandi vehementer: at Iehouah mirabilior est in cælo. *Vel,* Magis quàm strepitus aquarum ingentium fluctus maris sunt admirandi præ fortitudine: at Iehouáh est admirabilior in cælo. *Alij magis ad sensum* Prophetæ *accedere videntur qui vertunt,* Vocibus aquarum magnarum, terribilibus fluctibus maris, terribilior in excelso Iehoua. *Atque exponūt hoc modo,* Etiamsi *nullum aliud sit* Diuinæ *potentiæ specimen, quàm violentus & præceps aquarū decursus: deinde fluctus maris quū mota est aliqua tempestas: certè hîc* Dei *maiestas & potentia se palàm demōstrat, quemadmodum etiam in tonitru, vt* Psal. *29. a. 3, scribitur.*

5 Fidelia sunt נֶאֶמְנוּ probata [firma. certa] sunt. Testimonia Dei *vocat doctrinam.* Quum *dicit eloquia* Dei *esse vera, significat certò repositam nobis esse vitam & salutem in ea doctrina quā* Dominus *voluit promulgari per* Mosen *&* Prophetas. Deinde *quoniam ordine aliquo opus est, dicit has partes mandatas esse* Ecclesiæ *(quā* Domus, *siue* Tēpli *nomine intelligit) quæ dispensatrix esset veræ doctrinæ.* Ideo *dicit templū ornatum esse gloria, quòd* Dominus *velit verbū suum dispensari* Ecclesiæ *ministerio*

domum tuã decet sanctitudo Domine in longitudine dierum. XCIII.

Psalmus ipsi David quarta Sabbathi.

Deus vltionũ Dominus, Deus vltionum liberè egit.

Exaltare qui iudicas terrã, redde retributionẽ sup̃bis.

Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur,

Effabũtur, & loquẽtur iniquitatẽ, loquẽtur omnes qui operantur iniustitiam?

Populũ tuũ Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt.

Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt:

Et dixerunt, Non videbit Dominus: nec intelliget De⁹ Iacob.

Intelligite insipientes in populo:

valde: 'domui tuæ decora est sanctitas, Iehoua, in longitudine dierum. XCIIII.

1 Deus vltionũ Iehoua, Deus vltionum 'appare.
2 'Exaltare iudex terræ, redde 'retributionem superbis.
3 Vsquequo impii Iehoua, vsquequo impii exultabunt,
4 'Effutient, loquẽtur 'dura, extollẽt se omnes operarii iniquit
5 Populum tuum Iehoua, 'conterunt, & hæreditatem tuam affligunt:
6 Viduam & peregrinũ interficiunt, & pupillos occidunt:
7 'Et dicunt, Non videt Iah, neque intelligit Deus Iaacób.
8 Intelligite stulti in populo:

Implorat Dei auxilium aduersus impios opprimentes sanctos.

Ostendit impiis Deũ videre atq; cognoscere eorum scelera et cogitationes, vt se contineant.

Domui tuæ decora est sanctitas לביתך נאוה קדש domũ tuam ornat sanctitas. *propterea quòd Ecclesiæ demandata est, prouincia administrandi verbi Dei.* Alij, domui tuæ pulchræ sanctitas. Alij, domum tuam decet sanctitas .i. *itaque tui debent perpetuò sanctitati studere. Sensui Prophetæ magis accedit nostri interpretis versio.*

IN PSALMVM XCIIII.

1 Appare. הופיע fac te conspicuum. *Alij*, conspicuus appare. *Alij*, affulge. *i. prodi in lucem. Loquutio trita in Scripturis, quòd sancti precantur vt Deus affulgeat atque exaltetur, dũ postulant vt reipsa & manifesto effectu Deus se vindicẽ demonstret. Nã quando dissimulat, absconditus esse videtur.* 2 Exaltare הנשא Attollere. Eleua te. *i. conscende tribunal vt pœnas de impiis sumas.* Retributionem גמול mercedem. 4 Effutient, יביעו Pronuntiabunt. Ebullient. *Quidam per præsens vertunt*, Effutiunt, Loquuntur, &c.

Dura, עתק durum. *sing. pro plur.* dura. *i. superba. sub. verba.*

5 Conterunt, ידכאו opprimunt. *Futura Heb. pro præsentibus, vsque ad octauum versum.* 7 Et dicunt, ויאמרו *Fut. Heb. p̃ præs. Dicit impios eò impudentiæ prorumpere vt putent non aspici res humanas à Deo, ac perinde illum contemnere, acsi non haberet mundi curam: seipsum sequentibus verbis declarat.*

& fatui quando intelligetis?
9 An qui plantauit aurem, non audiet? an qui finxit oculũ, non videbit?
10 An qui corripit gentes, non arguet? annon docet hominem scientiam?
11 Iehouáh cognoscit cogitationes hominũ ꝙ sint vanitas.
12 Beatus vir quem erudieris ô Iah, & ex Lege tua docueris:
13 Vt quietem præstes ei à diebus malis, donec fodiatur impio fouea.
14 Certè non derelinquet Iehouáh populum suum, & hæreditatem suam non derelinquet:
15 Nam *tandem* vsque ad iustitiam reuertetur iudicium,

& stulti, aliquãdo sapite.
Qui plantauit aurẽ, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?
Qui corripit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam?
Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.
Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de Lege tua docueris eum:
Vt mitiges eum à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet:
Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium:

Quies afflictis & quare.

Iudicio impiorum facto, boni conabuntur rectè viuere.

8 Intelligetis? תשכילו prudentes eritis? sapietis?
10 Qui corripit היוסר castigat. corripere solet. Annon docet, &c. המלמד וגו' *Locum istum explicat locus Iesaiæ, 29.d.15, vbi dicit, Væ iis qui profundi sunt vt à Iehoua abscondant consilium, & sunt in tenebris opera eorum, ac dixerunt, Quis videt nos? & quinam cognoscunt nos?* 12 Erudieris תיסרנו *Quidam vertunt*, castigaueris. Rectius, erudieris: *acsi diceret, Certè Domine homines deficerent in tribulationibus, nisi essent in schola tua edocti, & à Lege tua eruditi. Nemo nostrum posset vel momentum perstare quin succumberet rebus aduersis, nisi tu Domine fulcires ipsum tuo instinctu, & interiore Spiritus tui doctrina. Postea addit, hanc sapientiã nobis proponi & patefieri in Lege: commendãs his verbis externæ doctrinæ vsum. nam si volumus patientes esse in rebus aduersis, debemus haurire ex fonte illo patientiam. Propterea dicit Paulus, Rom.15.a.4, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem Scripturarum, spem habeamus. Coniungitur versus iste sequenti.* 13 Vt quietem præstes ei להשקיט לו vt tranquillum illum reddas. vt tranquillitatem illi parias. 15 Nam *tandem* vsque ad iustitiam reuertetur iudiciũ, כי עד צדק ישוב משפט i. *Quanuis Dominus differat sua iudicia, sinátque suos diutius affligi, tandem tamen iustitia & iudicium restituentur in suum locum. hoc est ex æquitate iudicium faciet omnibus. nã populum suum è manu impiorum eripiet, & impios persequutores perdet. Hebrais-*

mus. Nonnulli Iudicium à Iustitia *separant:dicúntque* Iudicium *accipi pro mundi gubernatione: atque etiam referri ad* Dei *prouidentiam.* Re*uerti autem iudicium ad iustitiam, quando patefacit illud iudicium suo tempore.* Iudicium *verò distrahi & separari à iustitia, quando* Dominus *laxat habenas improbis, non coercet eos, sed subijcit eorum libidini bonos & miseros homines: tunc nobis videri gubernationem huius mundi esse cõfusam.* Quum *autem* Dominus *restituit res in verum ordinem, quum fideles suos liberat à faucibus impiorum, ac singulis ius reddit: tunc reuertitur iudicium ad iustitiam, hoc est tunc apparet in ipsa gubernatione æqualitas quæ omnes pias mentes placare possit.*

& qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.

ᵃ& post illã omnes recti corde.

Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatem?

16 Quis consurget pro me cõ-
tra malignantes? quis statuet se
pro me cõtra operarios iniquos?

Fidelis nullum contra impios auxilium nisi à Deo, reperit.

Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.

17 Nisi Iehouáh auxilio fuisset
mihi, ᵃbreui habitasset ᵃ*in* silen-
tio anima mea.

Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.

18 ᵃSi dicebam, ᵃMotus est pes
me⁹: misericordia tua Iehouáh
ᵃsustentauit me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

19 ᵃIn multitudine cogitationũ
mearũ in intimo meo, cõsolatio
nes tuæ lætificarũt animã meã.

Et post illã וְאַחֲרָיו *sub. iustitiã. vel,* post illud *sub. iudiciũ suspirant. aut,* post illũ. *sub.* Dominũ, *vt subintelligas,* current. i. *Dominum sequentur vbi viderint indicia eius.* Doctioribus *istud magis placet, & erit relatiuum sine antecedente.* 17 Breui כִּמְעַט Ad *verbũ,* secundũ parum. *i. propemodũ. mox. q. d.* Ego *non amplius viuerem, sed vita mea conuersa esset in mortẽ.* Hîc animã *pro vita accipit, non pro animæ substantia quæ æterna est.* In silentio דוּמָה cũ silentibus. *vt sit sing. pro plur. i. cũ mortuis.* 18 Si dicebam, אִם אָמַרְתִּי *Præt. Heb: per imperfectũ vertendũ,* Si dicebam. *vel,* Quum dicerem. Dei *bonitatem cõmendat, quòd tunc adiutus fuerit ab illo quum propriæ vitæ diffideret.* Dixeram, *inquit, siue ita statueram, de me esse actũ, & ruinam meam esse ante oculos meos, quum* Dominus *fulciuit me.* Motus est מָטָה Lapsus est. *vel per præs.* nutat. Sustentauit me יִסְעָדֵנִי *Fut. Heb. per præt. perf. vel imperf. vertendum.* sustentabat me.

19 In multitudine cogitationũ m. בְּרֹב שַׂרְעַפַּי *Hebraismus, pro,* Dũ *multa tacitus mecũ reuoluo, aut voluerẽ. nẽpe quòd nihil iniustè agas, qui sis iustus index.* Quidã *vertunt,* Pro magnitudine anxiarum cogitationũ intra me. Alij, in multitudine anxietatũ mearũ, *&c. q. d. sicuti videbas me prorsus obrutum esse anxiis cogitationibus, & multis, ita tu lætitiam in tempore suggessisti.*

Consolatio fidelis quod Deus nunquam cum impiis cōsentit, sed pium defendit, & destruit impios.

'Nūquid sociabitur tibi thro- 20
nus peruersitatum, formās ini-
quitatem pro iure?
'Congregant exercitū cōtra 21
animam iusti, & sanguinem in-
nocentem condemnant.
At Iehouáh factus est mihi 22
'pro arce, & Deus meus 'in petrā
fiduciæ meæ:
'Et reddet eis iniquitatem i- 23
psorum, '& malo eorum succī-
det eos, succīdet eos *inquam* Ie-
houáh Deus noster.

Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis dolorem in præcepto?

Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatē ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus *Deus noster.*

20 Nunquid sociabitur, &c. היחברך כסא הוות יצר עמל עלי חק Num tibi quicquam commune erit cum tribunali confractionum quod creat iniuriam cum præcepto? *vel*, de more, *siue* ex consuetudine. *q.d.* N*ihil habes commune cum tribunali iniusto, cum iudicibus improbis qui solent aliis iniuriam facere.* Alij, An verò affixum tibi erit solium prauitatum, vt fingas afflictionem pro statuto? *vel*, quod fingit molestiam ex more? R*ectius noster interpres, vt & alij quidam qui vertunt*, An sociabitur tibi solium iniquitatum, operarius molestiæ pro iure? *vel*, qui machinatur, *aut*, fingit molestiam pro iure? I*nuehitur in tyrannos, qui iuris prætextu opprimebant populum* Dei: *propterea* soliū, *siue* thronum *nominat. q.d.* A*n ille qui solium occupat* Deo *consecratum, & illud contaminat ac polluit suis iniquitatibus, habebit te sibi consentientem?* חק *significat ius, decretū, vel præceptum, & statutum ordinem.* A*n malitiæ (inquit) ipsorum subscribes, dū fabricant molestias prætextu iuris? Seipsum declarat sequenti versu.*

21 Congregant exercitum יגודו Turmatim conueniunt. Conglobant se. Concursant. F*ut.* H*eb. pro præs. aut præterito.* D*icit eos habere suum conuentum, ac si esset collectus exercitus, vt interficiant iustum,* Q*uo verbo significat se & reliquos fideles, non ab vno vel altero fuisse iniustè tractatos, sed ab ingenti copia improborum.*

22 Pro arce למשגב in refugium. In petrā fiduciæ meæ: לצור מחסי in rupem fiduciæ meæ. H*ebraismus, pro, in qua fido: siue in qua tutus & securus agam. vel vt alij*, rupem inuictam.

23 Et reddet eis וישב עליהם Et cōuertet contra eos. A*lij*, Et rependet eis. *vel*, super eos. A*lij*, Et reducet super eos. *i.* R*etorquebit in caput impiorum quicquid mali bonis intentant.* Et malo eorū succidet eos, וברעתם יצמיתם & malo suo perdet eos. Malum ipsorum *vocat quod in bonos moliuntur. q.d. illis artibus peribunt quibus iustos perdere volebant.* A*lij*, Et in malitia eorum perdet eos.

XCIIII.

Laus cãtici ipsi David.

Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro:

Præoccupemus faciem eius in confeßione, & in psalmis iubilemus ei:

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes deos:

Quia in manu eius sunt fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccã manus eius formauerunt.

Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominũ qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster,

Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.

Hodie si vocem eius audieritis,

XCV.

1 Venite, 'exultem' Iehouæ, iu
bilemus 'rupi salutis nostræ:
2 'Præoccupemus faciẽ eius cũ
laude, in canticis iubilemus ei:
3 Quoniam Deus magnus Iehouáh, & Rex magnus super omnes deos:
4 In cuius manu sunt 'ima terræ,' & fortitudines montium eius sunt:
5 Cuius est mare, & ipse fecit illud, 'siccam manus eius formauerunt.
6 Venite, 'prosternamur,' & incuruemus nos, genu flectamus coram Iehouáh factore nostro:
7 Quoniam ipse *est* Deus noster, & nos populus pascuæ eius,
'& pecus manus eius, ‖ 'hodie si vocem eius audieritis. *Heb.3.b.7*

Vehemẽs exhortatio ad laudãdum Deum maximo animo, & quare.

IN PSALMUM XCV.

1 Exultemus נרננה cantemus. ouemus. Rupi salutis nostræ: לצור ישענו petræ salutis nostræ. *Hebraismus, pro, ei qui est propugnaculum in quo tuti sumus. Quidam,* propugnatori salutis nostræ.

2 Præoccupemus fac.e. נקדמה פניו Prodeamus in cõspectũ eius.

4 Ima מחקרי inuestigationes. *i. fundamẽta.* Et fortitudines ותועפות & cacumina *i. mõtes altißimi, eius etiã sunt.* 5 Et siccã ויבשת & aridam. *i. partem illam terræ quæ aret, & aquis est vacua.*

6 Prosternamur, נשתחוה adoremus. Et incuruemus nos נכרעה *Significat caput in terrã inclinare, more eorũ qui beneficiũ accipiẽtes ab aliis, gratias agũt. Alij,* procidamus. 7 Et pecus manus e. וצאן ידו Et oues [*siue,* grex] man⁹ eius. *i. quẽ ipse manu propria regit & deducit: cuius ipsemet curã habet, non mercenarius. Hebraismus. Perinde est acsi Gallicè dicas, Le troupeau de sa cõduite.* Hodie si, &c. היום אם בקולו תשמעו *Quidam mutant secundam personam in primam, vertentes,* Si modò audierimus vocem eius, erimus grex eius. *Alij verò exponunt* אם *per Quando, vel Quum, Hodie quum vocem eius audiatis. vel, quum vocem eius auditis. Hîc (inquiunt) clarius voluit exprimere quomodo essent Iudæi populus pascuorum Dei, & grex manus eius, nempe quia*

Deus hac lege ipsos sibi adoptauerat vt familiariter ipsos deduceret. erat autem Lex quasi pedum: & certè fuit illud insigne quo testatus est Deus se esse pastorem populi sui. Dicit igitur *idcircò Deū esse pastorē populi sui, quia illum gubernat verbo suo. Alij referunt ad versum sextum,* Venite, & adoremus eum hodie. *Et* SI *pro vtinam accipiunt,*vtinam vocem eius audiatis. *Alij vocem* HODIE *non referunt ad præcedens, sed sequētibus iungunt, sic,* Vtinam hodie vocē eius audiatis. *Paulus ad Heb. 3. 9, citat hæc verba ex versione* LXX *Interpretum, qui hæc verba,* Hodie si vocem eius audieritis, *iungunt sequenti versui,* Ne obduretis, *&c. Quapropter (inquit) sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis, &c. Et vocat hodie, tempus reuelati Euangelij.*

Commonitio ad populum Dei, ne sit incredulus inobediénsque verbo Domini.

Nume. 14. d. 22
Exod. 17. a. 2. b. 7

Nume. 14. f. 34
heb. 4. a. 3

Ne obduretis cor vestrum 8 ||sicut in Meriba, ||sicut in die Massa in deserto,

In quo tentauerunt me pa- 9 tres vestri: probauerunt me, etiam viderunt opus meum.

||Quadraginta annis litigaui 10 cum generatione *hac*, & dixi, Populus errantes corde sunt, & ipsi non cognouerūt vias meas.

8 *nolite obdurare corda vestra*
Sicut in irritatione, secundum diem tentationis in deserto,
9 *Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea.*
10 *Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, Semper hi errant corde. Et ipsi non cognouerunt vias meas:*

8 Sicut in Meriba, sicut in die Masa כמריבה כיום מסה *Ita quidā vertunt qui locorum nomina esse volunt. Alij verò nomina Hebræa, tanquam appellatiua exponunt, conuertentes hoc pacto,* Sicut in disceptatione[*siue* contentione] sicut *in* die tentationis, *&c. Quidā Hebræorum scribunt nomina esse locorum duorum, quorum secundi fiat mentio in* Nume. *cap. 14. d. 22, vbi dicitur, Et tentauerūt me iam decē vicibus. primi autem in* Exodo, *cap. 17. a. 2, & b. 7. Alij, vtroque nomine vnius loci nomen significari volunt, de quo scribitur eodem loco* Exodi, *17. a. 2, vbi vtraque dictio legitur, his verbis, Cur iurgamini mecum? cur tentatis* Dominum? *Et paulò pòst, versu 7, Vocauitque nomē loci Masa, &* Meriba, *propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt* Dominum, *dicendo,* Num est Dominus *in medio nostri, annon?* 9 In quo אשר *sub. deserto.* Alij, Vbi. *Alij,* Quū tentauerunt. Etiam viderunt גם ראו *Quidam resoluunt sic particulam* גם, quum tamen vidissent opus.

10 Litigaui אקוט rixatus sum. contendi. *Alij,* molestiam passus sum à generatione. *vel,* cum tædio pertuli gentem illam.

Errantes corde תעי לבב Errantes corde *vocat quasi vecordes & insanos. acsi diceret,* Mibi *negotium est non cum hominibus præditis aliquo rationis sensu, sed potius cum bestiis. nihil enim cordis vel intelligentiæ in ipsis est.* Et ipsi non, *&c.* והם לא *Quidā hîc putāt rationem reddi quare fuerint errātes corde: nēpe quia nō cognouerunt vias eius, hoc est, attēti nō fuerint ad tot eius opera, & præcipuè ad doctrinā. Nā viarū*

nomine Deus hîc cõplectitur tam Legem & cõtinuas admonitiones quibus erudiri poterant, quàm omnia miracula quæ ediderat in ipsorum salutẽ.

vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

XCV.

Canticũ ipsi David quãdo domus ædificabatur post captiuitatem.

CAntate Domino canticum nouum, cãtate Domino omnis terra.

Cãtate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter Gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius:

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dii Gentiũ, dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificẽtia in sanctificatione eius.

11 Propterea iuraui in furore
meo, Si introibunt in requiem
meam. XCVI.

1 CAntate Iehouæ canticũ nouum, cantate Iehouæ vniuersa terra:

2 Cãtate Iehouæ, benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutem eius.

3 Narrate in Gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius:

4 Quoniam magnus Iehoua, & laudabilis valde: terribilis est super omnes Deos.

5 Quoniam omnes dii populorum idola: Iehouáh autẽ cælos fecit.

6 Fortitudo & decor coram eo: robur & gloria in sãctuario eius.

1. Paral. 16.23

Summo studio inuitat totum orbẽ ad laudandũ Deũ eiusque opera commemoranda.

Eccli. 43.d.31

11 Propterea אשר Quibus. *Alij,* Quia. *non admodũ congruenter.* Alii *vertunt,* Tunc. Si אם *Iurandi particula aliquando Hebræis, & subaudiunt,* Hoc *vel illud mihi accidat. vel, sic & sic mihi eueniat, si introierint in regionem in qua pollicebar eis requiem*

IN PSALMVM XCVI.

2 Annuntiate בשרו Euangelizate. *sic* LXX *vt plurimum cõuertunt verbum istud.* 4 Et laudabilis valde: ומהלל מאד & laudatus plurimum. *Alij,* & plurima laude dignus. Terribilis נורא tremendus. *Per* Deos *intelligit omne numen, siue quicquid est in quo potest accipi aliqua* Deitas, *vel aliqua gloria, vt in* Angelis *refulget aliqua* Dei *maiestas. q. d. falluntur qui* Angelis *aliquam* Deitatem *affingunt, quia* Deus *supereminet, debéntque* Angeli *in ordinem cogi.*

5 Idola אלילים simulachra, *vel* vanitates. meræ nugæ. nihili.

6 Fortitudo & decor הוד והדר *Dictio* הוד robur & fortitudinẽ *significat, atque etiam gloriam: propterea quidam vertunt,* Celebritas & splẽdor [*vel* honor] corã eo *.i. ei adsunt, & illis ornatur. Verùm hîc idẽ bis dicit, quòd apud* Deum *sit fortitudo & gloria. Propterea pro eodẽ*

accipere videtur conspectum Dei & Sanctuariũ. Significat itaque Deum non posse cognosci quin splendeat in ipso & virtus & incomparabilis maiestas. Et quoniam Deus est inuisibilis, idio Propheta reuocat fideles ad Sãctuarium vbi Deus testimonium dabat suæ præsentiæ. Non potest igitur esse obscura hominibus gloria ista & fortitudo, si modò attendere velint ad conspectum Dei. quamuis enim lucem habitet inaccessam, se tamen populo suo patefecit quum voluit extare insignia suæ præsentiæ in templo, in sacrificiis, & in arca fœderis.

ªAfferte Iehouæ familiæ populorum, afferte Iehouæ gloriã & fortitudinem: 7

ªAfferte Iehouæ gloriam nominis eius, ªtollite munus, & introite atria eius. 8

ªIncuruate vos Iehouæ ªin decore Sanctitatis, pauete à facie eius vniuersa terra.

Afferte Domino patriæ Gentiũ, afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

Cõmoueatur à facie eius vniuersa terra:

7 Afferte Iehouæ, &c. glor. & fort. הבו ליהוה וגו' כבוד ועוז Date Iehouæ, &c. Hebraismus, *Date Deo gloriam, siue laudẽ fortitudinis, pro Confitemini Deum esse fortem. q. d. Afferte Deo gloriam quæ illi iure debetur: quoniam penes ipsum solum est virtus & potentia. Quũ enim tribuitur Deo quod suum est, tunc verè glorificatur à nobis. Non Iudæos solùm alloquitur, sed etiam populos omnes qui dispersi erant in toto orbe.*

8 Gloriam nominis eius, כבוד שמו decus nominis eius. *i. quæ eius propria est, & meritò illi debetur.* Alij, gloriã nomini eius *debitã. i. Glorificate Deum pro dignitate.* Tollite munus, &c. שאו מנחה ובואו לחצרותיו *Minha nõ erat victima, vel holocaustum, aut talis aliqua species, sed oblatio ex similagine & oleo: sub qua specie comprehendit sacrificia omne genus: quoniã erat solennis fidei confessio & Diuini cultus quæ quotidie edi solebat à populo, qua fatebantur se colere verum Deum. Perinde igitur est acsi dixisset Propheta, Vos gentes quas hactenus Dominus prohibuit à templi sui accessu, nunc venite, vt simul eum colatis cum populo electo: sed venite cum munere, hoc est parati ad Deum colendum.*

9 Incuruate vos השתחוו Supplicate proni. Adorate. *Vide præcedenti Psalmo, versu sexto, tria verba quibus Hebræi solẽt exprimere adorationem, inter quæ istud legitur, nempe* שחה *quod sese submittere siue demittere significat, supplicẽ esse, atque adorare* כרע *incuruare se, &* ברך *genuflectere.*

In decore Sanctitatis, בהדרת קדש in magnificentia Sanctitatis, *sub. eius.* Alij, in splendore Sacrarii eius. Alij, in magnifico & splendido Sacrario eius. *Non simpliciter dicit vt Gentes Deum adorent, sed vt adorent in Templo & in Sanctuario: acsi diceret, Gẽtes fore aliquando domesticas, & quasi familiares Dei, propterea quòd inserenda erant per fi-*

dem in vnum corpus. Et pro Sanctuario, dicit pulchritudinem Sãctuarii, vt reuerenter accedant populi ad colendum Deum, & attendant ad splẽdorem illum fortitudinis qui in Deo refulget.

dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbẽ terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebũt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

10 Dicite in Gentibus, Iehoua regnat, certe firmabitur orbis, nõ commouebitur, iudicabit populos in rectitudine.

11 Lætentur cæli, & exultet terra: tonet mare, & plenitudo eius.

12 Exultet ager, & quicquid est in eo: & tunc exultabunt omnes arbores syluæ

13 Corã Iehoua, quia venit, quoniam venit iudicare terram: iudicabit orbem in iustitia, & populos in veritate sua.

10 Regnat, מלך *Præt. Heb. pro præs. i. regnãdi gubernacula obtinet.* Firmabitur, &c. תכון תבל בל תמוט parauit orbem ne nutet. *aut,* ruat, cadat, *vel* labatur. *Quanquam ordo naturæ stabilis est, etiam vbi Deus non cognoscitur (nã increduli eodẽ pane, vino iisdẽque alimentis omnibus vtuntur quibus fideles, idem sol illis lucet, eundem spiritũ vitalem trahunt) non est tamen vera stabilitas nisi vbi Dominus regnat. Confusa enim sunt omnia vbi grassatur tenebræ infidelitatis, vbi impietas quasi diluuium, terram occupat.* In rectitudine במישרים *Ad verbum,* in rectitudinibus. *Alii,* in æquitatibus. *i. ex summa æquitate. Iudicandi verbum complectitur in se omne regimen: propterea Deum esse terræ Iudicem & Regem, prorsus idem est. Deus autem non regnat tãtum vt potentiã suam declaret, sed vt rite composita sit vita hominũ, vt vigeat inter ipsos æquitas & rectitudo.* 11 Tonet ירעם perstrepat. reboet. Et plenitudo eius. ומלאו *Hebraismus, quicquid in eo est. Exponit Psaltes Hebraismum sequenti versu, quũ dicit,* Exultet ager וכל אשר בו & quicquid in eo. 13 Iudicare לשפט vt iudicet. *Alii,* vt regat. *nam Iudicare, pro Regere ponitur: vt pauloantè dictum est: quòd Iudices eam potestatem haberent in terra Sancta, quam nunc Reges & Magistratus. Vnde Iudicum liber.* In veritate sua. באמונתו, ex fide sua, *id est fide optima. Iterum designat regnandi modum vt versu decimo. Vbi homines non reguntur Dei imperio, tunc lasciuiunt in prauis cupiditatibus, tunc dominatur iniquitas & iniustitia: vbi veritas Dei non regnat, omnia sunt plena mendaciis, & implicita tenebris.*

De regno Iesu Christi per quem Deus declarauit suam potentiam & gloriam contra Gentiles atque idololatras.

XCVII.

IEhouáh 'regnat, exultet terra, 1
lætentur 'insulæ multæ.
'Nubes & caligo in circuitu 2
eius: iustitia & iudicium 'habita
culum solii eius.
Ignis coram eo 'ambulat, & 3
exurit in circuitu hostes eius.
'Illustrant fulgura eius orbē: 4
'videt, & tremit terra.
Montes sicut cera dissoluun- 5
tur à facie Iehouæ, à facie 'Do-
mini totius terræ.
'Annuntient cæli iustitiā ei', 6
& videant omnes populi 'glo-
riam eius.

Confusio iis qui adorant imagines. Exod. 20. a. 1 leuit. 26. a. 1 deut. 5. a. 8

Pudore afficiātur omnes qui 7
seruiunt sculptilibus, 'qui iactāt

XCVI.

Huic Dauid quando terra eius restituta est ei.

Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudiciū correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.
Mōtes sicut cera fluxerūt à facie Domini, à facie Domini omnis terra.
Annūtiauerūt cæli iustitiā eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui

IN PSALMVM XCVII.

1 Regnat מלך *Præt. Heb. pro præs. vt versu 10 præcedentis Psalmi.* Insulæ multæ. איים רבים insularum multitudo.

2 Nubes, &c. ענן וגו *Symbolum Diuinæ gloriæ his verbis commorat Propheta. Deus enim quum obtegit cælum nubibus, tunc contrahit sensus nostros, ita vt cogamur metuere & trepidare. Propter incredulos hoc dicit, qui cuperent, si fieri posset, solium Dei deiicere. Atque etiam fideles tali admonitione habent opus, donec subacta carnis fiducia, seipsos coram Deo totos prosternant.* Habitaculum מכון locus. basis. *Vide 10 & 11 versum Psalmi præcedentis.* 3 Ambulat, & exurit תלך ותלהט grassatur, [*aut* vadit], & inflammat. *sub. ignis ille. Fut. Heb. pro præs.*

4 Illustrant האירו *Præt. Heb. pro præs.* Illuminant. Perfundūt lumine. *vel,* Illuxerunt fulgura eius orbi. Videt. ראתה *sub. terra.*

5 Domini אדון dominatoris. 6 Annuntient הגידו *Præterita Heb. pro præs. opt. aut indic. Quidam vertunt in præterito,* annuntiauerunt. viderunt. *Cæli linguam non habēt: sed ideo inducit eos iustitiæ Dei præcones, vt ostendat Deum nunquam regnare super nos quin iustitia eius totū mundū impleat, vt cæli elogia eius celebrent.* Gloriam eius. כבודו *Gloria Dei cōsistit in iustitia, quā cælos celebrare dixit.*

7 Qui iactant se de idolis המתהללים באלילים qui celebrant figmēta. *Vel.* qui in iis qui non sunt dii gloriantur. *Alii,* in diis vanis.

gloriãtur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius, audiuit, & lætata est Sion:
Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine:
Quoniã tu Dominus Altissimus super omnẽ terrã, nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis Dominum, odite malum, custodit Dominus animas sanctorũ suorũ, de manu peccatorũ liberauit eos.
Lux orta est iusto,

se de idolis: ‖ incuruate vos ei omnes dii.
8 Audiuit, & lætata est Siion: & exultauerũt filiæ Iehudáh propter iudicia tua Iehoua:
9 Quoniam tu Iehoua excelsus super omnem terram: valde exaltatus es super omnes deos.
10 ‖ Qui diligitis Iehouam, odio habete malum: custodit animas misericordium suorũ, è manu impiorum eruit eos.
11 Lux sata est iusto,

Hebr.1.b.6

Israelitæ audiẽtes aduentum Iesu Christi lætantur.

Exhortatio ad benè viuendum.
Amos 5.d.15
rom.12.b.15

Incurbate vos ei השתחוו לו *Imperat. Heb. Vel præt. pro præsenti,* adorant eum omnes dii. *i. qui coluntur pro diis, vt Sol, Luna, stellæ. q.d. quicquid habetur pro Deo, siue sit figmentum, siue aliquam contineat Deitatis particulam, sicuti in Angelis videmus, hoc totum cadat coram vno & vero Deo vt solus emineat.* 8 Audiuit, שמעה *sub. potentiam eius magnificam. Quanquam prius commune gaudiũ fecerat toti mundo, nunc peculiariter loquitur de electo populo, ac propriè aßignat gaudium Sioni & filiabus Iuda, quia illinc exorsus est Dominus regnum suum, & ab illo fonte defluxerunt omnes gratiæ per totum orbem. Audiuit igitur Sion iudicia Dei, hoc est Deum regnare etiam in vltimis & remotißimis terræ partibus in filio suo Iesu Christo, non in sola Iudæa.*
9 Excelsus super omnem terram: עליון על כל הארץ excelsior omnibus quæ in terra sũt. *Hebraismus. omnia ditioni tuæ subiecta sũt. Hac comparatione quam statuit inter Deum & Angelos, atque omnes potestates quæ eminent, atque excellunt, significat Deum vnum sic debere agnosci vt nihil obscuret eius gloriam, neque impediat quominus tribuamus illi quod suum est, nempe vt solus sit Deus, & penes ipsum resideat omnis maiestas.* 10 Misericordium suorum, חסידיו sanctorũ suorum. *Alij,* eorum qui sanctitati student. 11 Lux sata est אור זרוע Lux seminata est. *Lucis nomine Hebræi lætitiam significant, vel prosperum successum. Metaphora autem à tritico quod aliquãdiu sub terra latet, antequam proferat fructum: ita iusti multa patiuntur antequam lætitia fruantur, quam post mortem expectant. Aliis videtur potius hic esse sensus, nempe quòd longe latéque patebit, Dominum esse suorum custodem, neque paßurum illos semper affligi, sed tandem proferet lumen lætitiæ ipsis: atque ita proferet vt sit quasi semen longè latéque dispersum. acsi dixißet Propheta, Iusti videntur quasi eiecti esse à mundo, non audent in medium prodire, latent quasi in angulis: deinde ipsorum fœlicitas tene-*

tur quasi clausa: sed Dominus eam disperget instar seminis: atque ita huc & illuc sese proferet ipsorum fœlicitas.

"& rectis corde lætitia.

12 Lætamini iusti in Iehoua, "& confitemini memoriæ sanctitatis eius.

& rectis corde lætitia.

Lætamini iusti in Domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

XCVIII.

1 Psalmus.

CAntate Iehouæ canticũ nouum, quia mirabilia fecit: "seruauit eũ dextera eius & brachium sanctitatis eius.

Exhortatio vehemens ad laudandum Dominũ pro beneficiis quæ per Dauidem typum Christi Israeli suo contulit.

Esaiæ 52.e.19

XCVII.

1 *Psalmus ipsi Dauid.*

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit:

Liberauit eum dextera eius, & brachium sanctum eius.

2 ‖Notam fecit Iehoua "salutem suam, in oculis Gentium reuelauit iustitiam suam.

2 *Notum fecit Dominus salutare suũ: in conspectu Gẽtiũ reuelauit iustitiã suã.*

3 Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ erga domũ Iisraël: viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri.

3 *Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel:*

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Et rectis, *&c.* ולישרי לב שמחה *Repetitio atque expositio prioris. hìc enim exponit quid per lumẽ intelligeret: & quos iustos vocaret, nempe rectos corde.* 12 Et confitemini memoriæ והודו לזכר *Hebraismus, Date gloriã nomini sancto eius. q. d. referte hoc Deo acceptũ, quod salui sitis.*

IN PSALMVM XCVIII.

1 Cantate שירו *Idem est principium quod & Psalmi 96, atque etiam argumentum istius respondet prioribus: hortatur enim fideles ad canendam Deo laudem, quòd mira sint & memoratu digna eius beneficia erga Ecclesiam.* Seruauit eum, *&c.* הושיעה לו ימינו וזרוע קדשו *Ad verbum,* saluauit sibi dextera sua, & brachio sanctitatis suæ. *Quidam,* salutem operatus est sibi dextera sua. *Alii,* salutẽ parauit sibi, *&c. Hebraismum quidam sic reddũt, Opem tulit sola sua dextera, &c. Similis loquutio legitur Esa. 59. c. 16, Admiratus est quòd nemo esset qui intercederet, seruauit itaque sibi brachio suo. vel, seruauit, siue saluauit eũ, pro, salutẽ peperit ei brachiũ eius. Et cap. 63. a. 5, Admiratus sum, & nemo erat qui fulciret: seruauit itaque mihi brachium meum. vel, salutem peperit, pro, solo meo brachio opem tuli. Alii vertunt,* saluauit illi dextera eius, & brachium sanctitatis eius. *i. Christus dextera & brachium Patris, attulit salutem mũdo: Illi. i. in honorem Patris. His verbis significat Ecclesiã fuisse seruatam non humanis rationibus, nec aliquo ordine prius audito, sed præter solitam rationem & modum, ita vt emineat hæc sola Dei virtus.*

2 Salutem suam. ישועתו Salus Domini, *illa est quam Ecclesiæ suæ contulit: quæ salus ex iustitia Dei manauit. Iustitia autẽ Dei accipitur*

pro eius gratia erga fideles. Quoniam enim Deus pollicitus est se fore seruatorem suorum, iustitiam suam declarat in ipsorum salute.

Iubilate Domino omnis terra: cantate, & exultate, & psallite. 4

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce Psalmi: in tubis ductilib⁹, & voce tubæ corneæ. 5

Iubilate in conspectu Regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarũ, & qui habitãt in eo. 6 7

Flumina plaudent manu, simul montes exultabũt à conspectu Domini: quoniã venit iudicare terram. 8

Iudicabit orbem terrarũ in iustitia, & populos in æquitate. 9

XCVIII.

Psalmus ipsi Dauid.

Dominus regnauit, irascãtur populi: qui sedet super Cherubim, 1

Iubilate Iehouæ vniuersa terra: vociferate, & exultate, & psallite:

Psallite Iehouæ in cithara, in cithara & voce cantus,

In tubis classicis, & sonitu cornu, iubilate corã Rege Iehoua.

Tonet mare, & plenitudo eius: orbis, & habitantes in eo.

Flumina plaudant manu, simul montes exultent

Coram Iehoua, quia venit iudicare terram: iudicabit orbem in iustitia, & populos in rectitudine.

XCIX.

IEhoua regnat, contremiscãt populi: sedẽs *inter* Cherubim

4 Et exultate, ורננו & ouate. *vel* resonate 5 Et voce cantus, וקול זמרה & sono Psalmi. *Quidam vertunt*, citharæ vocem Psalmi iungite. 6 In tubis classicis, & sonitu cornu, בחצצרות וקול שופר In buccinis, & voce tubæ. *Alij*, In tubis, & voce buccinæ. 7 Tonet ירעם *Fut. Heb. pro imperat.* perstrepat. fremat. reboet. *Vide hæc eadem verba & Psalmo 96. c. 11.* 8 Exultent ירננו vociferentur. *Manũ tribuit fluminibus, per prosopopœiam. q. d. edant signa lætitiæ more gaudentium.* 9 Coram Iehoua, לפני יהוה *Idem versus qui & vltimus est Psalmi 96.*

IN PSALMVM XCIX.

1 Iehoua regnat יהוה מלך *Præt. Heb. pro præs. Idem principiũ Psalmi 97. Psalmus iste videtur in hoc à cæteris differre, quòd non extendit regnum Dei extra Iudææ fines: neque eius gratiã & beneficia vltra statum veteris Ecclesiæ. nam in aliis Psalmis continetur vaticinium de futuro regno. hîc autem Propheta nonnisi de populo Iudaico loquitur, quem opponit reliquis gentibus, ac docet salutem Dei quodammodo inclusam esse in posteris Abrahæ quos adoptauerat in peculium suum.*

Contremiscant ירגזו *Fut. Heb.* contremiscent. *Alij*, commoueantur. *Alij*, turbentur. *aut* expauescãt. *tunc enim omnes populi bellum gerebant contra Ecclesiam.* Sedẽs ישב habitator. *Hoc dicit, quia scriptum est* Exod. 25. c. 22, *Inde præcipiam & loquar ad te, ac de medio duorum Cherubim qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ, &c.*

'contremiſcat terra.
Iehoua in צSiión magnus *eſt*, 2
'& excelſus ſuper oēs populos.
'Celebrabunt nomen tuum 3
magnum & tremendum' *quod*
ſanctum eſt.
'Et fortitudo Regis iudicium 4
diligit:'tu apparas *omnia* ex recti
tudine, iudicium & iuſtitiam in
Iaעacob tu'feciſti.
Exaltate Iehouā Deū noſtrū, 5
& incuruate vos'ſcabello pedū

moueatur terra.
Dominus in Sion magn⁹, & excelſus ſuper omnes populos.
Confiteantur nomini tuo magno, quoniā terribile & ſanctum eſt: & honor regis iudicium diligit.
Tu paraſti directiones, iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.
Exaltate Dominum Deū noſtrū,'& adorate ſcabellū

Contremiſcat terra. תָּנוּט הָאָרֶץ *Fut. Heb.* commouebitur. terra *Alij*, agitetur. moueatur. ruat, 2 Et excelſus, &c. על כל העמים ורם הוא *Pro eodem dixit Pſal. 97. b. 9, Exelſus eſt ſuper omnem terram.* 3 Celebrabunt יודו *Quidam vertunt*, Confitebuntur nomini tuo magno & terribili. *Dupliciter poteſt accipi iſtud Confiteri nomini* Dei. *Si ad fideles referas: laudant ex animo Dominum, atque inuocant. Si ad incredulos, laudant quidem, ſed non ex animo, neque etiam lingua: ſed quia* Dominus *tenet ipſos ſub pedibus ſuis, coguntur fateri potentiam eius. De incredulis hoc loco potius fit mentio, qui quum libenter contumeliis ſacrum* Dei *nomen afficerent, coguntur tamen victi dare gloriam* Deo. V*xcat nomen* Dei *terribile, tanquam victoris, qui hoſtibus ſuis imperat, qui ipſos cogit in ordinem, quantumuis ferociter reſiſtat, aut ſaltem facere conentur.* Quod ſanctum eſt. קדוש הוא *Alij ſubandiūt coniunctionem, &* ſanctum eſt. 4 Et fortitudo' ועז Et robur. potentia *i. abeſt à tyrannide. Sūt qui vertūt*, Robur eſt Regi qui amat iudicium. *Significat* Deum *non ita eſſe terribilē quaſi iniuſtè populos affligat, ſed commendat iuſtitiam eius & æquitatem, quòd terribilis quidē ſit propter ſuam potentiam, ſed quæ coniuncta ſit æquitati & rectitudini.* Nomine *Regis*, Deū *intelligit.* Nomen *Iudicii, pro rectitudine & æquitate accipitur, vt ex mox ſequentibus intelligitur. exponit enim ſeipſum.*

Tu apparas ex rectitudine אתה כוננת מישרים *Mutatio perſonæ. Ad verbum*, tu paraſti æquitates. *Quidam vertunt*, Tu recta dirigis. *Alij*, tu feciſti obtinere quæ recta ſunt. *Significat robur* Dei *non eſſe violentum, nec effræne, ſed coniunctum cum iuſtitia, ſiue rectitudine.*

Feciſti. עשית *Præt. Heb. quod nonnulli vertunt per præſens. Quum iſtæ duæ voces iunguntur ſimul, Iuſtitia ſignificat præſidium quo Deus tuetur omnes bonos & auxilij inopes: Iudiciū autem ſignificat defenſionē qua vtitur dum compeſcit improbos, & reprimit iniuſtam ipſorum violētiā.* Feciſti igitur iudicium & iuſtitiā, *id eſt, tu ita regnas in populo tuo vt vbique rectitudo tua & iuſtum præſidium appareat.*

5 Scabello pedum eius להדום רגליו *i. in tēplo, vt Chaldæus pa*

raphrastes cōuertit.Hebræi scabellum pedum Dei,intelligunt arcā super quam præsentiā suam exhibebat Deus. Alii vertunt,& prosternite vos ad scabellum pedū eius.*i. Agnoscite non alibi esse verum & legitimum Dei cultum quàm in monte Sionis,siue in tēplo isto: omnes autem alias religiones esse falsas & impias atque à Deo maledictas.*

pedū eius:quoniā sanctū est.

eius,quia "sanctum est.

6 *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius:*

Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

"Moϋséh & Aharón inter Sacerdotes eius, & ϋSemuϋél inter inuocantes nomen eius: "inuocabant Iehouam, & ipse exaudiebat eos.

7 *Custodiebant testimonia eius, & præceptū quod dedit illis.*

In columna nubis loquebatur ad eos. "custodiebāt testimonia eius,&statutū *quod* dedit eis.

8 *Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis,& vlciscēs in oēs adinuentiones eorū.*

Iehouáh Deus noster tu exaudiebas eos, Deus parcens eras "eis, "& vltionem capiens de operibus eorum.

Sanctum est. קדוש הוא sanctus ipse. *Sic quidā malunt vertere,q. in postremo huius Psalmi versu habeatur*, Quoniam sanctus Iehouah Deus noster. *vbi repetitur eadem sentētia,tametsi paululum verba discrepēt:nā illic nomen* Iehouah *Deus exprimitur,quod hîc subaudiendū.* Moϋséh & Aharón משה ואהרן *Vt melius persuadeat peculiarem Dei gratiam erga populum Iudaicum, reducit fideles ad Mosen & Aharonem aliósque Prophetas qui fuerunt quasi intermedij sponsores Diuini fœderis. Inter Sacerdotes dicit fuisse Mosen, quū filij eius fuerint tantùm inter vulgares Leuitas:sed* כוהנים *non tantùm Sacerdotes significat,sed etiā Leuitas quoslibet:deinde primarios homines, qui præsunt populo:ideo hîc Sacerdotes pro Ecclesiæ proceribus accipi potest. Et certè Deus istos homines sibi consecrauerat,& extulerat in summū honorem.* Inuocabant Iehouam, קוראים אל יהוה clamabant ad Iehouam. *His verbis exponit quid sit,illos fuisse* inter inuocantes nomen Dei, *nempe illos orasse Dominum pro eius populo. Totius populi erat inuocare Dominum:sed erat quædā propria inuocatio Sacerdotalis: nam Sacerdotes benedicebāt populo:preces etiam concipiebant nomine totius populi:erant quasi mediatores inter Deum & populum.* 7 Custodiebant שמרו *Nempe Moses & Aaron. Ostendit quare exauditi fuerint, quòd ex fide & corde sincero inuocarent: erant enim tū pauci Dei cultores,qui seruabant Legē ipsius.* 8 Eis, להם ipsis.*sub.populis.Vel,*ipsis,*id est in gratiā ipsorum,Mosis scilicet & Aharonis.q.d.Eo tēpore parcebas Israeli ad preces eorum.* Et vltionem capiens,&c. נוקם על עלילותם & vindicans opera eorum.*vel,* studia.*i.adinuentiones quas illi excogitabāt*

in perniciem eorum, & vindictam sumens ob iniuriam ipsis illatam. Alij, Tu eras peccata remittens illis.i.in gratiam Mosis & Aharon: & tamen si Moses & Aharon aliquid suo spiritu agebant, tū illos puniebas.

Exaltate Iehouam Deum no 9
strum, & incuruate vos 'monti
sanctitatis eius: quoniā sanctus
Iehouáh Deus noster.

Exaltate Dominū Deum nostrū, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

C.

XCIX.

Hortatur sanctos vt considerantes infinitam Dei bonitatem erga se, laudent Dominū.

¶ Psalmus 'pro laude. 1
IVbilate Iehouæ omnis terra,
Seruite Iehouæ in lætitia: 2
ingredimini coram eo 'cum exultatione.
Scitote quòd Iehouáh, ipse est 3
Deus, ipse fecit nos, & non ipsi
nos: 'populus eius, & pecus pascuæ eius.
Ingredimini portas eius cum 4
celebratione, atria eius cum laude: celebrate illum, & 'benedicite nomini eius:
Quoniā bonus est Iehouáh, 5
in seculum misericordia eius,
& vsque in generationem & generationem 'veritas eius.

Psalmus in confeßione.
IVbilate Domino omnis terra: seruite Domino in lætitia:
Introite in cōspectu eius in exultatione.
Scitote quoniā Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos:
Populus eius, & oues pascuæ eius. introite portas eius in cōfeßione, atria eius in hymnis: confitemini illi,
Laudate nomen eius: quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationē & generationem veritas eius.

9 Monti להר *versu sexto dicit* scabello: *vtraque voce idē significās.*

IN PSALMVM C.

1 Pro laude. לתודה *sub. Diuinæ misericordiæ. Decantabatur enim hic psalmus quum offerebatur sacrificium hostiæ pacificæ pro impetranda Dei gratia. Alij,* pro gratiarum actione. 2 Cū exultatione. ברננה cum ouatione. *Quidam vertunt,* prodite in conspectum eius cum iubilatione. *vel,* clamore vehementi.

3 Populus eius, *&c.* עמו וצאן מרעיתו *Simile vides Psal.95, versu 7.*

4 Benedicite nomini e. ברכו שמו prædicate nomen eius.

5 Veritas eius. אמונתו fides eius. *Vox Hebræa significat veritatem & constantiam promißorum.*

C.

Pſalmus ipſi Dauid.

Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

Pſallam, & intelligã in via immaculata quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam: facientes prænaricationes odiui.

Nõ adhæſit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoſcebam.

CI.

1 ¶Ipſius Dauid Pſalmus.

Miſericordiam & iudicium cãtabo: tibi Iehoua pſallã.

2 Prudẽter agã in via integra interea dũ venies ad me, ambulabo in perfectione cordis mei, in medio domus meæ.

3 Non ponam coram oculis meis rem impiam, opus declinantium odiui, non adhærebit mihi.

4 Cor prauum recedet à me malum non agnoſcam.

Deſcribit quod regimen tenere velit in regendo ſuo populo.

IN PSALMVM CI

1 Miſericordiam, &c. חסד ומשפט אשירה *Hebraiſmus, pro, Ego profitebor qualis Rex futurus ſim, nempe me fore iuſtum & æquum vbi Dominus me in ſolium extulerit. Significat ſe meditari iuſtitiam & iudicium apud ſe, & teſtimonium edere ſui affectus hoc pſalmo.*

2 Prudenter agam אשכילה *Ad verbum*, Intelligam. Prudenter me geram. *Alij paraphraſticè*, Prudenter me habebo, vitam viuens innocentẽ. *i. Dabo operam ſedulò vt inculpatè viuam quando me docebis & inſtitues.* Interea dũ venies ad me, עדי תבוא אלי vſquedũ [vel, donec] ad me venias. *id eſt licet adhuc priuatus degam, nec fruar dignitate promiſſa, nihilominus ſtudebo integritati vitæ vſque ad diem illum in quo præficies me regno, vt promiſiſti. Alij interrogatiuè legunt,* Quãdo venies ad me? *acſi Dauid peteret maturam regni poſſeſſionem: nam profugus agebat à patria.* Ambulabo in perfectione אתהלך בתם *.i. Conuerſabor in integritate.* 3 Impiam, בליעל peruerſam. *Hebræi accipiunt hanc dictionem pro homine maligno, peſſimo atque impijſſimo, quo tanquam ſuorum ſcelerum miniſtro vtitur diabolus. Accipiunt itẽ pro impietate, & quacunque neſaria re.* Opus declinantium עשה סטים *Ad verbum*, facere declinantium. *Infinitiuus pro nomine. i. opus eorum qui deficiunt à Deo. hoc eſt opus obliquũ & tortuoſum.*

4 Recedet יסור *q. d. ego ero & corde ſincerus & opere rectus. non cõcipiam apud me quicquam ſceleris, neque etiam manibus exequar. Alij lõgius extendunt, nẽpe ad perfidos & malæ fidei homines. q. d. quicunque ſunt peruerſi corde, atque improbi faceſſant à me: abhorrebo ab omni maleficio & iniuria.* Per cognitionem, *ſiue* agnitionem, *ſignificat Dauid ſe omni ſtudio animi & affectu repugnaturum maleficiis. Dicimur enim agnoſcere, ſiue cognoſcere quod appetimus, & quò animi noſtri cupiditas nos rapit: ſicuti quum aliquid refugimus, dicimur non cognoſcere.*

Detrahentem in secreto proximo suo, hunc succîdam: elatũ oculis, & latum corde ipsum non potero *ferre*. 5

Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde cũ hoc non edebã.

Oculi mei ad fideles terræ, vt habitent mecũ: ambulãs in via perfecta, ipse ministrabit mihi. 6

Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meæ faciens dolũ: loquens mendacia nõ firmabitur coram oculis meis. 7

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

Singulis matutinis succîdã omnes impios terræ, vt exterminem de ciuitate Iehouæ omnes operarios iniquitatis. 8

In matutino interficiebã omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

CII. | C I.

¶ Oratio pauperis 1 *Oratio pauperis*

5 In secreto בסתר in occulto. clàm. Succidam: אצמית cõficiam. disperdam. Et latum corde ורחב לבב & vastum corde. Alij, & turgido corde. *vel*, inflato. *Lati corde vocantur quicunque aspirant ad res magnas, intus multa fabricãt, colligẽtes sibi magnas spes, coaceruántque sibi multa.* De *elatis oculis, & lato corde, vide* Prouerb. 21. *a.4, & Iesa.2.c.11.* 6 Ad fideles בנאמני ad veraces. *Potest exponi vel vt intelligat* Dauid *se daturũ operam vt cõmodè & quietè sub ditione sua habitent probi & veraces: vel vt illos habeat domesticos ministros, vt mox dicit,* ambulans in via perfecta, hic mihi ministrabit. Perfecta, תמים sincera. innocenti. 7 Non firmabitur לא יכון non stabilietur. *i. sedem permanentem apud me non est habiturus.* 8 Singulis matutinis לבקרים mane, mane inquam. Alij, in dies. *vel*, quotidie. *Festinationem potius significat. q.d.* Ego me *strenuè geram in puniendis sceleribus, ita vt non differam in longum tempus. neque enim differre bonos principes æquum est, quũ armati sint gladio.* Vt exterminem להכרית vt eliminem. vt excindam.

IN PSALMVM CII.

1 Pauperis לעני afflicti. *vel*, pro afflicto. *Quidam asserunt hunc* Psalmum *conscriptum fuisse à quodam* Propheta *qui voluit dictare fidelibus certam formam precandi dum orandus esset* Deus *pro templi reparatione. Alij existimant fuisse potius compositũ in exilio* Babylonico, *quum instaret redemptionis tempus. tunc enim cœperunt* Prophetæ *erigere animos piorum, & ostendere non frustra* Deum *pollicitum esse curæ sibi fore*

salutem sui populi, secundum illud Iesaiæ *vaticinium, cap.*40.a.1, *Consolamini, consolamini populum meum,&c.* Cæterùm *quia fideles non poterant se probè exercere in fiducia promissæ redemptionis, propterea Propheta hanc precandi formulam illis præscripsit.*

quum anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam.

'quum angustiis afficietur, & coram Iehoua 'effundet orationem suam.

Domine exaudi orationem meam, & clamor me' ad te veniat

2 IEhoua audi orationẽ meã, & clamor meus ad te veniat. *Oratio populi fidelis pro reparatione templi, vrbisque euersæ.*

Non auertas faciẽ tuã à me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurẽ tuã:

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

3 Ne abscondas faciem tuam à me: in die 'angustiæ meæ inclina ad me aurem tuam: in die qua 'inuoco, 'festina exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

4 Quia 'defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea tanquam focus exusta sunt. *Describit summũ suum dolorem & angorem.*

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panem meum.

5 'Percussum est velut herba, & exaruit cor meum: 'quia oblitus sum comedere panẽ meũ.

A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

6 'A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Quum angustiis afficietur כי יעטוף quum torquebit sese. *sub. ob granem afflictionẽ.* Vel, constrictus erit. *aut,* redactus in angustias. *Alij vertunt,* quum torqueretur[consternato, *aut* afflicto esset animo]& coram Iehoua effunderet, *&c.*

3 Angustiæ meæ צר לי *Ad verbum, subaudito relatino, quo* tribulatio mihi. Inuoco, אקרא inuocauero. Festina exaudi me. מהר ענני *Duo verba sine coniunctione, vt pluribus alijs locis, pro, Festina & exaudi me: vel potius, accelera exaudire me.*

4 Defecerunt כלו consumpti sunt.

5 Percussum est הוכה *vt scilicet herba virens percutitur à sole. Doctus inter Hebræos sic in hunc locum, Quemadmodum sol percutit herbam virentem, donec siccetur, vel exarescat: sic aruit cor meũ. Et quare? Quia oblitus sum comedere panem meum. q.d. præ multitudine afflictionum oblitus sum cibi.* Quia oblitus sum, *&c.* כי שכחתי מאכל לחמי vsqueadeo vt oblitus sim cibum sumere.

6 A voce gemitus mei מקול אנחתי Hebraismus, *præ lamẽtatione cõtinua.* Carnem *in hoc versu pro cute accipit. vt aliquãdo cutem pro carne. q.d. Sic arefactus sum, vt iam non sit succulentum corpus, neque vlla sit caro intermedia: vel, ita vt non sit sanguis.*

Queritur se desertum ab omnibus, habitantem quasi in desertis.
Opprobria ac contumeliæ inimicorũ suorũ narrat.

Similis factus sum ʹpelicano
deserti: fui sicut bubo solitudi-
num.
7 *ʹSimilis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.*

ʹVigilo,& sum sicut passer so-
litarius super tectum.
8 *Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.*

Tota die probris afficiũt me
inimici mei: ʹinsanientes in me
ʹper me iurant:
9 *Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant:*

ʹQuia cinerem tanquam pa-
nẽ manducaui,& potum meum
cum fletu miscui
10 *Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam*

ʹA facie indignationis tuæ &
iræ tuæ: quia extuleras me, &
proiecisti me.
11 *A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.*

Dies mei *sunt* velut vmbra
ʹinclinata, & ego sicut herba ʹa-
rescam:
12 *Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui.*

Tu autem Iehoua in seculum
13 *Tu autem Domine in æ-*

7 Pelicano לקאת onocrotalo. cuculo. *Dicit se factum esse similem auibus syluestribus quarum cantus nec amœnus est, neque suauis, sed potius horrorem incutit & auribus & animis audientium.* 8 Vigilo, שקדתי *Præt.Heb.* Vigilaui. 9 Insanientes in me, מהוללי subsannatores mei. *Alij vertunt*, insanientes mihi. *id est qui mihi videntur insanire. hoc est homines nihili, homines nulla grauitate præditi, sed similes insanis.* Per me iurant. בי נשבעו *Repetitio est. Iurare per nomen alicuius, hoc loco, est illud sumere tanquã exẽplar maledictionis, De⁹ tibi maledicat, sicut illi maledixit. Perdat te De⁹ sicut perdidit Sodomã. Dicunt igitur se fuisse quasi illustre Diuinæ maledictionis speculũ.* 10 Quia cinerẽ tanquam panem כי אפר כלחם אכלתי Certè cinerẽ, *&c. Alij pauculis subauditis, & ordine cõmutato vertũt, Adeò sum fractus malis* vt panem tanquã cinerem edam, *&c. i. vt panis non magis mihi sapiat quàm cinis. Alij exponunt, illum comedisse puluerẽ instar panis. q. iaceret in puluere, quod solenne erat lugẽtibus, iacere scilicet in puluere. Quidam videntur legisse* בלחם *per* ב *beth, vertentes*, in pane. *acsi diceret, panem fuisse puluere permistum, quòd iaceret terræ affixus. Huic sensui conuenit quod sequitur*, & potum meum cum fletu miscui. 11 A facie indignationis tuæ מפני זעמך *i. Quia tu tam vehementer mihi es iratus. q. d. non tantùm expendo calamitatem istam, sed potius hoc venit mihi in mentem, nos exulare & profugos esse, quia tu meritò nobis infensus es & iratus.* 12 Inclinata נטוי fugax. *i. quæ citò abit.* Arescam: איבש *Fut. Heb. pro præt.* arui.

ternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.

permanes: '& memoria tui in generationẽ & generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus: 14

'Tu exurge, & miserearis צSiión: quia tempus miserendi eius, quia venit 'tempus statutũ:

Exoptat Ecclesia templi restitutionem.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. 15

Quoniam maximè diligunt 'serui tui lapides eius, & pulueris eius miseret eos.

Et timebunt Gentes nomen Domini, & omnes Reges terræ gloriam tuam: 16

Et timebunt Gentes nomen Iehouæ, & omnes Reges terræ 'gloriam tuam:

Quia ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua: 17

'Dum ædificauerit Iehouáh צSiión, & 'visus fuerit in gloria sua:

13 Et memoria tui וזכרך *sub. est, vel durat*. Hîc memoria Dei *nihil aliud est quàm notitia quæ concipitur ex verbo & promissionibus, quæ inclusa est in fœdere quod* Dominus *pepigit cum populo suo. Ista memoria continua est per omnes ætatum series.* AEternus *est* Deus, *æternum etiam est fœdus vitæ & salutis: perpetuò durat promissio illa, nunquam deerit, saluabit tandem, etiamsi in afflictionibus nihil tale appareat.*

14 Tu exurge, & miserearis אתה תקום תרחם Tu exurgens miserearis. *Exurgit* Deus *quãdo potentiã suam exercet quæ tunc videtur esse quasi oppressa, quum fideles suos non eripit.* Tempus statutũ: מועד *sub. à* Prophetis. Venisse *dicit in præterito, quod per præsens intelligendũ est, hoc est instat, & propinquum est tempus illud prædictum à Prophetis in quo misericordia afficereris erga populum tuum.* Maximè *antẽ à* Ieremia *prædictum est tempus illud, cap. 29. b. 10, Quũ impleti fuerint in* Babel LXX *anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt inducam vos ad locum istum.* 15 Serui tui lapides eius. עבדיך את אבניה *Quidam seruos intelligũt* Cyrum *&* Darium. Rectius *intellexeris de tota* Dei Ecclesia Iudæorum, *quæ non simpliciter retinebatur cõspectu visibilis templi dũ staret, sed quanuis subuersum esset templum, quanuis deformes essent reliquiæ, fœdáque vastitas & pudenda, in qua lapides disiecti conspicabantur, & nihil appareret quàm puluis: tamen defixa erat in amorem templi, & in eius ruinas, quòd in illis lapidibus & in illo puluere agnoscerent* Dei *gloriam.* 16 Gloriam tuam, את כבודך maiestatẽ tuam. decus tuum. 17 Dum ædificauerit כי בנה Quòd ædificauerit. Visus fuerit, &c. נראה בכבודו videbitur, *vel*, apparebit gloria eius. *Alij præteritum conuertunt in futurum,* Quia ædificabit Iehouáh צSiión, & apparebit in maiestate sua. *Apparuit in gloria sua* Deus, *quum manifestauit potentiam suam,*

quum internum sibi populum collegit qui prius fuerat dispersus, & quasi à morte suscitauit Ecclesiam suam. Seipsum declarat sequenti versu.

Et respexerit "ad orationē *eorum qui sunt uelut* myricæ, & nō spreuerit orationem eorum. 18

Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.

Scribetur hoc" pro generatione nouissima: & populus " qui creabitur, laudabit Dominum: 19

Scribantur hæc in generationem alteram: & populus qui creabitur, laudabit Dominum:

Quia prospexit" de excelso sanctitatis suæ, Iehouáh è cælo in terram aspexit: 20

Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit:

Vt audiret gemitū" vinctorū, vt solueret" morti destinatos: 21

Vt audiret gemitum compeditorum, & solueret filios interemptorum:

Vt narrēt in צSiión nomen Iehouæ, & laudem eius in Ierušaláim, 22

Vt annuntient in Sion nomen Domini", & laudem eius in Ierusalem,

18 Ad orationem myricæ, אֶל תְּפִלַּת הָעַרְעָר ad orationem solitarii. *Alij*, pauperis, *vel* debilis. *Vox Hebræa* ערער *pro qua quidam vertunt* debilem:, *significat arbusculam nascentē in deserto, quæ iuniperus vel myrica vulgò dicitur: & per metaphoram, debiles, miseros & afflictos denotat. Significat etiam hominem excitantem se: propterea quidam* sedulum *vertunt*, Respiciet ad orationem excitantis se. *vel*, seduli & diligentis. *nempe ad orationem.* 19 Pro generatione nou. לְדוֹר אַחֲרוֹן generationi posteræ. postero seculo. *id est mandabitur literis hæc liberatio in gratiam posteritatis. Significat memorabile fore hoc Dei opus, quod nō tantùm laudabitur ad paucos dies, sed cuius gloria vigebit etiam apud posteros.* Qui creabitur, נִבְרָא *Chaldæus paraph.* qui futurus est vt creetur. *Hebræi vertunt*, creatus. *Exilium illud Babylonicum fuit quædam mortis forma, & populus fuit tunc velut extinctus. Quum autem Deus manum porrexit reliquiis vt eas in hæreditatem promissam reduceret, tunc populus denuo creatus fuit, & secunda fuit Ecclesiæ natiuitas. Dicit igitur, Quamuis ad tempus perijsset Ecclesia secundum carnis sensum, tamen rediuiuam fore, vt essent aliqui fideles in mundo qui Deum colerent.* 20 De excelso sanctitatis suæ, מִמְּרוֹם קָדְשׁוֹ è sublimi Sanctitatis suæ. *Alij*, è sublimi Sacrario suo. *Hic sublimis locus Sanctuarij, & cælum pro eodem ponuntur.*

21 Vinctorum. אָסִיר *Singul. Heb. pro plur.* Morti destinatos: בְּנֵי תְמוּתָה *Ad verbum*, filios mortis. *Hebraismus, pro, homines morti adiudicatos, breui interimendos. Prius dixerat illos esse* vinctos *qui erāt captiui: iam vocat* filios mortis *& morti destinatos, acsi diceret, salutem ipsorum fuisse desperatam, quum Diuinitus adiuti sunt. actum enim recuera erat de salute ipsorum.*

In conueniendo populos in vnum, & Reges vt seruiãt Domino. 23

Quum congregati fuerint populi simul, & regna vt seruiant Iehouæ.

Respondit ei in via virtutis suæ, Paucitatẽ dierũ meorum nuntia mihi. 24

Afflixit in via fortitudinem meam, abbreuiauit dies meos.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationẽ anni tui. 25

Dico, Deus mi, ne succidas me in dimidio dierum meorũ: in generatione generationum anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. 26

Antea terram fundasti, & opus manuum tuarum sunt cæli:

23 Populi עמים *Ostendit longius multò extendi gratiam Dei quàm ad filios Abrahæ domesticos: quia non tantũ captiuos educet è seruitute, vel potius mortuos è sepulchro: sed etiã illos qui prius alienati fuerãt, ad se colliget: iã nõ vt futura sit Ecclesia ex vno populo, sed ex variis.*

24 Fortitudinem meam, כחי vires meas. *Viam metaphoricè accipit pro medio cursu. Et substantiuum verbi est Deus: qui veteri populo stadium assignauerat vsque ad redemptionem promissam. Suspensi igitur erant Iudæi, & via illorum fuit Christi expectatio: aduentus autem fuit quasi meta cursus. Dicunt igitur, Domine hactenus sequuti sumus viam à te præscriptam: tu ipse metam nobis statuisti: nõdum apparuit redẽptio quam speramus, freti verbo tuo: quî fit ergo vt robur nostrum conteras in medio cursu?* Abbreuiauit קצר præcidit. *Alii*, coartauit. *vel*, in angustias redegit. *i. non continuauit gratiam suam quemadmodum sperauimus. Nam dies Israelis comprehendunt totum tempus illud à fœdere inito cum Abraham vsque ad Christi aduentum. Præscripserat illis tempus, Vos viuetis vsque ad Christi aduentum: & tunc melior uita vobis parata est. Quum verò Christus nõdum apparuisset, imo quum nullum esset signum propinqui aduentus, fuit hæc valde grauis tentatio populi quasi exitio destinati. Prius vocauit viam, quod nunc dimidium dierum dicit.*

25 Dico, אמר Dicebam. Dicam, *sub. ergo. Alij per præteritum vertunt*, Dixi ergo. In generatione, *&c.* בדור וגו' *Non tantùm de æternitate Dei in sua essentia loquitur, sed etiam de illius æternitate in verbo suo, quemadmodũ dicitur Iesa. 40. b. 6, Omnis caro fœnum, & omnis gratia eius quasi flos herbæ: verbum autem Domini manet in æternũ. Perpetuitas igitur non tantùm in Dei essentia, sed etiam in verbo ipsius. Hinc fit vt illi obiiciant nunc ei æternitatem verbi sui, vnde audent sibi promittere non modò diuturnum statum, sed æternum.*

26 Antea לפנים In principio. Olim. Pridem. Iampridem. *Idem dicit quod præcedentibus versibus*, Tu fundasti terrã antehac, cæli sunt opus manuum tuarũ: ipsi peribunt, tu permanes: *sed alia est diuturnitas Ecclesiæ tuæ: superat enim statum terræ & cæli. nã fundata est in*

verbo tuo, quod est stabilius cælis & terra ipsa. Dominus *semel asseruit se fore perpetuum* Ecclesiæ *suæ custodem. non est igitur quod dubitemus, etiāsi mundus iste quotidie videatur misceri, quin salus nostra sit in tuto.*

Ipsi ʺperibunt, at tu perstabis, 27
& omnia ipsa sicut vestimentū
veterascent: veluti pallium mu-
tabis eos, & mutabuntur:

At tu idem es, & anni tui non 28
ʺconsumentur.

Filii seruorum tuorum habi- 29
tabunt, & semen eorum coram
teʺ stabilietur.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent:

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filii seruorum tuorū habitabunt: & semē eorum in seculum dirigetur.

¶ Ipsius Dauidis. C.III.

Excitat se ad laudandum Deum, *quòd peccata eis cōdonarit, morbis atque aduersitatibus omnibus liberarit.*

Bʺ Enedic anima mea Iehouæ, 1
& omnia interiora mea no-
mini sanctitatis eius.

Benedic anima mea Iehouæ, 2
& ne obliuiscaris ʺomniū bene-
ficiorum eius.

Ipsi David. C.II.

*B*ENEDIC *anima mea* Domino: *& omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.*

Benedic anima mea Domino, *& noli obliuisci omnes retributiones eius.*

27 Peribunt, יבלו corrumpentur. *non quòd* Deus *in nihilum ipsos redigat, sed mutabitur eorum natura, & alii erunt quàm nunc sūt, vt mox dicit, velut seipsum exponens.* 28 Consumentur. יתמו finientur. 29 Stabilietur. יכון firmabitur. dirigetur. V*idetur deesse particula illatiua in principio versus,* F*ilii igitur seruorum, &c. q. d.* Q*uū igitur idē sis atque æternus, propterea statuimus nos quoque fore perpetuos. quatenus dignatus es nos tibi coniungere verbi tui vinculo.* H*omines enim qui sua culpa alienati sunt à* Deo, *& quasi abscißi à radice vitæ, quum reconciliātur* Deo *per gratuitum fœdus, tūc defluit vita quæ penes ipsum solum* Deum *residet, ac viget, & fiūt participes illius æternitatis à qua prius defecerant. regeniti enim sunt semine illo incorruptibili, de quo* 1. Pet. 1. d. 23, *vbi dicitur,* V*erbum* D*omini esse semen vitale quod nos viuificat. vnde fit vt vis illa æternitatis in nos diffundatur.* H*ic habitare, significat se habituros stabilē vitam. propterea bene semper sperādū, etiamsi omnia ruant.*

IN PSALMVM CIII.

1 Benedic, &c. ברכי נפשי Lauda. [Prædica] anima mea Iehouā. *Quòd hîc vocat animā, mox pro eodē accipit omnia ei⁹ interiora. & nomē sanctitatis vocat nomen sanctū.* C*ompellat omnes suos affectus, & facultates, non tantùm quibus præditum est corpus vt sese moueat, sed præcipuè alloquitur suam intelligentiam & voluntatem. nam in spiritu residet intelligentia, & anima est quasi sedes rationis & voluntatis.*

2 Omniū beneficiorū eius. כל גמוליו *omniū quæ contulit in me.* A*lij,*

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat oẽs infirmitates tuas.	3	Qui remittit omnes iniquitates tuas, qui sanat omnes ʺinfirmitates tuas.
ʹ*Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.*	4	ʺQui redimit de fouea vitã tuam,ʹ qui coronat te in misericordia & miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.	5	ʹQui satiat bono os tuum,ʺ *&* renouatur ʹvt aquilæ, iuuentus tua.
Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.	6	Faciẽs iustitias Iehouáh, & iudicia omnibus quibus vis infertur.
Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel volũtates suas.	7	Notas fecit vias suas Moŭséh, filiis IŭsraNël opera sua. *Lex data per Mosen Israeli.*

omniũ munerũ eius. *Male alii,* retributionum eius. 3 Infirmitates tuas. תחלואיכי *Docti inter Hebræos annotant hoc loco, & sequentibus duobus versibus,* י *iod redundare vel potius additum esse ornatus causa.* Infirmitates *vocat culpam qua obstricti sumus coram* Deo: *vitia præterea quæ nobis inhærent. Postremò pœnas quæ nos manent quandiu iratus est nobis* Deus.

4 Qui redimit de fouea הגואל משחת Qui vindicat à sepulchro. *vel,* ab interitu: *Fructum gratuitæ peccatorum remissionis commendat. nam ira Dei certa mors est.* Deus *ergo se nobis reconcilians, animas nostras liberat à sepulchro & interitu.* Qui coronat te, *&c.* המעטרכי חסד ורחמים qui coronat te pietate [*vel* benignitate] & miserationibus. *i. vndique te cingit & cumulat.* 5 Qui satiat bono os tuum, המשביע בטוב עדיך *Ex vulgari hominũ more hanc loquendi formã sumpsit Propheta. Gallicè nãque dicimus, Mãger à pleine bouche, ou a deux ioues. Non loquitur autem de cibo, sed commendat vberrimã beneficiorũ* Dei *copiam quam effundit in omnes pios, ita vt nihil illis desit quod vtile sit in salutẽ.* Et renouatur ותתחדש *Alii subaudiẽtes aliquid, vertũt & cuius beneficio* renouatur, *&c. q. d. Domin⁹ non tantũ tibi suggerit bonorũ copiam ad paucos dies, sed etiã facit vt bonis ipsis fruaris lætus & vegetus: quia renouat vires tuas. Aquilæ exemplum adducit, quòd illa vsque ad vltimam senectam habeat eundem vigorem ac retineat, vt non prius confecta sit valetudine, quã ipsa fame intereat. quod* Aristoteles *& Plinius fieri dicũt, quia rostrum illi ita succrescat vt non possit cibum capere. coguntur enim bibere duntaxat, vel sugere sanguinem ex præda. Vnde etiam fluxit prouerbiũ, Aquilæ senectus: quod præcipuè bibaces sint aquilæ.* Vt aquilæ, כנשר *Genitiuus est, & subaudiendum iuuentus: vt legas,* Renouatur iuuentus tua vt aquilæ iuuentus.

Num.14.c.18
Declarat summã bonitatem ac misericordiam Dei proclinis ad ignoscendum populo suo.

8 Misericors & clemens Iehoua, longus ira, & multus misericordia.

Miserator & misericors Dominus, lõganimis & multum misericors.

9 Non in seculum contendit, nec in æternum seruat.

Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.

10 Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundũ iniquitates nostras retribuit nobis.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

11 Quoniam secundum altitudinem cæli super terram, roborauit misericordiam suam super timentes se.

Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suã super timentes se.

12 Quantũ distat Oriens ab Occidẽte, distare fecit à nobis præuaricationes nostras.

Quantum distat Ortus ab Occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras.

13 Quomodo miseretur pater filiorum, miseretur Iehouáh timẽtium se:

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se:

Vita humana fragilis & caduca.

14 Quia ipse cognoscit figmentum nostrum, recordatur quòd puluis sumus.

Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est quoniam puluis sumus.

8 Longus ira, &c. ארך אפים ורב חסד *Hebraismum sic reddunt quidam,* Tardus ad irascendũ, & multa beneuolentia præditus. *Alij,* Longanimis & multæ pietatis *Alij,* remotus ab ira, & multus misericordia, *siue* bonitate. *Tardum ad iram, interpretantur qui non illico puniat.* 9 Contendit, יריב *Fut. Heb.* litigabit, contendet, *vel* rixabitur *sub. cum homine. Alii,* obiurgabit. Seruat. יטור *sub. iram. Quidam vertunt,* succensebit. *Alii vertunt,* reseruat *memoriã acceptæ iniuriæ. Sic etiã nos loquimur, Il luy garde, Il me le garde. quum loquimur de vltione secreta. aut quum aliquis vlciscendi cupiditatem intus fouet, occasionem expectãs. Sic Hebræi dicunt Deum nõ seruare iniuriam, hominem verò seruare.* 11 Roborauit misericordiam suã גבר חסדו valentem fecit bonitatem suã. *Alii,* præualuit pietas eius.

12 Distare fecit הרחיק longè fecit. elongauit. longè remouit.

14 Figmentum nostrum, יצרנו *Vox Hebræa significat opus figulinũ. q.d. Scit quàm fragiles nos creauerit. atque aliud nõ esse nos quàm puluerem & lutum.*

Homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.

15 Hominis dies: ʼsicut herba sūt
sicut flos agri, sic floret:

Quoniā spiritus pertrāsibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.

16 Quoniam ventus transit in il
lum, & non est, ʼnec agnoscit eū
vltrà locus eius.

Misericordia autem Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eū.

17 Misericordia autem Iehouæ à
seculo & vsque in seculum super
timentes eum, ʼ& iustitia eius su
per filios filiorum,

Misericordia Dei super quos.

Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius,

Et memores sunt mandatorū ipsius ad faciendū ea.

18 Super custodientes pactum e-
ius, & eos qui recordantur ʼpræ
ceptorum eius vt faciant ea.

Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnib⁹ dominabitur.

19 Iehoua in cælo ʼpræparauit
thronum suum, & regnū ipsius
omnibus dominatur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

20 ʼBenedicite Iehouæ Angeli
eius fortes robore, facientes ver
bum eius, ʼad obtemperandum
voci verbi eius.

Hortatur & Angelos & homines ad laudandum Deū Regē cæli & terræ

Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius.

21 Benedicite Iehouæ omnes ex
ercitus eius, ministri eius qui fa
citis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: benedic anima mea Domino.

22 Benedicite Iehouæ omnia o
pera eius, in omnibus locis do-
minationis eius: benedic anima
mea Iehouæ.

15 Sicut herba כחציר vt gramen. fœnum. 16 Nec agnoscit eum ולא יכירנו *.i. ita perit flos vt non possis postea ostendere vbi creuerit.*
17 Et iustitia eius וצדקתו *Iustitia hoc loco nō significat ius quod Deus hominibus reddit, sed potius fidē ac præsidiū quo tuetur suos. Iustus igitur Deus est, non quia quemque remuneret prout dignus est, sed quia fideliter agit nobiscum, seruans nos vsque in finem, iuxta promissiones suas.*
18 Præceptorum eius פיקודיו constitutionum eius.
19 Præparauit הכין stabiliuit. firmauit. 20 Benedicite Iehouæ, &c. ברכו יהוה Prædicate Iehouam. Ad obtemperandum, &c. לשמע בקול דברו *Ad verbum*, ad audiendum in voce verbi eius. *Quod quidam conuertunt*, obediendo voci verborum eius. *Idem bis dicit. Verū in his verbis aliud subesse videtur, & aliquod pōdus*

habere verba ista: neque enim tantùm significat David *Angelos exequi* Dei *mandata, sed præsto esse ad capessenda iussa ipsius.* Fieri *posset vt* An*geli tandem obedirēt* Deo, *sed non statim mandata eius exequerentur: hîc autem* David *celebrat promptam eorum obedientiā, quòd scilicet intenti sint ad omnes* Dei *nutus. vt simulatque ipsis præceptū est aliquid, statim habeant paratas manus ad obsequium.*

Laudes Deo *pro creatione rerum omniū, earúmque gubernatione ac prouidentia.*

Hebr.1.b.7

CIIII.

1 B'Enedic anima mea Iehouæ, Iehoua Deus mi magnificatus es vehemēter, 'gloriam & decorem indutus es.

2 'Qui operit se lumine tanquā vestimento, qui extendit cælum 'veluti velum.

3 'Qui contignat in aquis superiora sua, qui ponit nubes currum suū, qui ambulat super alas venti.

4 ¶ 'Qui facit angelos suos, 'spirit⁹:

Ipsi David. CIII.

1 B*Enedic anima mea* Do*mino:* Domine Deus *meus magnificatus es vehementer.*

2 *Confeßionem & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento.*

3 *Extendēs cælum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.*

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

4 *Qui facis angelos tuos spi*

IN PSALMVM CIII.

1 Benedic anima mea Iehouæ, ברכי נפשי את יהוה Laudas *vel* Prædica anima mea Iehouam. Gloriam & decorem indutus es. הוד והדר לבשת *Hebraismus, pro, ornaris & commēdaris magnificētia & splendore: per cælos te decorum & splendidum agnoscimus, vt hominem per vestem.* 2 Qui operit se עטה *Participium,* Amiciens lumine. *Alij,* Amictus. Opertus. Indutus. *Vertere potes,* Amicis *siue* Ornas te lumine tāquā veste. *vt nulla sit personæ mutatio. Sic & mox,* Extendēs: *& sequenti versu,* contignās, *pro,* Qui extendis, qui contignas. Veluti velum. כיריעה velut pellē, *qua scilicet fit tentoriū.* 3 Qui cōtignat in aquis superiora sua, המקרה במים עליותיו Qui contignat in aquis cœnacula sua. *Alii,* Qui ponit trabes cœnaculorum suorum in aquis. *Alii,* Qui facit *velut* cōtignationem cœnaculi sui aquas. *i. nubes. Scriptura cælos, siue nubes, vocat aquas, quòd fiant è vaporibus in aerem excitatis, extenuatis, & concretis. Vt autem è vaporibus fiunt, ita in aquam facilè dissoluuntur. Qui igitur in nubibus ipsis compingit, siue ædificat sibi domiciliū. i. qui in nubibus habitat.* Non*nulli per præteritum vertunt,* Qui construxit in nubibus altum suum domicilium. *Infrà versu 13, nubes dicūtur cœnacula, siue superiora* Dei, Qui irrigat montes de superioribus suis. 4 Spiritus, רוחות *Hebræi exponunt,* Qui *flatibus siue ventis, & fulmine, ignéque cælesti v-*

titur tanquam ministris, vt in subuersione Sodomæ. Paulus ad Hebræos, 1.b.7, Spiritus interpretatur Angelos. Exponit quod in fine præcedentis versus dixerat, Qui ambulat super alas venti.

ritus: & ministros tuos ignẽ vrentem.

ministros suos ignẽ flammãtẽ.

Qui fundasti terrã super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculũ seculi.

5 Fundauit terram super bases suas, 'ne moueat se in seculum & in seculum. *Terra firma: aquæ, ac montes.*

Abyssus sicut vestimentũ amictus eius super montes stabunt aquæ:

6 Voragine tanquam vestimento 'operueras eam: super montes 'steterant aquæ:

Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.

7 *Et tamen* ab increpatione tua fugerunt, à sonitu tonitrui tui 'festinauerunt.

Ascendunt mõtes, & descendunt campi in locũ quẽ fundasti eis.

8 *Tunc* ascenderunt montes, descenderunt valles ad locum istũ quem fundasti eis.

Terminum posuisti quem non transgredientur: neque conuertentur operire terrã.

9 Terminum posuisti *eis quem* non transibunt: non reuertentur ad operiendum terram.

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium mõtium pertransibunt aquæ.

10 'Qui emittit fontes 'in conuallibus, inter montes 'ambulant. *Fontes in vallibus pro bestiis & auibus.*

5 Ne moueat se בל ימוט non mutabitur. non mouebitur.

6 Operueras eam: כסיתו texisti [vel texeras] eam. *sub. terram. Duobus modis explicari potest hic locus: vel quòd nunc mare operiat terrã tanquã vestis: vel quòd Deus initio, antequã iuberet ipse Deus aquas colligi in aceruum, tũc tota terra abysso cooperta fuerit. Loco tamẽ melius cõuenire videtur, quòd nunc abyssus sit ipsi terræ tanquam vestis. nam antequam Deus iuberet aquas seorsum colligi, abyssus non erat vestis, sed potius sepulchrum. Vestis enim ornatum in se continet.* Steterant יעמדו *Fut. Heb.* stabunt. *Quidam in modo potentiali vertunt,* starent, *ac sequenti sic coniungunt,* super montes starent aquæ, *nisi* ab increpatione tua fugerent, à sonitu tonitrui festinarent: *tunc* ascendunt, &c.

7 Festinauerunt. יחפזון *Futura Heb. pro præt.* præcipitauerũt se. *Alii,* festinanter deiiciuntur. *Alii,* præcipites cesserunt.

10 Qui emittit המשלח *subandi, Lauda inquam anima mea Iehouam qui emittit. Verti potest,* Qui emittis, &c. In conuallibus. בנחלים per valles. *q. d. Iussit Deus vt aqua fontana decurrat per valles. Aliĳ,* in fluuios *qui* inter, &c. *Aliĳ,* qui fiunt torrentes, *vel* fluuii.

Ambulant. יהלכון *Hebraismus, pro, decurrunt, siue labuntur.*

11 'Potũ dant omnibus beſtiis agreſtibus,'frangunt onagri ſitim ſuam.

Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua.

12 Iuxta eos *fontes* volucres cæli 'habitant,inter frondes dant vocem.

Super ea volucres cæli habitabunt,de medio petrarũ dabunt voces.

Pluuiæ ad irrigandam terram, panémque, vinũ, & oleum procreandum.

13 Qui irrigat montes'de ſuperioribus ſuis,de fructu 'operum tuorum ſatiabitur terra.

Rigans montes de ſuperioribus ſuis, de fructu operum tuorũ ſatiabitur terra.

14 Qui germinare facit fœnum pro iumentis, & herbam 'ad vſum hominum,' vt educat panem è terra:

Producens fœnum iumẽtis,& herbam ſeruituti hominum,

Vt educat panem de terra: & vinum lætificat cor hominis:

Ioſue 9.b.13

15]Et vinum *quod* ' lætificat cor hominis,'vt faciem nitere faciat præ oleo:'& panem qui cor hominis fulcit.

Vt exhilaret faciẽ in oleo:& panis cor hominis cõfirmet.

11 Potum dant omnibus beſtiis agreſtibus, ישקו כל חיתו שדי Bibunt *inde* omnes beſtiæ agri. *Vel*,potant omnes beſtiæ agreſtes.
Frangunt ישברו *Fut. Heb. pro præſ.* leuant. extingunt.
12 Habitant, ישכון *Fut. Heb. pro præſ. & ſingul. pro plur.* ſedẽt.
13 De ſuperioribus ſuis, מעליותיו è cœnaculis ſuis. *Vide principium huius Pſalmi, verſu 3.* Operum tuorum מעשיך *Perſonæ mutatio, id eſt imbre, opera tua in nubibus facto.* 14 Ad vſum hominum, לעבדת האדם ad obſequium hominum. *Gallicè, pour le ſeruice des hommes. Alij*, ad culturam hominis. *i. adhibita cultura hominũ.*
Vt educat panem להוציא לחם ad educendum eſcam. *Vel*, dum educit eſcam. *q. d. idque facit dum educit eſcam omnibus animalibus. Vel vt alii exponunt, Deus producit herbã quæ ſeruiat hominibus, nempe quia hinc alũtur. Panis pro cibo. Terra enim ſuppeditat hominibus cibũ, ſuppeditat non tantùm in tritico, ſed etiam in herbis. deinde in aliis fructibus.* 15 Lætificat ישמח *Fut. Heb. pro præſ. q. d. Deus non tantùm liberaliter hominibus largitur quod neceſſe eſt ad neceſſarios vitæ vſus, ſed indulget etiam eorum lætitiæ, dum exhilarat eorum corda oleo atque vino. poſſent enim vino carere.* Vt faciem nitere faciat præ oleo: להצהיל פנים משמן *. i. illo vino nitidiorem reddat vultum, & ſplendidiorem quàm poßit reddi vllo vnguento. Alij vertunt*, vt niteant facies ab oleo. *perinde acſi dicat quòd Deus faciat etiã prouenire vnde niteant facies, nempe oleum. Hoc nitore faciei, videtur ſignificari vnguentorum vſus, de quo Pſal. 23. 5. In eundẽ ſenſum alii vertunt*, Et oleũ ad illuſtrãdũ faciem. Et panem, ולחם *Quidam ſic vertũt hũc verſus partẽ,*

quanquam panis cor hominis fulciat. *acsi diceret, Sufficeret solus panis ad tolerandam hominum vitam: (homo enim contentus erit pane) sed Dominus adiungit & vinum & oleum ex abundanti. Repetit enim quod præcedenti versu dixerat,* educi panem è terra.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

16 ʼSaturantur arbores excelsæ, cedri Lebanón quas plantauit,

Arbores, montes, rupes.

Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis, petra refugium herinaciis.

17 ʼVt ibi aues nidificent: ʼciconiæ, abietes sunt domus.

18 Mótes excelsi ʼibicibus, petræ, ʼhospitium leporibus.

Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.

19 Fecit lunam ʼin tempora, sol nouit occasum suum.

Officium lunæ in nocte.

Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.

20 ʼPonis tenebras, & est nox: in ipsa ʼreptat omnis bestia syluestris.

Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.

21 Leunculi ʼrugiunt ad prædam, & ad quærendum à Deo escam suam.

Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis congregabuntur.

22 Oritur sol, congregant se, ʼ& in habitaculis suis accubant.

Sole orto homo ad opus suum reuertitur.

Exiuit homo ad opus suũ: 23 *Tunc* egreditur homo ad opus

16 Saturantur arbores excel. ישבעו עצי יהוה Ad verbum, Saturabuntur arbores Iehouæ. *pro, Satiantur. vel, Reficiuntur arbores excelsæ. nam quicquid eximium, magnum, & præstans est, id* Dei *esse dicitur: vnde hîc arbores excelsæ, dicuntur* arbores Iehoua. *Vide Psal. 36. b. 7.* Satiantur, *id est abunde irrigantur ab eodem imbre è cælo misso, de quo paulo antè, versu. 13.* 17 Vt ibi אשר שם In quibus illic, &c. *Alij,* Quód ibi. Ciconiæ, &c. חסידה ברושים ביתה *Ad verbũ,* ciconia, abietes domus eius. *id est, Ciconia pro mansione sua habet abietes.*

18 Ibicibus: ליעלים damis. rupicapris. Hospitium leporibus. מחסה לשפנים latibulum herinaciis. *Alij,* cuniculis.

19 In tempora, למועדים in stata tẽpora. *i. vt distinguat festos dies, menses & annos: & ita accommodata sit ad varios & multiplices vsus huius vitæ.* 20 Ponis תשת Inducis. Reptat תרמש *Fut. Heb. pro præs. i. peruagatur & discurrit.* 21 Rugiunt שאגים *Subaudiendum aliquid,* Tunc etiam rugiunt. *per noctis tenebras scilicet. Dicit, etiam leones non audere progredi interdiu, nisi vehemens vrgeat fames. Quòd dicit leones à* Deo *quærere cibum suum: non ideo dicit quòd illi agnoscant sibi à* Deo *prouenire alimentum: sed rem ipsam designat, q leones, nisi* Dominus *haberet curam ipsorum, & daret illis prædam aliquam, statim fame perirent.* 22 Et in habitaculis suis ואל מעונתם & in lustris suis.

suum, & ad culturam suam vs-
que ad vesperam.
'Quàm multiplicata sunt o- 24
pera tua Iehoua! omnia ipsa 'in
sapientia fecisti: impleta est ter-
ra 'possessionibus tuis.
Hoc mare magnũ, '& latum 25
locis: ibi reptilia quorum nõ est
numerus, bestiæ pusillæ cum
magnis.
Ibi naues ambulant, |Liuia- 26
thán iste quem formasti ad lu-
dendum in eo.
|Vniuersa ipsa 'in te sperãt, vt 27
des escam ipsorũ in tẽpore suo.
'Das eis, colligunt: aperis ma 28
num tuam, saturantur bono.
|'Abscondis faciem tuam, tur- 29

*& ad operationem suam vs-
que ad vesperum.*
*Quàm magnificata sunt
opera tua Domine! omnia
in sapientia fecisti: impleta
est terra possessione tua.*
*Hoc mare magnum, &
spatiosum manibus: illic re-
ptilia, quorum non est nu-
merus,*
*Animalia pusilla cum
magnis: illic naues pertrã-
sibunt:*
*Draco iste quem formasti
ad illudendũ ei: omnia à te
expectãt vt des illis escam
in tempore.*
*Dante te illis, colligent:
aperiẽte manũ tuã, omnia
implebuntur bonitate.*
Auertente autẽ te faciẽ,

*Omnia à Deo fa-
cta in sapientia.*

*De summa Dei po
tentia & sapien-
tia in mari, eius-
que piscibus.*

Iob 40.c.20

*Prouidentia Dei
erga homines &
bestias. psal. 136.
d.25, & 146.b.7*

Iob 34.b.14

24 Quàm multiplicata sunt מה רבו Quàm multa sunt. *Quidã,* Quanta sunt. In sapientia fecisti: בחכמה עשית *Psal. 136. a. 5, dicitur, Qui fecit cælos cum intelligentia.* Possessionibus tuis. קניניך *.i. opibus. Hinc videmus Deum omnia poßidere, & eius propria esse omnia, atque in eius potestate: vt hîc quidam Hebræorum annotant.*

25 Et latum locis: ורחב ידים *Ad verbum,* & amplum manibus. *i. locis & litoribus: aut vt alij exponunt, plagis, siue regionibus.*

27 In te sperant, אליך ישברון te expectant. 28 Das eis, colligunt: תתן להם ילקטון *Futura Heb.* Dabis eis, colligẽt. *Quidã,* Quum dederis eis colligent: & quum aperueris manum tuam, satiabũtur bono. 29 Abscondis תסתיר *Futura item Heb. etiã sequenti versu. Docet nos stare & cadere pro Dei nutu: quia stamus quãtisper ipse nos virtute sua sustinet: cadimus autem & deficimus simulatque subducit spiritum suum, id est virtutem viuificam quam nobis inspirat. Idem hîc tractat quod Paulus Act. 17. f. 28, Nos in Deo viuere, & moueri, & esse. nã tã homines quàm reliqua animalia non viuunt, nec quicquã habent vigoris nisi quatenus virtutẽ suam illis inspirat Dominus. Hîc, tanquã in speculo, nobis ostenditur Dei virtus, dum videmus quotidie mundum hunc deficere & renasci: aßiduè homines moriuntur & animalia: quotidie nascuntur noui homines, atque noua animalia subolescunt. vnde apparet mundum renouari.*

turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerē suū reuertētur.

Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

Sit gloria Domini in seculum: lætabitur Dominus *in operibus suis:*

Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo Domino *in vita mea: psallam* Deo *meo quādiu sum.*

Iucundū sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.

Deficiēt peccatores à terra, & iniqui, ita vt nō sint: benedic anima mea Domino. Halelu-ia.

bātur: ͗aufers spiritum eorum, deficiunt, & in puluerem suum reuertuntur.

30 Mittis spiritum tuum, creantur, & innouas faciem terræ.

31 ͗Sit gloria Iehouæ in seculū, ͗lætetur Iehouáh in operib᷒ suis: *Exhortatio ad laudandum Deum.*

32 Qui aspicit terrā, & tremit: tangit montes, & fumant.

33 Cātabo Iehouæ in vita mea: psallam Deo meo quandiu ero. *Promittit se Deū laudaturum.*

34 ͗Dulce erit ei eloquiū meum, ego lætabor in Iehoua.

35 ͗Consumantur peccatores de terra, & impii vltrà ne sint: ͗benedic anima mea Iehouæ. ͗Halelu-Iáh. *Imprecatio aduersus impios.*

CIIII. / CV.

Confitemini Domino, *& inuocate nomē ei᷒:*

1 CElebrate Iehouam, inuocate nomen eius: *Vehemens exhortatio ad Deū laudandum, inuocandum, quærēdum, eiusque præclara opera in memoriā reuocanda. 1. Par. 16. a. 8 iesa. 12. b. 4*

Aufers spiritū eorū, תּוֹסֵף רוּחָם colligis [retrahis] spiritū eorum. Quidā, congregabis spiritū eorum. 31 Sit gloria יְהִי כְבוֹד *Fut. Heb. pro imperat. i. Celebretur Dei nomen inter homines perpetuó. Vult gloriam Dei extare inter homines, atque etiā prædicari à nobis.* Lætetur יִשְׂמַח *Cupit Propheta rectum esse donorū Dei vsum, vt fluat ille ordo quem ab initio Deus statuit. Deus quodāmodo sibi displicet in operibus suis, quum videt pollui & inquinari creaturas quæ natura puræ erāt, nostro abusu & corruptela. Lætatur autē in suis operibus, quūm videt homines respicere in ipsum, nempe quū videt illos percipere ex eius manu victum, & referre vitam suam in hunc finem vt ipse celebretur.*

34 Dulce erit ei, &c. יֶעֱרַב עָלָיו שִׂיחִי *Ad verbū,* Dulcescet ei. *id est, Gratus erit ei sermo meus.* Alij, Sit ei suauis sermo meus. *Alij,* Erit sermo meus de illo dulcis. *vel,* iucūdus. *Fatetur his verbis meditationē, quæ alioqui pia est & sancta, non tamen dignā esse quæ* Deo *placeat, quatenus proficiscitur ab homine impuro & polluto, nisi* Dominus *sua beneuolentia ipsum amplecti velit.* 35 Consumātur יִתַּמּוּ Deficiēt. Consumentur. Vltrà ne sint: עוֹד אֵינָם donec non sint. *Ad verbū,* donec non ipsi. *sub. sint.* Vel, Vltrà non ipsi. *sub. erunt.* Benedic anima mea Iehouæ. בָּרְכִי נַפְשִׁי אֶת יְהוָה Prædica Iehouā ô anima mea.

Halelu-Iah הַלְלוּיָהּ *Dictio ex Imperatiuo Halelu, quod laudate significat, & Iah nomine Dei, composita.*

'cognoscere facite in Populis' o-
pera eius.
Cantate ei, psallite ei, loquimi-
ni de vniuersis mirabilib' eius.
Gloriamini in nomine sãcto
eius: lætetur cor quærentium Ie
houam.
Quærite Iehouam, '& forti-
tudinem eius: quærite ' faciem
eius semper.
Mementote mirabilium eius
quæ fecit, & prodigiorum eius,
'& iudiciorum oris eius,
o Semen Abraham serui eius,
ô filii Iaγαcób electi eius.
Ipse est Iehouáh De' noster,
in vniuersa terra iudicia eius.
'Memor fuit in seculum pacti
sui, verbi quod præceperat in
mille generationes,
Quod pepigit cum Abrahã,

Appellãs Israelẽ, commemorat fœdus quod cum Abraham, Isaac & Iacob cõstituerat.

Gene. 22. c. 16 luc. 1. g. 73 heb. 6. d. 17

*annuntiate inter Gentes o-
pera eius.*
2 *Cantate ei, & psallite ei:
narrate omnia mirabilia
eius.*
3 *Laudamini in nomine
sancto eius: lætetur cor quæ-
rentium Dominum.*
4 *Quærite Dominum, &
confirmamini: quærite fa-
ciem eius semper.*
5 *Mementote mirabilium
eius quæ fecit, prodigia ei',
& iudicia oris eius,*
6 *Semen Abraham serui e-
ius, filij Iacob electi eius.*
7 *Ipse Dominus Deus no-
ster, in vniuersa terra iudi
cia eius.*
8 *Memor fuit in seculum
testamenti sui, verbi quod
mandauit in mille genera-
tiones,*
9 *Quod disposuit ad Abra-*

IN PSALMVM CV.

1 Cognoscere facite הודיעו nota facite. prædicate. Opera eius. עלילותיו egregia facinora eius. 4 Et fortitudinem eius. ועזו *Arcam fœderis vocat hic* fortitudinem Dei, *quòd in ea virtus Diuina se exhiberet.* Faciem eius פניו Et *hic* facies Dei *p arca ponitur, quòd* Deus *pollicitus erat se præsentẽ exhibiturũ super illã. q. d. Cõuenite in eum locum vbi* Deus *coli vult: si vultis propinqui esse* Deo, *& cupitis fidem vestram magis ac magis augeri, vtque ipse vnum sit vobiscum, quærite illũ qualiter se vobis proponit ac manifestat. vult enim hæc signa & visibiles figuras vobis esse in vsu, quia videt vos esse infirmos.*
5 Et iudiciorum oris eius, ומשפטי פיו *Quidam* iudicia oris eius *referunt ad prædictionem Mosis: Deus enim per os Mosis iam prædixerat quid futurum esset, priusquam vllum prodigium extaret ab ipso.* Alii iudicia oris Dei *accipiunt pro portentis quæ quiuis posset facilè colligere non fortuitò accidisse, sed profecta esse à* Deo *ipso, vt per Mosen prænuntiarat futura.* 8 Memor fuit in seculum זכר לעולם Perpetuò meminit.

ham, & iuramenti sui ad Isaac:		& iuramenti sui ad Iʋsnhác.	
Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum:	10	Et statuit illud ipsi Iaʋacób in statutũ, Iʋsraʋeli *in* pactũ sempiternum:	
Dicens, Tibi dabo terrã Chanáan, funiculum hæreditatis vestræ.	11	Dicendo, Tibi dabo terram Chenaʋán funiculum hæreditatis vestræ.	
Quum essent numero breui, paucissimi, & incolæ eius:	12	Quum essent viri pauci numero, & pauco *tẽpore* peregrini fuissent in ea:	*Cura & prouidentia quam de illis habuit.*
Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum:	13	Et ambularent de gente ad gentem, de regno ad populum alterum:	
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis Reges,	14	Non permisit hominem iniuria afficere eos, & corripuit propter eos, Reges,	
Nolite tangere Christos	15	Ne tãgatis Christos meos, &	1.Par.16.c.22

9 Ad Iesphac. ליצחק *quod fecit de Isahac. vel,* pro Isahac. *Nam legimus, In Isahac vocabitur tibi semen,* Gen. 21.b.12. 10 Et statuit illud ipsi Iaʋacób in statutum, ויעמידה ליעקב לחק *Ad verbum,* Et stare fecit illud ipsi Iaʋacób in decretum *i. Fœdus illud ratũ fuit ipsi Iaacob, ita vt habeatur vice legis.* Iesraheli *in* pactum semp. לישראל ברית עולם *Repetitio est,* Israelem *vocans, quem* Iaacob *appellauerat.* Statutum, *siue* Legem, *&* pactum seculi, *siue* sempiternum *ideo vocat, vt sciamus non ideo illis paucis hominibus loquutũ esse Deũ vt ipsis solis prodesset testimoniũ salutis, sed vt nobis etiã comunis esset hęc gratia, imò vt fructus ad nos præcipuè peruenire. Hinc discamus nos coniungere cum Abraham, Isaac, & Iacob perinde acsi Deus nos esset alloquutus.*

11 Funiculum hæreditatis ve. חבל נחלתכם *Mutatio personæ, pro, sortem possessionis tuæ.* Funis *pro hæreditate.* 12 Viri pauci numero, מתי מספר *Ad verbũ,* homines numeri. *i. quũ adhuc facilè numerari possent præ paucitate.* Et pauco *tempore* peregrini כמעט וגרים *Ad verbum,* quasi modicum, & peregrini. ו *vau in* וגרים *retrahi debet in præcedentem dictionem,* וכמעט גרים & quasi modicum peregrini. *i. pauco tempore peregrini. Quidam* כמעט *præcedentibus iungunt, non obseruantes distinctionem Hebraicam quæ supponitur dictioni* מספר*, ac vertunt,* pauci admodum, àtque aduenæ. *vel,* viri numero pauci & aduenæ. 14 Et corripuit ויוכח sed coarguit. *Alij,* & castigauit. *Istud vides in Rege AEgypti,* Gene. 12. d. 17. *& in Rege Gerar,* Gene. 20. a. 3. 15 Christos meos, במשיחי vnctos meos. *Vocat sanctos patres, Abraham & filios eius, vnctos Dei & Prophetas. Alludit*

autem ad Legalẽ vnctionẽ. tunc quidẽ non solebãt vngi homines: sed quod in cæremoniis Legalibus postea expreßit Deus, iam tunc reipsa fuisse intelligamus oportet. Quoscunque igitur eligit Dominus, notam suam apponit: hoc est sanctificat eos Spiritu suo, tametsi externa vnctio non accedat, quæ erat nota vnctionis Spiritus sancti. Eadẽ ratione vncti fuerunt Prophetæ, quia Dominus familiariter se illis patefecit, non tantùm vt haberent singuli doctrinam salutis, sed vt eam traderent posteris. Abraham Prophetæ elogio ornatur in Genesi, 20.b.7, Quia Propheta est, & orabit pro te.

Prophetis meis ne malefaciatis. — *meos: & in Prophetis meis nolite malignari.*

De fame in Israel, cui Deus prospexit ac consuluit per Ioseph.

16 Et vocauit famem super terram, omnem virgam panis cõtriuit. — *Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.*

Gene. 37.f.28

17 Misit ante eos virum: [pro seruo venditus est Ioséph. — *Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.*

39.d.20

18 [Afflixerunt compedibus pedem eius, & in ferrum venit anima eius, — *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius,*

16 Omnem virgam panis כָּל מַטֵּה לֶחֶם *Per metaphoram vocat* virgam, *siue* baculum panis, *fulturam illam quæ nos sustinet. quia (vt Psalmo præcedente, versu 15, dictum est) officium panis est confirmare, siue fulcire cor hominis. In pane igitur conclusus est quasi baculus qui nos sustineat: velut si quis baculo innitatur, quòd vires deficiant. Conterit Dominus baculũ panis, vel quũ panẽ ipsum remouet, vt non suppetat nobis copia ad nos alẽdos. (Hoc sensu dicitur Ezech. 4.d.16, Conteram baculum panis in Ierusalem, & comedent panem in mensura, &c.) Vel quum Dominus tollit vigorem illum quem infundit pani, ita vt nos non sustẽtet. panis enim per se (quemadmodum dicitur Deuter. 8.a.3) non viuificat nos, sed verbũ quod egreditur ex ore Dei: hoc est arcana illa inspiratio. Quatenus ergo Dominus vigorem inspirat pani, sustentat nos: sed non habet intrinsecam illam virtutem vt nos viuificet.*

17 Virum: אִישׁ *Quisnam ille fuerit, mox declarat, quum dicit,* Venditus est Ioséph. *Paucis complectitur historiam totam, postea explicat quomodo fuerit missus: Primùm (inquit) vir iste est Ioseph, qui venditus fuit, &c.* 18 In ferrum venit anima eius. בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ *Hebraismus, pro, ferrum ingressum est animam eius.* Animam *pro corpore posuit, quòd afflicto corpore, affligatur & anima. q.d. Corpus eius vinctum fuit catenis. Idem bis dicit aliis verbis. Propheta narrat quod tunc satis notum erat. & celebre in populo Dei totáque Ecclesia (tametsi Moses in sua historia nõ meminerit) nempe quòd Ioseph nõ fuerit traditus in custodiam liberalem initio, sicut postea contigit temporis progressu: sed quòd duriter oppressus fuerit, ita vt pedes eius fuerint in compedibus afflicti, atque ita constrictus, vt esset quædam mortis species.*

donec veniret verbum eius.
Eloquiū Domini inflammauit eum: misit Rex, & soluit eum: princeps populorum, & dimisit eum.

19 Vſque ad tempus quo venit
"verbum eius: eloquium Iehouæ"purgauit eum.

20 ❘Miſit Rex, & ſoluit eum: dominator populorū, & ſoluit eū. Gene. 41.b.14

Constituit eum dominū domus suæ; & principem omnis possessionis suæ:

21 ❘Poſuit eum dominū domus ſuæ, & dominatorem "in omni poſſeſſione ſua: 41.c.40

Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiā doceret.

22 "Vt alligaret principes eius "ſecundum animam ſuam, & ſenes eius "ſapientes efficeret.

Et intrauit Israel in AEgyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham:

23 ❘Et ingreſſus eſt IשׂraNél AEgyptum, & Iayacób peregrinatus eſt "in terra חHam: 46.a.6 *Introitus filiorum Israel in AEgyptū, & quod illis euenit per AEgyptios, AEgyptiisque eorum causa.*

19 Verbum eius: דברו *Hebraismus, pro, id quod Deus decreuerat de ipso Ioseph: & tum oraculū Dei, id est interpretatio somnij Pharaonis immissa à Deo, reddidit illum probatum ipsi Pharaoni. Relatiuum sine antecedente. posset tamen referre Ioseph, quod doctis quibusdam magis probatur*, donec venit verbum Ioſeph, *id est donec Dominus illum eripuit è carcere, & patefecit eius conditionem quam illi decreuerat, & quæ prius ignota erat.* Purgauit eum. צרפתהו examinauit eum. probauit eum, *nempe vt probatur argentum.* Eloquium, *siue* ſermone Iehouæ *vocat arcanum Dei secretum quod de Ioseph decreuerat, quod suo tempore cognitum fuit.* Hic eloquium Dei *vocat quod profani homines Fatum vocant. Quisque verbū suum habet. hoc est, cuique est certa cōditio decreta.*

21 In omni poſſeſſione ſua: בכל קנינו ſuper cunctas opes ſuas,

22 Vt alligaret לאסר Ad vinciendum. *i. vt in vinculis etiam cōtineret principes viros vt prius detentus fuerat. Alij,* Ad erudiēdū. *à* יסר *quod loco non conuenit. Rectius illi qui metaphoricam esse loquutionē dicunt. Ioseph dicitur ligasse primores AEgypti, quòd tanto imperio fuerit præditus, vt veluti ligaret ad animū suum, vel ad suam sententiā ac votū animi sui ipsos principes: hoc est, deuinctos teneret arbitrio suo, & subiectos suæ potestati. Valde apta tralatio: quia nemo tūc in AEgypto dominabatur post Regē præter ipsum Ioseph.* Secundū animā ſuā. כנפשו *Hebraismus, pro, arbitrio suo.* Sapientes efficeret. יחכם ſapientiā doceret. *Ostendit ipsum Ioseph non dominatum fuisse vel crudeliter, vel stultè & absque iudicio, sed ita vsum fuisse imperio sibi tradito, vt sibi ipse regulam & legem imponeret.*

23 In terra חHam. בארץ חם *Idem alijs verbis dicit, AEgyptum vocat* terram חHam, *quòd Misraim qui author vel pater fuit gentis AEgyptiacæ, esset primogenitus Ham, siue Cham.*

'Et auxit populum suum val- 24
de, & roborauit eum præ hosti-
bus eius.

Et auxit populum suum vehemēter: & firmauit eū super inimicos eius.

Exod.1.b.8.c.16 |Conuertit cor eorū vt odio 25
haberēt populū suum: vt machi
narentur dolos in seruos suos.

Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius.

3.c.10.& 4 d.15.g.30 | *Tunc* misit Moשéh seruum 26
suū, & Aharón quem elegerat:

Misit Moysen seruū suū: Aaron quem elegit ipsum.

7.a.9 |*Qui* posuerunt in eis 'verba si- 27
gnorum eius, & prodigia in ter-
ra חHam.

Posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorū in terra Cham.

10.f.22 |Immisit tenebras, & obscu- 28
rauit: 'neque repugnarūt verbo
eius.

Misit tenebras, & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos.

7.d.20 |Conuertit aquas eorū in san- 29
guinē, & occîdit pisces eorum.

Cōuertit aquas eorum in sanguinem: & occîdit pisces eorum.

8.b.6 |'Edidit terra eorum ranas in 30
cúbilibus Regum ipsorum.

Edidit terra eorū ranas in penetralib⁹ Regū ipsorū.

8.f.24 |Dixit, & venit 'cōgregatio mi- 31
sta bestiarum, pediculi in omni
termino ipsorum.

Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in omnibus finibus eorum.

9.e.23.g.2 |'Dedit pluuias eorum gran- 32
dinem, ignem 'flammarum in
terra ipsorum.

Posuit pluuias eorū grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum:

Percussitque vites eorum, & 33
ficus eorum, contriuit quoque

Et percussit vineas eorū & ficulneas eorū, & cōtriuit

24 Et auxit ויפר *sub.Deus.* 27 Verba signorum eius דברי אותותיו *Hebraismus, pro, facta, vel res signorum Dei. vel potius signa ipsa. Seipsum mox explicat. hoc est Moses & Aaron miracula ediderunt inter AEgyptios.* 28 Neque repugnarunt ולא מרו neque rebellarunt. *Commendat fidem Mosis & Aaronis, quòd strennè exequuti sint quicquid mandauerat Deus.* 30 Edidit סרץ produxit.

31 Congregatio mista bestiarum, ערוב feræ omnis generis. *Vel,* turba miscellanea ferarum. *Alij,* insectū. *Alij,* mistura, *vel* examen. *sub. insectorum.* 32 Dedit pluuias eorum grand. נתן גשמיהם ברד posuit imbres eorum grandinem. *Hebraismus. pro, Deus vertit imbres eorum in grandinem. Vel, pro pluuia dedit grandinem.* Flammarum להבות *Hebraismus, pro conflagrantem & vrentem.*

lignum finium eorum.

arbores termini eorum.

34 *Dixit, & venit locusta & brucus, cuius non erat numerus:*

|Dixit, & venit locusta,& brucus absque numero: *Exod.10.b.4.d.13*

35 *Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorũ.*

"Et comedit omnem herbam in terra eorum, & comedit fructum terræ ipsorum.

36 *Et percußit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.*

|Percussit insuper omnem primogenitum in terra eorũ, "primitias omnis roboris eorum. *12.a.29*

37 *Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.*

|Eduxítque eos cum argento & auro,nec fuit "in tribubus ei⁹ "debilis. *12.e.36*

Exitus ex AEgypto cum lætitia, ficut Deus promiserat.

38 *Lætata est AEgyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.*

Lætata est AEgyptus quum egressi sunt: quia irruerat pauor ipsorum super eos.

39 *Expandit nubem in protectionem eorum: & ignem vt luceret eis per noctem.*

|Expandit nubem "in tentorium: & ignem ad illustrandam noctem. *13.d.21 psal.78.b.14*

40 *Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos.*

"|Petiit, "&adduxit coturnices: "& pane cæli saturauit eos. *Exod.16.c.13*

41 *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina:*

|Aperuit petram, *&* fluxerunt aquæ: "abierunt per arida *loca, instar* fluminis. *17.b.6 nume.20.b.11 suprà 78.c.20 sap.11.a.4 1.cor.10.a.4*

35 Et comedit ויאכל Et depastus est. deuorauit. consumpsit.

36 Primitias, *&c.* ראשית לכל אונם *Ita circunloquitur primogenita quæ solent gigni quum parentes valent viribus.* Vide Gene. 49. a. 3.

37 In tribubus eius debilis. בשבטיו כושל in familiis eius infirmus. *vel*, impingens. *Quidam intelligũt relatiuum pertinere ad* Deũ, *quòd* Deus *populum illum adoptasset, vt essent ipsius tribus. Aliis videtur potius mutatio numeri.* Non fuit ergo in familiis ei⁹, *id est eorũ, vel populi, vel gentis, quisquam debilis.* 39 In tentorium, למסך in operimentum. *vel* tegumentũ. *Illud in die fiebat, ad vitandos calores.*

40 Petiit, שאל *In malam partem accipitur hoc loco: quia populus non suppliciter rogauit, sed prosiliit cum sua intemperie, & frænum sic laxauit prauæ suæ cupiditati vt* Deo *obstreperet, imò furiosè cum ipso litigaret.* Et adduxit coturnices, ויבא שלו & venire fecit *illis* De⁹ coturnices. Et pane cæli ולחם שמים Sic *vocat man. fuit enim insolitum vt man è cælo deplueret.* 41 Abierunt הלכו *.i. defluxerunt, decurrerunt.*

Gene.22.c.16

|Quoniam recordatus est 'ver 42
bi sanctitatis suæ cum Abrahám
seruo suo:

Iosue 3.d.17

|Et eduxit populum suum in 43
gaudio, cum iubilo electos suos.

Eorum introitus in terram sanctam, & quare.

Et dedit eis terras Gentiũ,& 44
labores Populorũ 'possederunt:

Vt custodirent statuta eius, 45
& leges eius conseruarent. Ha-
lelu-Iáh.

¶Halelu-Iáh. CVI.

Iudith 13.c.21
Laudat Deum vt se & alios fideles erigat in bonam fiduciam.
Eccli. 43.d.35

CElebrate Iehouam, quoniã 1
bonus, quoniam in seculũ
misericordia eius.

|Quis eloquetur fortitudines 2
Iehouæ, & 'narrabit omnem lau
dem eius?

Beati qui custodiunt 'iudi- 3
cium, qui faciunt iustitiam om
ni tempore.

Memento mei Iehoua 'in be- 4
neplacito populi tui: visita me

Quoniam memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerum suum:

Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in Letitia.

Et dedit illis regiones Gẽtium, & labores Populorũ possederunt:

Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Halelu Ia.

Halelu Ia. CV.

COnfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?

Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiã in omni tempore.

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos

42 Verbi sanctitatis suæ דבר קדשו *id est promissionis suæ sanctæ quam fecerat ad Abraham.* 44 Possederunt. ירשו in hæreditatem acceperunt. *Labores populorum vocat agros excultos ab ipsis Chananæis.*

IN PSALMVM CVI.

2 Narrabit ישמיע *Ad verbum,* audire faciet. *i. diuulgabit, vel celebrabit.* 3 Iudicium, משפט *Iudicii & iustitiæ nomen eodem sensu hîc sumũtur: est enim repetitio. Sed tamen priore membro aliud quiddam Propheta significat, quàm secũdo. nam Custodire, siue obseruare iudicium, est ex animo sese addicere ad rectè agendum: facere verò iustitiã, pertinet ad externa opera. Breuis est veræ pietatis definitio, vt homines ex corde rectè agant: deinde etiam externis operibus testẽtur sibi iustitiam placere, & cordi esse.* 4 In beneplacito populi tui: ברצון עמך *Hebraismum sic quidã vertunt,* propter fauorem tuum erga populũ tuũ. *Alii melius,* fauore illo quo prosequeris populum tuum. *Petit enim Propheta à Domino, vt bonitatẽ & misericordiam qua complexus est Ecclesiam suam, in ipsum extendat.*

in salutari tuo:
Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandũ in lætitia gẽtis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua.
Peccauimus cũ patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.
Patres nostri in AEgypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
Et irritauerunt ascenden tes in Mare, mare Rubrũ.
Et saluauit eos propter nomẽ suum: vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare Rubrũ, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto:
Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

°in salute tua:
5 Vt videã °bonũ electorũ tuorũ, vt læter in lætitia gentis tuæ, & glorier cum hæreditate tua.
6 ‖Peccauim° cũ patrib⁹ nostris, praua fecimus, impia fecimus.
7 Patres nostri in AEgypto °nõ intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiarum tuarum: sed rebellauerunt °iuxta Mare, in mari pSuph.
8 Seruauit tamen eos °propter nomen suum, vt notam faceret fortitudinem suam:
9 ‖Et increpuit mare pSuph, & siccatum est, & ambulare fecit eos per abyssos tãquam per desertum:
10 Seruauitque eos de manu °odio habentis, °& redemit eos de manu inimici.

Iudith 7.d.19
Fatetur Propheta coram Deo, totum populum impiè & perfidè se gessisse.
Cur Deus saluet populum suum.
Exod.14.e.21

In salute tua. בישועתך *Hebraismus, pro, ope tua salutifera. Salutẽ Dei accipit pro effectu illius beneplaciti. Nam vbi Deus propitius est populo suo, simul etiam apparet seruator.*

5 Bonum בטובת *Ad verbum,* in bonitate. *Videre bonum, siue in bonitate, Hebraismus, pro, Frui bono. Seipsum exponit mox sequentibus, Vt læter, &c. Videre pro frui, vt Videre regnum Dei, Videre vitam. q.d. vt particeps fiam eius beneficentiæ quam semper experti sunt electi tui.*

7 Non intellexerunt mirabilia tua, לא השכילו נפלאותיך non prudenter perpenderunt mirabilia tua. *Alii,* non prudentes fuerunt in mirabilibus tuis. Iuxta mare, in mari pSuph. על ים בים סוף ad mare in mari Suph. *i. caricoso, siue iuncoso. dum scilicet transituri essent Mare rubrũ, quod sanè arũdinibus abundat & iuncis.* 8 Propter nomen suum: למען שמו *Mox sequentibus verbis declarat quid sibi velit Seruatos fuisse Israelitas propter nomen Dei. nam dictum fuisset in Gentibus; vel defuisse virtutem Domino, ad peragendum opus liberationis quod inceperat, vel proditum miserè fuisse populum.* 10 Odio habentis שונא hostis. Et redemit eos ויגאלם & liberauit eos. Alii, & vindicauit eos.

Exod. 14. f. 27 Et operuerunt aquæ hoſtes eorum, vnus ex illis non remanſit.

11 *Et operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis non remanſit.*

Tunc crediderunt verbis eius, cantauerunt laudem eius.

12 *Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudē eius.*

'Feſtinauerunt, obliti ſunt operum eius, 'non expectauerūt conſilium eius.

13 *Citò fecerunt, obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt conſilium eius.*

17. a. 2
1. cor. 10. b. 6 Et concupierūt concupiſcētiam in deſerto, '& tentauerunt Deum in ſolitudine.

14 *Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto: & tentauerunt Deū in inaquoſo.*

Nume. 11. f. 31 Et dedit eis petitionem eorū: veruntamen immiſit 'maciem 'in animam eorum.

15 *Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatē in animas eorum.*

'Et inuiderunt ipſi Moſcſe in caſtris, ipſi Aharon ſancto Iehouæ.

16 *Et irritauerunt Moyſen in caſtris: Aaron ſanctum Domini.*

13 Feſtinauerunt, obliti ſunt מהרו שכחו *Duo verba ſine coniunctione, quorum alterum Latini per aduerbium reddunt, ſic,* Feſtinanter obliti ſunt. *q. d. Crediderunt verbis Domini, ſed ad momentū: nam ſtatim obliti ſunt.* Non expectauerunt conſilium eius. לא חכו לעצתו *Non expectare Dei conſilium, eſt non permittere ſe Dei prouidentiæ regendum, non ſinere Deum ſapere & nobis proſpicere, quemadmodum vtile eſſe nouit. Quum ergo volumus eſſe nimis prouidi, & petimus vt Dominus ſtatim compleat quod tulerit noſtra libido, hîc iugum fidei & obedientiæ excutimus. Quiſquis nimium feſtinat, oſtendit ſe non credere verbo Domini: nam fides ſpoliat nos propria ſapientia, vt Deus ſuo cōſilio & arbitrio nos gubernet.* 14 Et tentauerunt Deum וינסו אל *Tentatur Deus vbi non acquieſcimus eius arbitrio, ſed importunè expetimus quod ipſe dare non vult. Deus enim, etiāſi nullis modis ac rationibus ſit aſtrictus, vult tamen ſenſus noſtros aſtringi rationibus quas nobis proponit.* 15 Maciem רזון tabem perniciem. *q. d. carnes illæ quibus volebant corpus ſuum reddere robuſtius, illos macriores & imbecilliores reddiderunt. Obſequutus quidē eſt Dominus deſideriis ipſorum, ita tamē vt peſſimè ceſſerit: nihil enim retulit amplius quàm maciem.* In animam eorum בנפשם *Anima pro corpore.*

16 Et inuidêrunt, *&c.* ויקנאו למשה Et zelati ſunt aduerſum Moſen in caſtris, & aduerſus Aarō ſanctum Iehouæ. *q. d. Inuiderūt Moſi in caſtris & Aaroni, quorum opinionem labefactare cupiebant, & ſeſe præferre illis, vel æquare. Nō potuerūt ferre Dathā & Abiram vt Dominus populum regeret per manum Moſis & Aaronis: quæ ſanè nimis in-*

digna superbia fuit. nõ enim volebant Mosi imperiũ eripere, sed ipsi Deo. Vide Nume. 16. a. 1.

Aperta est terra, & deglutiuit Dathã: & operuit super cõgregationem Abirom,	17	¶*Tunc* aperuit se terra, & deglutiuit Dathan, & operuit congregationem Abirám:	*Nume. 16. e. 31 deut. 11 a 6* *Coniuratio Coreh, Dathan, & Abirõ contra Mosen & Aaronem.*
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores:	18	Et exarsit ignis in congregationem istorum, flamma combussit impios.	
Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.	19	¶Fecerunt præterea vitulum in חHoreb, & incuruauerunt se conflatili:	*Exod. 32. a. 4* *Vitulus aureus, eorúmque idololatria obliuiscentiũ beneficia Dei.*
Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.	20	Et permutauerunt ʹgloriam suam in similitudinem bouis comedentis herbam.	
Obliti sunt Deũ qui saluanit eos, qui fecit magnalia in AEgypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro:	21	Obliti sũt Dei saluatoris sui, qui fecerãt magna in AEgypto,	
	22	Mirabilia in terra חHam, terribilia in mari סSuph.	
Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in cõspectu eius,	23	ʹEt dixit se disperditurum eos, nisi Mošéh electus eius stetisset ʹin ruptura coram eo, vt auerteret iram eius ne disperderet.	*Exod. 32. c. 11* *Moses pro eis orat.*
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos. & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:			
Non crediderunt	24	ʹSpreuerunt etiam terram desiderabilem, non crediderunt	

20 Gloriam suam כבודם *Hebraismus, Relicto vero Deo, qui erat gloria & decus eorum, coluerunt simulachrũ bouis, quod illis fuderat Aaron.*

23 Et dixit se disp. &c. ויאמר להשמידם *Ad verbum*, Et dixit ad disperdendũ ipsos. *i. Decreuit, siue hoc sibi proposuit Deus vt ipsos perderet.*

In ruptura, &c. בפרץ לפניו *Ad verbum*, in diuisione ad faciem eius. *id est, nisi in puncto iræ occurrisset Deo, recente adhuc scelere. quod nõ minus erat periculosum, quàm est ruptura murorum: quod ea parte pateat hostibus in vrbem aditus. Metaphora à ruptione murorum vrbis obsessæ qua parte hostes irrumpunt. Vide Ezech. 13. a. 1. & 22. g. 30, similem loquutionem. Stetisse in fractura dicitur Moses, quũ sua intercessione ita placauit Deum vt non irrueret in populum, quemadmodum aditus patebat.*

24 Spreuerunt etiam וימאסו Et abominati sunt. *auditis scilicet exploratoribus.*

Murmuratio ab illis facta reuersis exploratoribus terræ sanctæ.
Nume.14.e.28

verbo eius.
Et murmurauerunt in tabernaculis suis, non obtemperauerunt voci Iehouæ. 25
¶ Et eleuauit manum suam super eos, se prostraturũ eos in deserto: 26
Prostraturum etiam semen eorum in Gentibus,& dispersurum eos in terras. 27
Eorum idololatria cũ Moabitis,qua Dominus iratus volebat eos perdere nisi Phinees eum placasset.
Nume.25.b.7
Adhæserunt insuper ipsi Baal-peor,& comederunt sacrificia mortuorum. 28
Et irritauerunt Deum operibus suis,& creuit in eis plaga. 29
Tum stetit Pinhhas,& diiudicauit,& cohibita est plaga. 30
Et reputatum est illi ad iustitiam in generatione & generationem vsque in seculum. 31

verbo eius: & murmurauerunt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem Domini. 25
Et eleuauit manum suã super eos vt prosterneret eos in deserto, 26
Et vt deiiceret semen eorum in Nationibus,& dispergeret eos in regionibus. 27
Et initiati sunt Beel-phegor,& comederũt sacrificia mortuorum. 28
Et irritauerunt eũ in adinuentionibus suis:& multiplicata est in eis ruina. 29
Et stetit Phinees, & placauit,& cessauit quassatio 30
Et reputatum est ei in iustitiam in generatione & generationem vsque in sempiternum. 31

26 Et eleuauit manum suam וישא ידו Idcirco eleuauit manũ suã. *Hebraismus, sublata manu iurauit eis.* 27 In terras. בארצות *.i. per varias regiones.* 28 Adhæserunt insuper ויצמדו Et copulati sunt. Et cõiugati sunt. *nempe vt par iumentorum ad iugum alligatur. quo tropo & Apostolus vtitur, Nolite iugum trahere cum infidelibus.* 2.Cor.6.c.14. Mortuorum. מתים *Mortuos opponit Deo viuo: vocat enim sacrificia mortuorum quæ idolis oblata fuerant.* 29 Et creuit ותפרץ & fracta est. *vel* perrupit. *i. amplior facta est. acsi fracta esset maceria plagarum.* Alii, Et multiplicata est. 30 Tum stetit ויעמד. *i. Animosè surrexit vt pœnas sumeret de scortatore.* Et diiudicauit, ויפלל & vindicauit. Alii, iudicauit. *i. præbuit se vindicẽ, non expectata Iudicum sententia sumpsit pœnas de Zamri. Chaldæus paraph. vertit, & orauit. quem sequuntur quidam.* Et cohibita est ותעצר & cessauit. sedata est. 31 Et reputatum est, &c. ותחשב לו לצדקה *Hebraismus, pro Iustus reputatus, siue habitus est a Deo: vt à bonis operibus homines censentur boni: iusti item, qui piè & sanctè viuunt. sic quòd iustitiam exercuit, scortatorem occidendo, tametsi priuata tum persona, nõ publica esset, iustus habit⁹ est, & iustitiã exercuisse dict⁹ est quæ Deo probaretur: cuius iustitiæ memoriam perpetuò durare ac vigere voluit: vt fideles quoties legerent historiam illam, agnoscerent Phinees strenuum fuisse*

vindicem gloriæ Dei quæ paßim tunc inter Iudæos polluta erat. Gallicè dicim⁹,Il fut dict auoir fait acte de iustice.ou d'homme de bien & iuste

Et irritauerunt eum ad aquas Contradictionis, & vexatus est Moyses propter eos:quia exacerbauerũt ſpiritum eius,

Et diſtinxit in labiis ſuis. non diſperdiderunt Gentes, quas dixit Dominus illis:

32 |Irritauerunt etiam illũ iuxta
aquas 'Meriba,'& malũ fuit ipſi
MoVVſeh propter eos: — Nume.20.a.1 *Murmur eorum ex inopia aquarũ*
33 Quia 'exacerbauerunt ſpiritũ
eius,'& protulit labiis ſuis.
34 *Præterea* non diſperdiderunt
populos |de quibus dixerat illis — Deut.7.a.1
Iehouáh:

Et commiſti ſunt inter Gẽtes, & didicerunt opera eorum:& ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.

35 Sed miſcuerunt ſe cum Gen- — *Eorum idololatria in terra Chanáan*
tibus,& didicerũt 'opera eorum:
36 Seruierúntque 'ſculptilibus eo
rum,& fuerunt eis laqueus.

Et immolauerũt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis:

37 Nã ſacrificauerunt filios ſuos
& filias ſuas dæmoniis:

Et effuderunt ſanguinem innocentem.ſanguinem filiorum ſuorum& filiarũ ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanáan,

38 Et effuderunt ſanguinem in-
nocentem, ſanguinem filiorum
ſuorũ & filiarũ ſuarũ, quos ſacri-
ficauerunt ſculptilibus Chenáyã
& infecta eſt terra 'ſanguine.

32 Irritauerunt etiam illum ויקניפו *Ad verbum*, Et irritauerunt illum. *vel*, Et prouocauerunt eum ad iracundiam. Meriba, מריבה Vide *Pſal.*95.8. Et malum fuit ipſi Mocſe וירע למשה *quia ſcilicet fruſtratus fuit ingreſſu terræ propter infidelitatẽ. Tã grauis fuit populi contumacia vt pœna vſque ad Moſen ipſum redundauerit.*

33 Exacerbauerunt ſpiritum eius, המרו את רוחו rebelles fuerunt ſpiritui eius. *Vel*, rebellare fecerũt[*ſub.* Moſen]ſpiritui eius. *ſub.* Dei. *Rectius noſter interpres, rebellare fecerũt ſpiritum eius. nempe Moſis. inductus enim fuit malitia populi, & compulſus etiam quaſi violẽter ad peccandum.* Et protulit ויבטא & pronuntiauit. *ſub. verba quæ dubitationem præ ſe ferebãt de promißionibus* Dei, *nempe*, Audite increduli, *an de petra*, &c. Nume.20.*b*.10. *Quidam*, Et perperam loquutus eſt.

35 Opera eorum, מעשיהם *Opera intelligit peruerſos & vitioſos cultus quibus infecti fuerunt Iſraelitæ. Sequenti verſu ſeipſum declarat.*

36 Sculptilibus eorũ, עצביהם faſtidiis eorum.triſtitiis eorũ. *Hebræi idola vocant faſtidia, triſtitias, & meras moleſtias. Sequenti verſu vocat dæmonia.* 38 Sanguine. בדמים ſanguinibus *i. cæde. Iſtud referri debet ad iniuſtas neces. Accuſat enim populum quod non tãtùm idololatra fuerit, ſed etiam crudelis fuerit aduerſus homines ipſos.*

Et polluerunt se in operibus 39
suis, ac fornicati sunt in operi-
bus suis.
Vnde iratus est furor Iehouæ 40
in populum suum, & abomina-
tus est hæreditatem suam:
Deditque eos in manum Gen 41
tium, & dominati sunt eis 'odio
habentes eos.
Et oppresserunt eos inimici i- 42
psorum, 'humiliatique sunt sub
manu illorum.
Vicibus multis liberauit eos, 43
'ipsi autem 'exacerbauerunt *eum*
consilio suo, '& humiliati sunt
propter iniquitatem suam.
'Attamē vidit quum esset eis 44
angustia, quum audiret ipse cla
morem eorum.
[Et recordatus est 'illis pacti 45
sui, 'pœnituitque eum secundū
multitudinē miserationū suarū.
'Et dedit eos in miserationes 46

Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.

Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatē suam.

Et tradidit eos in manus Gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorū. & humiliati sut sub manibus eorum: sæpe liberauit eos:

Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit quum tribularētur: & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.

Et dedit eos in misericor-

Summa Dei misericordia in populū suum tam sæpe rebellem, liberans eos ex ipsorum inimicis propter fœdus suū cum eis initū.

Deut.30.a.3

41 Odio habentes eos. שונאיהם hostes eorum.
42 Humiliatíque sunt ויכנעו & prostrati sunt. *Alij*, & humiliauerunt sub manum suam. *vel*, & subegerunt eos suæ potestati.
43 Ipsi autem והמה *Ad verbum*, & ipsi. *Quidam vertunt*, ipsi tamen. Exacerbauerunt *eum* וימרו repugnauerunt, *sub.* Deo. *Alij*, rebelles fuerunt. Et humiliati sunt וימכו & deiecti sunt. *vel*, attriti. *Alij*, confecti, *vel* depressi sunt in sua iniquitate.
44 Attamen vidit וירא *Ad verbum*, Et vidit.
45 Illis להם erga illos. / Pœnituítque eum secundum multitudinem mis. s. וינחם כרוב חסדיו & pœnitudine ductus est ob amplitudinem misericordiarum suarum. *Quasi mutasset sententiam, cœpit eos benignè tractare iuxta abundantes suas misericordias, vel ob multam suam bonitatem, siue sua ingenti misericordia commotus.*
46 Et dedit eos in miserationes ויתן אותם לרחמים Hebraismus, *pro, fecit vt ij qui illos in captiuitatem abduxerant, cum illis summa misericordia agerēt.* Hac loquutione *ostēdit, homines sic regi manu* Dei, *vt vel*

inflammet ipsorum corda ad sæuitiam, vel ad humanitatem flectat quoties visum est.

dias in conspectu omnium qui ceperant eos.

corã omnibus qui captiuos abduxerunt eos.

Saluos nos fac Domine Deus noster: & cõgrega nos de Nationibus:

Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

47 Serua nos Iehoua Deus noster, & congrega nos de Gentibus: vt celebremus nomen sanctitatis tuæ, vt laudemus in laude tua.

Ardens oratio pro ipsorũ liberatione.

Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum: & dicat omnis populus, Fiat fiat.

48 Benedictus Iehouáh Deus Iisraël à seculo & vsque in seculũ: & dicat omnis populus, Amen: Halelu-Iáh.

Landes Deo.

C VI.

Halelu-Ia.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicãt qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos,

A Solis ortu & Occasu, ab Aquilone & Mari.

Errauerunt in solitudine, in inaquoso, viam ciui-

C VII.

1 Celebrate Iehouã, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Exhortatio ad omnes quos Dominus ex afflictione liberauit vt eum laudent.

2 Dicant redempti Iehouæ, quos redemit de manu inimici,

Iudith 13.c.21

3 Et de terris congregauit eos, ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone & à Mari.

4 Quum errarent in deserto in solitudine à via, &

Dominus in viam reducit vagos atque errantes.

47 Vt laudemus in laude tua. להשתבח בתהלתך *Hebraismus est, laudare in laude, vel laudare laudem: quo significant sibi fore nomen Dei pro laudis materia. quemadmodum prius dixerant,* Vt confiteamur nomini tuo. *ita nunc, ad laudandum laudem tuam. id est vt non gloriemur nisi in te vno, & ita laus tua sit nobis argumentum lætitiæ & cantus.*

48 Et dicat ואמר & dicet. *Iste Psalmus est finis libri quarti Psalmorum apud Hebræos: cui etiã apponitur Amen, vt in fine aliorũ librorũ: de qua dictione dictũ est Psal. 41, versu vltimo, & Psal. 89, etiã versu vltimo.*

IN PSALMVM CVII.

2 Dicant יאמרו *Quidã existimant aliquid subaudiendũ,* Dicãt, *hoc est prædicent quicquid beneficij in ipsos contulerit. Alij malunt istum versum cum primo connexere, hoc modo,* Celebrate Iehouam: quoniam bonus, quoniam in seculũ misericordia eius, Dicant redempti Iehouæ. *q. d. Redempti Domini non tantùm expendant intus secum quàm benignè cum ipsis egerit Dominus, sed celebrent etiam coram toto mundo eius laudes, alios excitantes ad studium laudandi Dei.*

ʹciuitatem habitationis non in-
uenirent:
5 Famelici, etiam ſitibūdi, *adeò*
ut anima eorū in ipſis deficeret:
6 ʹTum clamauerunt ad Iehouā
in anguſtia ſua, & de anguſtiis
eorum eruit eos:
7 Deduxítque eos per viam re
ctam, vt irent ad ciuitatem ha-
bitationis.
8 ʹCelebrent *ergo* Iehouæ mi-
ſericordiam ſuam, & mirabilia
eius filiis hominum,
9 Quòd ſaturauerit animam
ʹauidam, & animam famelicam
impleuerit bono.
10 Habitantes in tenebris, & vm
bra mortis, ʹvincti afflictione &
ferro,
11 Quia rebelles fuerunt elo-
quiis Dei, & conſilium Altiſſimi
ʹdeſpexerunt:
12 Propterea humiliauit ʹ in la-
bore cor eorum: ʹcorruerūt, nec
fuit auxiliator.
13 Tunc clamauerunt ad Ieho-
uam in anguſtia ſua, & de angu

Fame ac ſiti laborantes, clamantes ad Deum, ſatiantur.

Captiui vinctiq́, in carcere propter ipſorū rebelliones.

tatis habitaculi non inuenerunt:
5 *Eſurientes & ſitientes, anima eorū in ipſis defecit.*
6 *Et clamauerunt ad Dominum quum tribularentur: & de neceßitatibus eorum eripuit eos.*
7 *Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.*
8 *Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum,*
9 *Quia ſatiauit animam inanem, & animā eſurientem ſatiauit bonis.*
10 *Sedentes in tenebris & vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro:*
11 *Quia exacerbauerūt eloquia Dei, & conſilium Altißimi irritauerunt:*
12 *Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret.*
13 *Et clamauerunt ad Dominum quum tribularentur, & de neceßitatibus eo-*

4 Ciuitatem habitationis עיר מושב Hebraiſmus, *ciuitatem habitatam, ſiue habitabilem, in qua poſſent habitare.*

8 Celebrent, &c. יודו ליהוה נו׳ Gratias agant Iehouæ *propter* miſericordiā eius, & *narrent* hominibus mirabilia eius. *i. Laudent Deum, & reddant illi teſtimonium ſuæ miſericordiæ.*

9 Auidam שוקקה deſiderantem. anhelam. *id eſt ſitibundam. Alij,* inanem. 10 Vincti afflictione אסירי עני conſtricti afflictione. *ſub. neruorum. i. conſtricti vinculis quibus corpus affligitur.*

11 Deſpexerunt: נאצו abominati ſunt. execrati ſunt. flocciſecerunt. 12 In labore בעמל in moleſtia. *ſiue* moleſtiis.

Corruerunt, כשלו *ſub. in captiuitatem.*

rum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit.

Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum,

Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Et clamauerunt ad Dominum quum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbũ suũ, & sana-

stiis eorum seruauit eos:
14 Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula corũ dis-
rupit.
15 Celebrent *ergo* Iehouæ mise-
ricordiam suam, & mirabilia e-
ius filiis hominum,
16 Quòd contriuerit portas æ-
reas, & vectes ferreos cõfregerit
17 Stulti propter viam præuari-
cationis suæ, *&* propter iniquita
tes suas affliguntur:
18 Omnẽ escam abominata est
anima eorum, & peruenerunt
vsque ad portas mortis.
19 Tunc clamauerunt ad Ieho-
uam in angustia sua, ab angu-
stiis eorum seruauit eos.
20 Mittit verbũ suum, & sanat

Afflicti morbo propter ipsorum peccata, implorantes Deum, liberãtur, propterea eum laudant.

14 Disrupit. ינתק *Fut. Heb. pro præsenti aut præterito.*

16 Contriuerit שבר confregerit. *His verbis exornat* Dei *gratiam, quæ apparet in eorum liberatione qui poterant videri addicti perpetuæ seruituti. Quum ergo illi præter spem exeant, perinde est acsi* Dominus *virtute sua confringeret portas æneas, & vectes ferreos contereret.* Confregerit. גדע comminuit. destruxit. concidit.

17 Propter viam præuaricationis suæ. מדרך פשעם *Hebraismus, ob proclinitatem ad scelera, quæ est velut via. Alij exponunt, Stulti propter scelera, &c. Quidam vertunt*, propter viam defectionis suæ. *Et exponunt, Stultos vocari: quia caput sapientiæ est timor* Domini*: &* defectionem *hîc priore loco statui tanquam radicem omnium malorũ. nam postquã semel quispiam à* Domino *recessit, necesse est vt peccatum peccato accumulet. sequuntur ergò innumeræ iniquitates primam defectionem.*

Affliguntur: יתענו *Fut. Heb. pro præs. vel imperf. affligebantur.*

18 Abominata est תתעב *Fut. Heb. pro præs. vel præt. fastidit. vel, fastidiuit. Disertè exprimit* Propheta *se non loqui de morbis communibus: nam siquis leuatus fuerit à tali morbo, non perspicitur in eius liberatione vllum* Dei *miraculum: si autem à morbo grauiore leuatus sit, quis non agnoscet quasi excitatum esse à mortuis?* Anima eorum, נפשם Anima *pro appetitu.* 20 Mittit verbum suum, ישלח דברו *Hebraismus, Imper. Fut. Heb. pro præt. vel præs. Significat* Deũ *pro solo nutu*

aut mandato vel emittere morbos, vel retrahere. acſi diceret, Morbos non *influere in homines caſu, vel aliis cauſis naturalibus: ſed ipſos exequi* Dei *mandatum, & eſſe quaſi eius ſatellites.*

eos, & eruit *eos* de foueis ipſorū.
Celebrent *ergo* Iehouæ miſe- 21
ricordiam ſuam, & mirabilia e-
ius filiis hominum:
Et ſacrificēt ſacrificia laudis, 22
& narrent opera eius cū iubilo.
Deſcendentes in mare naui- 23
bus, *quique* faciant opus in a-
quis multis,
Ipſi vident opera Iehouæ, & 24
mirabilia eius in profundo.
Dicit nanque, & flare facit 25
ſpiritum turbinis, & exaltat flu
ctus eius:
Aſcendunt vſque ad cælum, 26
deſcendunt vſque ad voragi-
nes: *ita ut* anima eorum in malo
liquefiat.
Iactantur, & nutant ſicut e- 27
brius, ita vt omnis ſapientia eo-
rum abſorbeatur.
Tunc clamant ad Iehouam 82

Sacrificia gratiarum actionis.

Mercatores qui in mari negotiantur, vident mirabilia Dei *cum maximis iactantur ventis, ac liberātur, ex quo ad laudes excitantur.*

uit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur Domino *misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum:*

Et ſacrificent ſacrificium laudis, & annuntiēt opera eius cum exultatione.

Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis,

Ipſi viderunt opera Domini, *& mirabilia eius in profundo.*

Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt fluctus eius:

Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos: anima eorū in malis tabeſcebat.

Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorū deuorata eſt.

Et clamauerunt ad Do-

De foueis ipſorum. ממשחיתותם de ſepulchris ipſorum. *i. mortibus quibus erant vicini.* *Alij*, retibus. *Alij*, perditionibus.

23 Deſcendentes in mare nauibus. יורדי הים באניות *Hebraiſmus, negotiantes in mari. Seipſum declarat mox ſequentibus*, Et faciunt opus in aquis. Multis, רבים magnis. 24 Vident חזו *Præt. Heb. pro præſ. Sic ſequenti verſu.* 25 Dicit nanque ויאמר *Ad verbum*, Et dixit, *&c.* Turbinis, סערה procellæ. *vel*, procelloſum. *Hebraiſmum ſic quidam vertunt.* Quum iuſſerit, prodit ventus procelloſus. *Alij*, Qui ſuo imperio ciet ventum procelloſum.

26 In malo liquefiat. ברעה תתמוגג ob malum diſſoluatur. *id eſt, præ anxietate colliqueſcat.* 27 Iactantur, & nutant יחוגו וינועו *Fut. Heb. pro præſ.* Tremunt & mouent ſe. *Alij*, Vagantur & mouentur. *Alij*, Exagitantur & nutant. *vel*, Circumiactantur. Sapientia eorum abſor. חכמתם תתבלע peritia ſ induſtria leorum euaneſcat.

28 Tunc clamant ויצעקו *Præt. Heb. vt & ſuprà 6. 13. 19. Ad verbum*, Et clamauerunt.

minum quum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.

in angustia sua, & de angustiis eorum educit eos.

Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius.

29 'Stare facit turbinem in silentium,'& silent fluctus ipsorum.

Et lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

30 Tunc lætantur quòd siluerũt, & deduxerit eos ' ad terminum voluntatis eorum.

Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum:

31 Celebrent *ergo* Iehouæ misericordiam suam, & mirabilia eius filiis hominum:

Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.

32 Et exaltent eum in cœtu populi: '& in cathedra seniorum laudent eum.

Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim:

33 'Ponit flumina in desertum, '& exitus aquarum in sitim:

Prauitas hominũ est causa vt Deus reddat sterile quod erat fertile.

Terram fructiferã in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.

34 Terram fructiferam'in salsuginem, propter malitiam habitantium in ea.

Posuit desertũ in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum:

35 *Contrà* Ponit desertum in stagnum aquarum,& terram desertam'in exitus aquarum:

Benedictio Dei erga eos qui sunt illi obedientes.

Et collocauit illic esurientes, & constituerũt ciuitatem habitationis.

36 Et collocat ibi famelicos, & præparãt ciuitatẽ habitationis.

Et seminauerũt agros, &

37 Qui seminant agros,& plan-

29 Stare facit turb.in sil. יקם סערה לדממה *Fut. Heb. pro præs.* Statuit procellam in quiete. *Alij*, Sedat turbinem, vt sit tranquillitas. *Alij paraphrasticè*, Et sedata tempestate reddit mare tranquillum.

Et silent fluctus ipsorum. ויחשו גליהם *Præt. Heb.* & tacent fluctus ipsorum. *sub. nautarum, quibus huc illuc iactabantur.*

30 Ad terminum voluntatis eorum. אל מחוז חפצם *Hebraismum sic reddunt interpretes*, Ad portum optatum ipsis. *Alij*, ad portum in quem est animus eorum. 32 Et in cathedra ובמושב & in consessu. *vel*, cõgregatione. 33 Ponit ישם *Fut. Heb. pro præt. vel præs. i. fœcũdas terras interdũ arescere facit. Seipsum declarat sequẽti versu.* Et exitus aquarũ in sitim: ומצאי מי׳ & scaturigines aquarum in locum sitientem. *Repetitio est.* 34 In salsuginem, למלחה *Id est terram sterilem. nam salsugine terra redditur sterilis.*

35 In exitus למצאי in scaturigines. *Idem aliis verbis dicit.*

tant vineas,'& faciunt fructum
prouentus.
Benedicitque eis,& multipli- 38
cantur valde,& iumenta eorum
non minuit.
Dein minuuntur, '& humi- 39
liantur à tyrannide, malo & æ-
gritudine animi.
Status etiam Principum contumacium à Domino immutatur.
'Effundit cõtemptũ in Prin 40
cipes,& errare facit eos 'in soli-
tudine *in qua* non *est* via.
Extollit pauperes, quemadmodum ei placet.
'Subleuat autẽ pauperem'ab 41
inopia, '& ponit eos instar gre-
gis familias.
Iob 22.c.19
¶ 'Vident *hæc* recti, & lætãtur: 42
& omnis iniquitas ' claudit os
suum.
Quis sapiens, & obseruabit 43

plantauerunt vineas,& fecerunt fructũ natiuitatis.
Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorũ nõ minorauit.
Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.
Effusa est contentio super Principes, & errare fecit eos in inuio,& non in via.
Et adiuuit pauperẽ de inopia, & posuit sicut oues familias.
Videbunt recti,& lætabuntur:& omnis iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiẽs,& custodiet

37 Et faciunt fructum prouentus. ויעשו פרי תבואה **Hebraismum** *sic quidam reddunt*,quæ copiosum fructum proferunt.

39 Et humiliantur, &c. וישחו מעצר רעה ויגון & deiiciuntur tyrannide,affiictione,[*vel* diuexatione] & dolore. *Alij*,& deiiciuntur præ sterilitate,noxa & ægritudine. *Alij*,Humiliantur oppressione, calamitate,& anxietate. *Alij*,Et decidunt propter imperium tyrannicum,malitiam,& afflictionem. 40 Effundit contemptum שופך בוז *id est* Reddit *ipsos contemptibiles, & spoliat ipsos sua dignitate.* In solitudine *in qua* non *est* via. בתהו לא דרך in inani *in quo* non *est* via. *q.d.& tandem regiones eorũ ita euertit,vt nullum vestigium appareat.* Alij, per vasta loca & inuia. *Id est expellit eos ex hominũ consortio.* 41 Subleuat autem וישגב *Ad verbũ*, Et erigit, attollit. Ab inopia, מעוני ab afflictione. Et ponit eos, &c. וישם כצאן משפחות *Hebraismum sic conuertunt quidam*, Efficitque illis familiam instar gregis. *vel*,vt ex eis exeant plurimæ familiæ. *Mutatio numeri quum dicit* EOS, *sub.pauperes.*

42 Vident יראו *Futura Heb.pro præs.* *Alij*,Timebunt recti. à ירא. Claudit קפצה cõtinebit.contrahet.obthurabit. *Non dicit Propheta impios prorsus tacere:videmus enim vt obstrepere non desinant: sed reipsa obstruitur os eorum, quia vtcunque conentur* Deo *maledicere, confusi tamen iacent: deinde conuicti sunt intus,* Deũ *esse mundi iudicem, & omnia subesse eius imperio.*

hæc? & intelliget misericordias Domini?

C V I I.

Canticũ Psalmus David.

PAratum cor meum, Deus, paratũ cor meũ: cantabo & psallam in gloria mea.

Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus:

Quia magna est super cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos De⁹, & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui:

Saluum fac dextera tua, & exaudi me:

hæc, & 'aduertet animum ad misericordias Iehouæ C V I I I.

1 ¶'Cãticũ Psalmi ipsius Dauid.

2 P'Aratum cor meum, Deus, cantabo, & psallam, etiam 'gloria mea.

3 Excitare nablum & cithara: 'euigilabo in aurora.

4 Celebrabo te in populis Iehoua, & psallã tibi in nationibus:

5 Quia magna est 'vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes 'veritas tua.

6 Exaltare super cælos Deus, & super omnẽ terram 'gloria 'tua:

7 ¶'Vt liberentur dilecti tui: serua dextera tua, '& exaudi me.

Hi quinque priores versus videtur desumpti ex Psalmo L V I I, ab octauo versu vsque ad finem Psalmi.

Hi versus sunt ÿdem qui Psalmo 60.b.7. scribuntur.

43 Et aduertet animum, &c. ויתבוננו חסדי יהוה *Ad verbum,* Et intelligent misericordias Iehouæ. *Mutatio numeri, & aduertent animum, vel perpendent multiplicem* Dei *bonitatem, siue multiplicia* Dei *beneficia.*

IN PSALMVM CVIII.

1 Canticum Psalmi שיר מזמור *Vide Psal.* 30.

2 Paratũ נכון Cõfirmatum. H*æc ferè ad verbũ vsque ad versum septimum, leguntur & Psal.57.b.8.* Gloria mea. כבודי *Id est, anima mea. sub. canit: quæ corporis gloria dicitur, quòd corpore inanimato nihil sit abiectius.* Legi *potest,* etiam *cum* anima mea. *sub. canam. Vel iungatur sequenti versui,* etiam gloria mea Excitare, nablum & cithara.

3 Euigilabo in aurora. אעירה שחר exurgam diluculo. *vel,* quum euigilauero[*vel,* quum expergiscar] in aurora. *vel,* summo mane. Le*gi potest,* quum excitabo vos in aurora. *i. quum sumam vos in manus ad canendum in aurora. q.d. per vos ne stet ô instrumẽta musica, quin canã laudes* Dei *mane.* Vide *Psal.* 57. 5 Vsque ad cælos, מעל שמים *Ad verbum,* desuper. *vel,* desupra cælos. *i. ita vt cælos superet.* Veritas tua. אמתך fidelitas tua. *sub. in promissis seruandis.*

6 Gloria tua: כבודך decus tuum. maiestas tua. *sub. sit, vel appareat.* Verti *potest,* gloriam tuam. *sub. ostende.* 7 Vt liberentur, למען יחלצון Declarat *quæ sit gloria* Dei, *nempe liberare dilectos.* Et exaudi me. ועננו Legitur *&* ועננו & exaudi nos. A*b hoc versu vsque ad finem Psalmi, eadem leguntur ad verbum in Psalmo 60.b.7.*

Deus loquutus est per sancti- 8
tatem suam, *unde* exultabo, *quòd*
diuidam ᵁSechém, & vallem
ᴰSucchóth metiar:
Meus erit Gilyád, meus erit 9
Menaᵁsséh, & ᴺEphráim forti-
tudo capitis mei: Iehudáh, legi-
fer meus:
Moáb olla ablutionis meæ, 10
super ᴺEdóm proiiciam calcea-
mentũ meum, super Peléᵁseth
iubilabo.
Quis deducet me ad ciuita- 11
tem munitam? quis deducet me
vsque ad ᴺEdóm?
Nónne *tu* Deus *qui* repule- 12
ras nos, nec egrediebaris Deus,
cum exercitibus nostris?
Da nobis auxiliũ ab angustia: 13
nam mendax salus hominis.
In Deo faciemus fortitudinẽ, 14
& ipse conculcabit hostes no-
stros.

CIX.

Conqueritur Dauid de iniuriis quę tũc illi inferebãtur ab hostib⁹. Christo capiti cõuenit psalmus iste & fidelibus.

¶ "Victori ipsius Dauid Psal- 1
mus.
DEus "laudis meæ "ne taceas:
Quia "os impii & os do- 2
losi super me "aperuerunt se, lo-
quuti sunt mecum

8 *Deus loquutus est in sancto suo,*
Exultabo, & diuidã Sichimam: & conuallem Tabernaculorum dimetiar.
9 *Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.*
Iuda Rex meus: Moab lebes spei meæ.
10 *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sũt.*
11 *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?*
12 *Nónne tu Deus qui repulisti nos, & nõ exibis, Deus, in virtutibus nostris?*
13 *Da nobis auxiliũ de tribulatione: quia vana salus hominis.*
14 *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.*

CVIII.

1 *In finẽ, Psalmus Dauid.*

2 *DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.*
Loquuti sunt aduersũ me

IN PSALMVM CIX.

1 Victori למנצח. *Vide Psal. 4. a. 1.* Laudis meæ תהלתי *Hebraismum sic quidam conuertunt*, qui laudaris à me. *Aliĳ*, de quo glorior. Ne taceas: אל תחרש ne sileas. ne te contineas.

2 Os impii, & os dolosi פי רשע ופי מרמה os impii, & os doli. *vel* fraudis. *i. hominis dolosi, quó ve improbus & dolosus vti solent. q. d. Impĳ aperuerunt super me os suum, & quidem dolosè.* Aperuerunt se, פתחו aperuerunt. *sub. delatores. Aliĳ*, aperta sunt.

lingua dolosa,& sermonibus odii circundederunt me, & expugnauerunt me gratis.		"lingua mendaci:
	3	Verbisque 'odiosis circunderunt me,'& pugnauerunt cōtra me absque causa.
Pro eo vt me diligerēt,detrahebant mihi, ego autem orabam.	4	"Pro dilectione mea aduersati sunt mihi, & ego 'uir orationis *eram.*
Et posuerūt aduersum me mala pro bonis,& odiū pro dilectione mea.	5	Et posuerunt aduersum me malum pro bono,& odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem:& diabolus stet à dextris eius.	6	'Constitue super eum impiū, '& satan stet ad dexteram eius.
Quum iudicatur,exeat cōdēnatus, & oratio eius fiat in peccatum.	7	Dum iudicatur ipse,'exeat impius:& oratio ei' sit'in peccatū.

Lingua mendaci: לשון שקר Ad *verbum*,lingua mendacii.*i.sermone ficto.q.d.aliud loquuntur me præsente,alind me absente.*

3 Odiosis שנאה Ad *verbum*,odii. Et pugnauerunt contra,*&c.* וילחמוני חנם & belligerantur mecum frustra. 4 Pro dilectione mea תחת אהבתי *.i.Quum diligam eos.* *Vir* orationis תפלה *Ad verbum*,oratio. *Hebraismum sic reddunt quidam*, pro illis orabā. *Alij*,orationem fundebam pro eis. 6 Constitue super eum impium,הפקד עליו רשע Præfice illi improbum.*Singul.pro plur.* Præfice illis improbos,*sub.magistratus.De vno tantùm homine loquitur* David,*quum tamen in plurali numero conquestus sit quasi de magna turba.Fieri potest vt quispiam primatum tenuerit inter improbos:aut vt de singulis nunc loquatur singulari numero. Multi putant hîc perstringi* Doeg *qui & gratia pollebat apud* Saulem,*& perfidè* Davidem *sic criminatus est vt cōflauerit illi omnia discrimina quæ postea subiit.Fortasse melius cōueniet hæc querimonia amico magis familiari. Vtvt sit,digni sunt sanè improbi quum ita suas vires explicant ad nocendum, quibus impii dominentur.nam contempto* Deo *grassantur ad perdendos bonos & simplices.Quum* David *hostibus suis dura imprecatur,non fuit priuato affectu commotus,nec propriam causam egit:præterea non feruere aut zelo inconsiderato proiecit se,sed potius hoc fuit* Spiritus *sancti iudicium:postremò æquitatem potius spectauit,quàm priuatā causam agat* Et satan ושטן & aduersarius. 7 Exeat impius: יצא רשע *Hebraismus,condemnetur impietatis,siue improbitatis,dū agitur de eius causa in iudicio:non inueniat misericordiæ locum,etiamsi supplex deprecetur.* In peccatum. לחטאה *id est,reddat illum iudici magis odiosum. Aut, oratio eius sit frustranea.i.patiatur repulsam,nullam veniam sua deprecatione obtineat.Ita* Hebrai.

Iohan.17.c.12 act.1.d.20

Sint dies *vitæ* eius pauci: præ 8
fecturam eius accipiat alter.
Sint filii eius pupilli, & vxor 6
eius vidua.
Vagando præterea vagentur 10
filii eius, & mēdicent, quærant-
que *victum* de suis desertis *prode-*
untes.
Illaqueet fœnerator omnia 11
quæ sunt ei, & diripiant alieni
laborem eius.
Ne sit ei extendens misericor 12
diam, neque sit qui misereatur
pupillis eius.
Nouissimum eius excidatur, 13
in generatione altera deleatur
nomen eorum.
Reuocetur in memoriam ini 14
quitas patrum eius apud Ieho-
uam, & peccatum matris eius
ne deleatur:

Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter.

Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua.

Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: & eiiciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius.

Nō sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis ei⁹.

Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

8 Præfecturam eius פקדתו munus eius. *Alij*, munus sibi cōcreditum. *Alij*, functionem eius. *Petrus hoc testimonium ad Iudam accommodat: quia ablatus fuit illi honor quem Christus in eum contulerat postquam perfidè & sceleratè se gessit.* Vide Act.1.d.20. 10 De suis desertis מחרבותיהם de desolatis suis locis. *Vel*, è vastatis suis locis. *Deus enim vbi honore abdicauit impios, simul etiā vasta & deserta eorū loca relinquit, vt post ipsorum mortē, totus mundus agnoscat percussos fuisse manu Domini.* 11 Illaqueet ינקש Irretiat. *Gallicè*, *Qu'il attrape. i. ponat laqueum vel rete, & insidietur vniuersis quæ habet. q. d. Quæcunque eius sunt, veniant quasi in nassas hominis auari & fœneratoris.* 12 Extendens misericordiam, מושך חסד protrahens misericordiam. *vel* prorogans. *i. non sit qui eius misereatur.* 13 Nouissimum eius אחריתו Postremum eius. *Alij*, Posteritas eius. *Ad verbum*, Sit postremum eius ad excidendum. *Quidam vertunt*, Sit posteritas eius in exitium. In generatione altera בדור אחר *.i. ita tollatur eorum memoria vt in sequenti seculo nulla sit.*

14 Patrum eius אבותיו *Mutatio numeri, pro* eorum.

15 *Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorũ. pro eo quòd*
Sint coram Iehoua semper, & succîdat è terra memoriã eorũ:

16 *non est recordatus facere misericordiam,*
Et persequutus est hominẽ inopẽ & mendicum, & compunctũ corde mortificare.
Eo quòd nõ est recordat' facere misericordiã, & persequutus est virũ pauperẽ, & mendicũ, & attrito corde, vt interficeret.

Causæ præcedentiũ imprecationũ.

17 *Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.*
Dilexítque maledictionem, & venit ei: neque voluit benedictionem, & elongauit se ab eo.

18 *Et induit maledictionem sicut vestimentũ, & intrauit sicut aqua in interiora ei', & sicut oleũ in ossib' ei'.*
Induit quoque maledictionẽ sicut vestimentum suum, & intrauit vt aqua in interiora eius, & vt oleum in ossa eius.

19 *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.*
Sit ei sicut vestimẽtũ *quo* operiat se, & pro cingulo *quo* semper accingatur.

20 *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.*
Hæc merces aduersariorum meorũ à Iehoua, & loquentium malum contra animam meam.

Postulat auxilium à Deo, exponens illi suam miseriam.

21 *Et tu Domine, Domine, fac mecũ propter nomen tuũ: quia suauis est misericordia tua.*
Tu autem Iehoua Domine, fac mecum propter nomen tuũ: quia bona est misericordia tua, erue me:

15 Et succîdat ויכרת vt exterminet. 16 Pauperem, & mendicũ, עני ואביון afflictum & miserum. *vel*, pauperem & inopem.
17 Et elongauit se ab eo. ותרחק ממנו ideo lõgè recessit ab eo.
18 Induit quoque maledictionẽ sicut vest. וילבש קללה כמדו *Hebraismus, pro, Ornauit se maledictione vt vestimẽtò. vel, In eos veniat maledictio qui ea se putãt ornari tanquã vestimẽto.* 19 Operiat se, יעטה inuoluatur. amiciatur. 20 Hæc merces זאת פעלת Hoc opus. Alij, Hoc operæ pretium. Et loquentium, &c. והדוברים וגו' Hîc *loqui pro deliberare, vel consultare more Hebræorum ponitur. i. machinantib' mihi pernicien. Hoc est loqui aduersus animam, machinari mortẽ homini innoxio.* 21 Propter nomen tuum: למען שמך. *q. d. age mecũ, non quòd mihi debeas quicquam, sed quoniã tu beneficus es natura: deinde quia vis gratiam tuam celebrari in gratia quam fidelibus præstas.*

Quia bona est misericordia tua, כי טוב חסדך *Hoc est, quoniam placet tibi nobiscum sic agere, non respectu operum nostrorũ, sed tantum vt misericordiam erga nos tuam exerceas.*

Quia ʹpauper & egenus ego 22
sum,cor meum ʹ vulneratū est in
visceribus meis:

Velut vmbra quū declinat, 23
ʹabeo, ʹexcutior vt locusta:

Genua mea ʹdebilitata sūt præ 24
ieiunio, & caro mea ʹmacruit à
pinguedine.

Ego quoque ʹsum opprobriū 25
eis:*quum* ʹvident me, mouent ca
put suum.

Adiuua me Iehoua Deus mi, 26
serua me secundum misericor-
diam tuam:

Et cognoscantq; ʹ manus tua 27
istud, *&* tu Iehoua fecisti istud.

ʹMaledicent ipsi,&tu benedi- 28

Libera me,quia egenus & pauper ego sum: & cor meū conturbatum est intra me.

Sicut vmbra quū declinat,ablatus sum, & excussus sum sicut locustæ:

Genua mea infirmata sūt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis:viderunt me,& mouerunt capita sua.

Adiuua me Domine Deus meus:saluum me fac secundum misericordiam tuam:

Et sciāt quia manus tua hæc,& tu Domine fecisti eā

Maledicēt illi,& tu bene-

Orat Deum vt ab eo ita subleuetur adiuuetúrque vt inimici eius sentiant eam opem à manu Dei profectam esse,sicut declarat versu 27.

22 Pauper עָנִי miser.afflictus. Vulneratum est חָלַל *q.d.Ego nō modo graues & atroces iniurias perpessus sum ab hostibus meis. sed tu nosti me intus etiā afflictum esse,ita vt sim ferè exanimis,nisi in te vnum respiciam,& expectem abs te salutem.* 23 Abeo, נֶהֱלָכְתִּי *Præt.Heb.pro præs.* ambulo.*Alij,* pertranseo.*Dauid dicit se fuisse instabilem vt vmbra esse solet quum sol ad Occasum declinat.* Excutior נִנְעַרְתִּי *Præt.Heb.*excussus sum.*vel* ambulaui de loco ad locum.*aut* instabilis factus sum.*q.d. cogor subinde locū mutare vt locusta,quæ huc illuc saltitat, nec in eodē loco quiescit diu, quia vbique sunt mihi structa insidiæ ab hostibus.* 24 Debilitata sunt כָּשְׁלוּ *Præt.Heb.pro præs.* vacillant.nutant. Macruit כָּחַשׁ emarcuit.*i.exhausta est à pinguedine,vnde sum illis opprobrio.ita quidam sequenti versui istum coniūgunt.Vel,macilēta fuit à pinguedine,id est.exuit siue deposuit omnem succum.Nonnulli accipiunt pinguedinem pro lautitiis, acsi diceret,* Ego pri*uatus sum omnibus cibis delicatis. Verū alter sensus simplicior est, quòd pene inedia succus in ipso defecerit,ita vt nulla ferè in ipso esset caro.*

25 Sum הָיִיתִי *Præt.Heb.fui.* Vident me, יִרְאוּנִי *Fut.Heb.pro præs.vel præt.De motione capitis in signum ludibrii est Psal.22.b.8. Vide similem locum*

27 Manus tua istud, יָדְךָ זֹּאת *Quid significet hæc loquutio,sequētibus declarat quum dicit,*Tu fecisti istud, 28 Maledicent,*&c.* יְקַלְלוּ הֵמָּה וגו׳ *Futura Heb.quæ nonnulli in modo optandi accipiunt,*Maledicāt ipsi,at tu benedicas:insurgāt,& cōfundentur:at seru⁹ tu⁹ lætetur.*vt sit precatio.Possent esse verba modi permissiui.Eodē autem redit*

ſenſus ſiue in futuro tēpore modi optatiui, ſiue in modo permiſſiuo accipiatur. q. d. Modo tu benedicas, ego facile patior ipſos maledicere: ſurgant vt volent, ſed pudefiēt tandē. Aliis magis placet in futuro indicatiui accipere: vt quaſi ſecurus tanquam re impetrata, inſultet ſuis hoſtibus, & confidenter glorietur de ſua victoria.

dices: qui inſurgunt in me, confundantur: ſeruus autē tuus lætabitur.

ces: inſurgēt, & pudore afficientur: ſeruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahūt mihi, pudore: & operiantur ſicut diploide cōfuſione ſua. 29

Induantur aduerſarii mei pudore, & operiantur tāquam veſtimento pudore ſuo.

Confitebor Domin. nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum: 30

Celebrabo Iehouam valde ore meo, & in medio ᶜmultorum laudabo eum: *Vouet vota laudis, & quare.*

Quia aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam. 31

ᶜQuòd ſtet ad dexteram pauperis, ᶜvt ſeruet *eum* à iudicantibus animam eius.

Pſalmus David. CIX. 1

¶Ipſius Dauid Pſalmus. CX. *Matth. 22. d. 44 1. cor. 15. d. 25 hebr. 1. d. 13, & 10. c. 12 act. 2. e. 34 Chriſti regnū poſt aſcenſionem.*

DIxit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,

Donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

DᶜIxit Iehoua Domino meo, ᶜSede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis.

30 Multorū רבים magnorū *hoc enim ſignificat aliquādo hæc dictio vt Eſther 1. b. 4. q. d. non tantùm agnoſcā Deū ſalutis meæ authorē, ſed faciā vt omnes etiā magni, ſiue proceres & magnates, meo præconio, hoc intelligāt.* Dicit valde: *hoc eſt pro magnitudine beneficii.* 31 Quòd ſtet כי יעמד *Fut. Heb. pro præſ.* Quia aſtat. *vel,* Quòd aſtet. *i. quòd porrigat manū pauperi. Confirmat iterū Dauid quod prius dixerat, ſe adiutū fuiſſe à Domino quū ipſū deficerēt omnia ſubſidia, & eſſet ferè perditus. Nā pauperis nomine intelligit quòd deſtitutus fuerit omni auxilio, niſi quatenus illi adfuit Dominus.* Vt ſeruet *eum, &c.* להושיע משפטי נפשו vt ſeruet à iudicibus *iniquis* animā eius. *Rectius noſter interpres. Hoc dicit David quòd non à plebeis ſolùm opprimeretur, ſed ab ipſo Rege, & proceribus eius.*

IN PSALMVM CX.

1 Dixit Iehoua נאם יהוה. *Vel* נאם *participium eſt paſſiuum, vel nomē,* Dictū Iehouæ, *aut* Sermo Iehouæ. *ſub erit. i.* Dicet Iehoua. *Prophetia enim eſt de futuro per præteritum tempus, more Prophetarum. Hac dictione frequenter vtūtur Prophetæ. Pſalmus de Chriſto compoſitus, vt ſatis apparet ex Matthæo, 22. d. 44. Item ex 1 Cor. 15. d. 25. Hebr. 1. d. 13 & 10 c. 12. Act. 2. e. 34. Poſſet quidē hic verſus aliquo modo (vt quidā ſcribunt) ad Dauidē referri: acſi diceret, Nō temerè mihi vſurpaui regnū, nec illud hominū fauore adeptus ſum: ſed ad hunc honorē ſū euectus Dei mandato.* Sede ad dexteram meā, שב לימיני *Hoc eſt, obtine imperium: vel ſecundum à me potentiæ & imperii gradum obtine.*

2 ʹVirgam fortitudinis tuæ mittet Iehoua ex ʹSiion: ʹdominare in medio inimicorum tuorum.

Populus prædicato Euangelio se Christo sponte subiiciēs

3 Populus tuus ʹspontaneus ʹin die exercitus tui ʹin splendoribus Sāctitatis: ex vtero, ab aurora ʹtibi ros natiuitatis tuæ.

Christus Sacerdos & Mediator. hebr.5.b.6,& 7. c.17. iohan.12.e.34

4 ʹ‖Iurauit Iehoua, & non pœni

2 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorū tuorum.

3 Tecum principium in die virtutis tuæ in splēdoribus Sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.

4 Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum,

2 Virgam fortitudinis tuæ מטה עזך *i. Robur quo roboraberis. vel Robur regni tui, quod est fortitudo tua. i. Nō patietur Dominus te sedere quasi in angulo aliquo mūdi, vt sis Rex Ierosolymæ tantùm, & in vrbibus vicinis: sed extendet Deus potentiam regni tui vsque ad vltimos mūdi fines.*

Dominare רדה *Imperatiuū pro futuro,* dominaberis. *Quia futurū erat vt nō sine magnis obstaculis Christus regnaret non solu inter Iudæos, sed etiam inter omnes Gentes, ideo hîc Propheta repetiuit quod primo versu dixerat, quòd scilicet dominaturus esset inter hostes suos.* 3 Spontaneus, נדבת spontanearum. *sub. voluntatum erit.* Alii, spontanei. *Alij,* sponte. *sub. veniet.* In die exercitus tui ביום חילך quum educes exercitum tuum. *Alii,* in die roboris tui. *i. tempore triumphi & regni tui. Alii referunt ad solennes conuentus: exponentes, dum voles lustrare populum tuū: vel dum voles habere solennes conuentus. Gallicè dicimus,* Faire les monstres. In splēdoribus Sanctitatis: בהדרי קדש in pulchritudinibus Sāctitatis. *i. in ciuitate illa clarissima ac celeberrima, nempe Ierusalem, vbi primùm illuxit Euangelii splendor. Alij,* in magnificentiis Sanctuarii. *Quidam exponunt, Populus tuus liberaliter conueniet non tanquam ad imperium hominis profani, sed tanquam in conspectum Dei sui: quia Deus solio Regio te imposuit: ideo præsidet & tibi & toti populo quem tibi subiecit. Conueniet igitur populus ad te, vt Regem suū agnoscat.*

Tibi ros natiuitatis tuæ. לך טל ילדותך *sub. erit.* Rorem pro *benedictione, & plenitudine gratiæ posuit. q. d. O Christe, ros natiuitatis tuæ. i. gratiæ illæ quæ tibi donabuntur à Patre dum carnem assumes, obuenient tibi iam inde ab vtero & à principio natiuitatis tuæ. Plenitudinem gratiarum in Christo laudat Propheta. Alii sic exponunt, Dominus benedicet tibi vt crescat populus, crescat inquam præter ordinarium modum, quemadmodum aurora emittit rorem, vnde mirātur omnes, quū vident terram irriguam esse, nō viderint autem eum decidentē. Quemadmodū igitur ros dum cadit è cælo, oculos fallit, deinde spectatur in magna abundātia (opperit enim omnes ferè herbas) ita nascetur tibi soboles incredibili numero, & præter vsitatū naturæ morem. Ordo autē verborum talis est, ab vtero ros pueritiæ nasciturus est, tanquam ab aurora, id est, quemadmodum quotidie ab aurora ros nascitur. Simulac Euāgelium promulgatum fuit in mundo, quanta multitudo collecta fuit exiguo tempore?* 4 Iurauit Iehoua, &c. נשבע יהוה ולא ינחם אתה כהן לעולם Hebraismum *sic quidam exponunt, Immutabili voluntate sua statuit Iehoua te fore sacerdotem æternum. Quidam vertunt,* Iurabit, nec mutabit sententiam, &c. *Osten*

ditur Christus mediator Dei & hominum, quòd sit summus Sacerdos.

Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.

tebit eũ, Tu es Sacerdos in seculũ secũdũ morẽ Malchi-sédec

Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ Reges

5 Dominus *qui est* ad dexteram tuam, vulnerabit in die furoris sui Reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorũ

6 Iudicabit in Gentibus, implebit *loca* cadaueribus, percutiet caput super terram multam.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

7 De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

Secundum morem על דברתי. *Ad verbum, iuxta verbum. & ı redũdat .i. secundum rationem, ritum, morẽ, ordinem. Hebræi exponunt, eo quòd sis Rex iustitiæ. Solus Melchisedech præditus fuit vtroque iure secundum Dei mandatũ vt Rex simul & Sacerdos esset: sic Christus Rex fuit & Sacerdos: atque etiam æternus, quemadmodum Melchisedec, cuius origo ignoratur: non enim meminit Scriptura vnde natus sit, vel ex quibus parentibus traxerit originem, vel quando mortuus sit. vnde æternus Sacerdos dictus est. Propria igitur similitudo inter Christũ & Melchisedec, ea est, quòd Christus absque fine regnet, atque etiam fungatur sacerdotio.*

5 In die furoris sui ביום אפו *.i. quum maturum sumendæ vindictæ tempus aduenerit. Describit forte Dei auxilium ad eius regni defensionem quod ipse erexit & instituit.* 6 Iudicabit in Gentibus, ידין בגוים *.i. Iudicium ac potentiã exercebit in Gentibus. Vel potius, Vni populo nõ dominabitur, quemadmodum posteri Dauidis: sed imperium exercebit in toto orbe. Hîc Iudicandi verbum significat regere, vel imperio potiri. Psal. 2. c. 8, dicitur, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ.* Caput, &c. ראש על ארץ רבה *Singul. pro plur. hoc est percutiet capita, siue Principes qui præsunt regionibus amplis, & Summos potẽtatus. Confirmat quod prius dixit de hostibus, nẽpe nõ fore hostes obstaculo, quamlibet robusti sint, quominus Christus emergat victor, & illos cogat in suum obsequium.*

7 De torrente מנחל *sub. sanguinis cæsorum. q. d. Tantum sanguinis fundetur, vt etiam liceat victori bibere è torrẽte sanguinis cæsorum in via, dum persequetur hostes: satiabitur hostiũ suorum sanguine: & propter eam victoriam, multum attolletur Christus, & euadet clarißimus. Alij (quod vero propius est) volũt similitudinẽ sumptã esse à strenuis ducibus qui minimè sunt delicati, sed dũ iter peragunt, & festinant ad hostes persequẽdos, bibũt è torrente, idque ambulãtes: hoc est nõ captãt quietem, sed sufficit illis in transcursu restinguere sitim è fluuio. Gedeon (vt legimus in libro Iudicum, 7. b. 5) hoc modo expertus est cordatos & industrios milites. Propheta sanè hîc tribuit militare istud robur Christo, quòd biberit idque in via. q. d. Nõ sumet sibi tempus ad quietem, sed perget vsquedum hostes omnes profligauerit.*

Hortatur ad laudandum Deū, suo exēplo, totóque corde, omnes fideles.

¶ Halelu-Iáh. CXI.
א C ′Onfitebor Iehouæ toto
corde ב in cœtu rectorum
& congregatione.
ג Magna opera Iehouæ, ד ′ex-
plorata omnibus volētibus ea.
ה ′Gloria & decor opᵍ eius, ו &.
iustitia eius manet in seculum.
ז ′Fecit vt memoria celebrētur
mirabilia sua: ח clemens & mise
ricors Iehouáh,
ט ′Escam dedit timentibus se:
quia י′memor fuit in seculum pa
cti sui.
כ ′Fortitudinē operū suorū an-

Extollit laudibus opera Dei facta in Israelem.

Memoria operum Dei sempiterna.

1 *Halelu-Ia. CX.*
COnfitebor tibi Domine in toto corde meo in consilio iustorum & cō gregatione.
2 *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.*
3 *Confeßio & magnificentia opus eius, iustitia eius manet in seculum seculi.*
4 *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.*
5 *Memor erit in seculum testamenti sui.*
6 *Virtutem operum suorū*

IN PSALMVM CXI.

1 Halelu-Iáh. הַלְלוּיָהּ *Hæc inscriptio, quæ significat,* Laudate Iáh, *ostendit quid contineat Psalmus, nempe exhortationem ad canendas Dei laudes. Digestus est autem ordine alphabetico: ita vt singuli versus contineāt duas literas, à quibus hemistichia incipiunt: præterquam in duobus postremis, in quibus sex sunt literæ, & ita impletur totum alphabetum.* Confitebor Iehouæ אוֹדֶה יְהוָה Celebrabo Iehouam. Euehabo laudibus. 2 Explorata omnibus volētibus ea. דְּרוּשִׁים לְכָל חֶפְצֵיהֶם peruestigabilia omnibus qui optant ea. *vel* delectantur ipsis. *i. quæ inueniri & cognosci possunt ab iis qui suum studium ad ea considerāda applicant.* 3 Gloria, &c. הוֹד וְהָדָר פָּעֳלוֹ Hebraismus, *Quicquid agit Deus, plenum est, magnifica dignitate.* Non *vult autem* Deus *tantum specimen extare suæ virtutis, vel imperii in suis operibus, sed vult præcipuè cognosci suam iustitiam quam adhibet in suis tuendis & cōseruādis.*

4 Fecit vt memoria celebrentur mirabilia sua: זֵכֶר עָשָׂה לְנִפְלְאוֹתָיו *Ad verbum,* Memoriā fecit mirabilibus suis *.i. Talia sūt quæ fecit vt nunquam poßint memoria excidere. vel, vt digna sint perpetua memoria. Alij,* Memoriam fecit mirabilium suorum. 5 Escam טֶרֶף Prædam. *eam scilicet quam secum abstulerunt filii Israel quum egrederentur ex AEgypto. Vel potius significat, se liberalē præstitisse erga populum suū. q.d. Memoria fœderis illius fecit vt tot beneficiis aßiduè prosequutus sit populum suum.* Memor fuit יִזְכֹּר *Fut. Heb. pro præt.*

6 Fortitudinem operū suorū annunt. כֹּחַ מַעֲשָׂיו הִגִּיד Virtutē factorum suorū manifestauit. *vel,* declarauit. *i. facinora summæ virtutis. q.d. Patefecit virtutem operum suorum populo suo quum dedit illis hæreditatem Gentium.*

annuntiabit populo suo,
Vt det illis hæreditatem Gentium: opera manuum eius, veritas & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi, facta in veritate & æquitate.
Redemptionem misit populo suo, mandauit in æternum testamentum suum.
Sanctũ & terribile nomẽ eius: initium sapientiæ, timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculũ seculi.

CXI.

Halelu-Ia, reuersionis Aggæi & Zachariæ.

BEatus vir qui timet Dominũ, in mandatis

nuntiauit populo suo, ל dando
eis hæreditatem Gentium.
7 מ Opera manuum eius, veritas
& iudiciũ: נ fidelia omnia præ-
cepta eius:
8 ס Cõfirmata in perpetuum &
in seculum, ע facta in veritate &
rectitudine.
9 פ Redemptionem misit popu-
lo suo, צ præcepit in seculum pa
ctũ suum: ק sanctum & terribi
le nomen eius.
10 ר Principiũ sapiẽtiæ, timor Ie
houæ: ש intellectus bonus õni-
bus facientibus ea: ת laus eius
permanet in seculũ. CXII.
1 Halelu-Iáh.
א BEatus vir qui timet Ieho-
uam, ב in mandatis eius

Dedit terrã Chanaan Israelitis secundum suas promissiones, quas fideliter iustéque compleuit, conseruans & liberans ipsos ab inimicis.

Prudentia & sapientia. Prouerb. 1.a.7, & 9.c.10 eccli.1.b.16

Beatitudines eius qui timet Deum, eiúsque mandata custodit.

7 Opera manuum eius, &c. מעשׂי ידיו אמת ומשפט *Hebraismus, Quicquid agit, id agit vt ostendat se veracem in promissis, & iustum: vt qui impiis Gentibus terram suam eripiat, & eam suis tradat.* Fidelia נאמנים certa. veracia. *Propheta commendat tam verbum Dei, quàm eius beneficia. Dupliciter enim Deus se veracẽ, iustum, & rectum esse monstrauit. Legẽ suã promulgãdo per Mosen, & addẽdo opera ad cõfirmationẽ.* 8 Cõfirmata סמוכים Stabilita. Firma. 9 Redemptionẽ, &c. פדות וגו' *Dicit Deum non tantùm semel redemptorẽ populi sui fuisse: sed statuisse etiam modum quo Ecclesiam suam seruaret, ne salus illa esset irrita, vel vnquam efflueret, nempe Legem suam promulgando per manum Mose. Lex enim fœdus est æternæ vitæ. Quũ Legẽ dicit, tantùm non intelligit præcepta bene & rectè viuẽdi, sed simul etiam cõplectitur gratuitas promissiones.* 10 Principiũ sapientiæ, &c. ראשית חכמה וגו' Caput sapientiæ, timor Iehouæ. *q.d. Non aliter quis rectè sapit, nisi qui se totum addicit in Dei obsequium. Seipsum declarat mox,* Intellectũ bonum *vocans quod* principium & caput sapientiæ *dixit: &* facere Legẽ Dei, *esse illum timere. Definit his verbis quisnã sit Dei timor, quũ se Deo totos addicunt homines, libenter iugũ eius suscipiunt, patiuntur se regi eius verbo, & mandata eius sibi constituunt pro regula bene viuendi.*
Permanet עומדת permanens. *sub. sit. Hæc clausula exhortationẽ in se continet.*

*delectabitur valde.
ב Potens in terra erit semen e-
ius, ר generatio rectorum bene-
dicetur.
ה Opes & diuitiæ in domo e-
ius: ו *& iustitia eius manet in
seculum.
ז *Oritur in tenebris lumen re-
ctis: ח *clemens, & misericors,
& iustus.
ט *Bonus vir miseretur, & mu-
tuo dat: י moderatur *res suas in
iudicio.

eius volet nimis:
2 *Potẽs in terra erit semen*
eius, generatio rectorum be-
nedicetur.
3 *Gloria & diuitiæ in do-*
mo eius: & iustitia eius ma
net in seculum seculi.
4 *Exortum est in tenebris*
lumen rectis: misericors &
miserator, & iustus.
5 *Iucundus homo qui mise*
retur & cõmodat, disponit
sermones suos in iudicio:

IN PSALMVM CXII.

1 Delectabitur חפץ *Præt. Heb. pro præs. vel fut. Quidam ita resoluunt, Beatus vir qui timet Iehouam, & delectatur valde in eius mandatis. vt secundum membrum sit expositio prioris. q. d. Beatus vir qui timet Dominum, id est qui delectatur eius mandatis. Eodem literarum Hebraicarum ordine compositus est iste Psalmus quo & præcedens.*

3 Et iustitia eius וצדקתו *Quidam existimant hic ו per nam vertendum esse: quòd sit ratio quare qui rectè & innoxiè se gessit, fruatur opibus suis: nempe quòd iustitia eius sit tanquã custos opum. Iniquitas absumit opes partas: iustitia recti hominis conseruat quæsitas.*

4 Oritur in tenebris lumen rectis: זרח בחשך אור לישרים *Ad verbum,* Ortũ est, *&c. vel,* Oriri fecit, *vt ait doctus inter Hebręos. Hebraismum quidam sic exponunt, Deus solet eripere rectos dum maximè affliguntur. Alij sic exponunt, Etiamsi Dei flagella exundent per totũ orbem, rectos tamen esse in tuto & tranquillo statu: quemadmodum si tenebræ operirent totam terram, & in aliquo angulo esset serenum & trãquillum cælũ. Fit enim sapissimè, vt malè & miserè se habeat totus mũdus: interim Dei benedictio fulgeat super rectos, ita vt sentiant, Deo sibi propitio, se bene habere, & esse fælices.* Clemens, *&c.* חנון וגו' *Quidã hæc ad Deum referentes, vertunt,* Deus clemens, & misericors, & iustus oriri facit lumen rectis. *Quæ opinio doctioribus magis placet, quòd hæc elogia maximè in Deum competant. Alij referunt ad rectum, hoc modo, Misericors, clemens & iustus, non obtenebrat mundum vt solẽt impij, qui dum sæuitiam exercent, quasi vbique tenebras offundũt, permiscent omnia, & peruertunt: sed potius discutit tenebras, tollitque omnem materiam iniuriarum, rapinas, &c. Id est* Oriri facere in tenebris lumen.

5 Bonus vir טוב איש *Quidam vertunt,* Bene viro *qui* miseretur & commodat. *quemadmodũ primo versu dixerat,* Beatitudines viri, *&c.*
Res suas דבריו *Ad verbum,* verba sua. *atque ita quidam expo-*

nunt. Doctus inter Hebræos negotia exponit, Qui bene ordinat sua negotia, & cōponit ad iustam regulam: ne scilicet vna manu rapiat, quod altera largiatur. q.d. Qui neque prodigus est, neque rapax.

quia in æternum non commouebitur.

6 כ ʹCertè in seculum non mouebitur, ל ʹin memoria æterna erit iustus:

In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

7 מ ʹAb auditione mala nō timebit, נ *quia* ʹparatum cor eius ʹfidens Iehouæ.

Paratum cor eius sperare in Domino, cōfirmatū est cor eius: non commouebitur, donec despiciat inimicos suos.

8 ס ʹConfirmatum cor eius, non timebit, ע ʹdonec videat in hostibus suis *quod optat.*

Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

9 פ ʹDispergit *ac* dat pauperibus, צ iustitia eius manet in seculū: ק ʹcornu eius exaltabitur in gloria. 2.Cor.9.c.9

Peccator videbit, & irascetur, dētibus suis fremet &

10 ר Impius videbit, & irascetur, ש dentibus suis fremet, & ta- *Impius molestè ferens fœlicitatem fidelium.*

6 Certè in seculum לְעוֹלָם כִּי Hîc כי *affirmatiua est particula: vt principio versus præcedentis respondeat. Si autem principium illud vertas (quod doctioribus magis placet)* Bene est viro: *tunc* כי *causalis erit particula: redditio enim causæ erit, & confirmatio illius sententiæ: acsi diceret Propheta, Fœlicem esse virum misericordem, & qui liberaliter succurrit pauperibus: quia non nutabit in æternum: hoc est, Dominus confirmabit illius statum, vt non labascat, etiamsi obnoxius sit omnibus humanæ vitæ ærumnis: tutò semper & securè degit sub* Dei *manu.* In memoria לְזֵכֶר *nempe apud iustos. improborum enim calumnias nunquam effugit.* 7 Ab auditione mala מִשְּׁמוּעָה רָעָה Propter rumorem malū. *i. quū audierit ingentia mala ingruere. Increduli cōtrà, subinde trepidant, siquid simile audierint: putant enim actum esse d sua vita.* Paratum נָכוֹן firmum. stabile. confirmatum. Fidens בָּטֻחַ subnixum. *i. nititur* Iehoua. 8 Confirmatum סָמוּךְ Stabilitum. Sustentatum. *vt præcedenti* Psalmo, *versu* 8. Donec videat עַד אֲשֶׁר יִרְאֶה *Subaudiendum est verbū aliquod hoc modo, expectans donec viderit. vel, non desinet illo fidere, donec videat. Aut verte,* Tandem videbit, *&c. Tribuit fidelibus fœlicem statū, quousque* Dominus *eos liberet ac vindictā sumat de ipsorū persequutoribus.* 9 Dispergit פִּזַּר *Præt. Heb. pro præs.* Dispergēdi *verbo significat bonos viros non erogare tenuiter & malignè pauxillum aliquid, sed effusè & copiosè. Mox hanc dispersionē erga pauperes vocat* iustitiā *quā perpetuò exercēt fideles. est enim in illis æquabilis tenor* Cornu eius קַרְנוֹ *Robur & potentiā significat. q.d.* Dominus *euehet magis ac magis iustos & humanos, vt crescat in dies ipsorū prosperitas.*

bescet: ה desiderium impiorum peribit.

CXIII.

¶Halelu-Iáh.

Exhortatio ad laudandum Deum pro ipsius prouidentia in cælo & in terra. Daniel 2.c.20

LAudate serui Iehouæ, laudate nomen Iehouæ:

|Sit nomen Iehouæ benedictum ex hoc tempore & vsque in seculum.

Malach.1.c.11

|Ab ortu solis vsque ad occasum eius, "laudabile nomen Iehouæ.

"Excelsus super omnes gentes Iehouáh, super cælos gloria eius.

Quis sicut Iehouáh Deus noster, "qui eleuat sese ad habitandum,

Qui humiliat sese ad videndum in cælo & in terra?

Prouidentia eius erga pauperes ac mulieres steriles.

Qui erigit è puluere inopem, è stercore eleuat pauperem:

"Vt sedere faciat *eum* cum

tabescet: desiderium peccatorum peribit.

CXII.

1 *Halelu-Ia.*

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini:

2 *Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum.*

3 *A solis ortu vsque ad Occasum, laudabile nomẽ Domini.*

4 *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.*

5 *Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo*

6 *& in terra?*

7 *Suscitans à terra inopẽ, & de stercore erigens pauperem:*

8 *Vt collocet eum cũ prin-*

IN PSALMVM CXIII.

3 Laudabile מהלל laudatũ. *i. clarissima at celeberrima est gloria Domini.* 4 Excelsus, &c. רם על כל גוי׳ *Vt fuit mundi creator, ita etiã Gẽtes sub manu sua continuit: verũ hæc Dei celsitudo amplius patefacta fuit per Euangeliũ: tum enim Deus collegit sub suũ imperiũ omnes gentes, & cognitus fuit Rex totius terræ. nam ante publicatum Euangelium Gentes erant tanquam exectæ à familia Dei.*

5 Qui eleuat, &c. המגביהי לשבת qui se attollit ad sedendum. *id est in summo & sublimi deligit sibi sedẽ, attollit se supra cælos. Sic resolui debent hæc verba, Quanuis Deus in sublimi habitet, ita vt longa sit distantia inter ipsum & omnes creaturas, tamen eousque se demittit, vt omnia quæ condidit, cura habeat. Ita versus iste sequenti iungitur. q. d. Tametsi Deus excelsus sit supra omnes cælos, non tamen impedit hæc eius altitudo quominus foueat paterna cura quæcunque condidit.*

8 Vt sedere faciat להושיבי Vt collocet. Vt habitare faciat. *Dei prouidentiam commendat in variis conuersationibus quæ sæpe cernũtur, & quas mundus putat fortuitò accidere: ostendens illas omnes accidere Dei consilio, & pendere ab eius solius iudicio.*

Vulgata		Versio	Notae
cipibus, cum principibus populi sui:		principibus, cum principibus populi sui:	
Qui habitare facit sterilem in domo: matrẽ filiorum lætantem.	9	Qui constituit sterilem, familiam: matrem filiorum lætantem.	
CXIII. *Halelu-Ia.*		CXIIII. ¶Halelu-Iáh.	
IN exitu Israel de AEgypto, domus Iacob de populo barbaro:	1	QVum egrederetur Iisraël ex AEgypto, & familia Iaacób è populo barbaro:	*Breuiter commemorat liberationem Israelis ex AEgypto, Exod. 14. c. 21*
Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.	2	Fuit Iehudáh sanctificatio eius, Iisraël dominium eius.	
Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.	3	Mare vidit, & fugit: Iardén conuersus est retrorsum.	*Iosue 3. c. 13*
Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.	4	Montes subsilierunt sicut arietes: & colles sicut agni ouiũ.	
Quid est tibi mare, quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?	5	Quid tibi mare, quòd fugisti? *quid tibi* Iardén, *quòd* conuersus es retrorsum?	

9 Qui constituit sterilem, familiam: מושיבי עקרת הבית Qui habitare facit sterilẽ *in* domo. *vel,* familia. *Hebraismus, pro, Efficit vt quæ prius erat sterilis, amplam habeat familiam: efficit inquam eam matrem filiorum multorum, & propter eos lætantem.*

IN PSALMVM CXIIII.

1 Barbaro: לועז *Vox Hebræa significat eos qui lingua alia quàm Hebræa loquuntur.* 2 Sanctificatio eius לקדשו in sanctitatem eius. *sub.* Dei. *Relatiuum sine antecedente.* Hebraismus. *i.* Cõsecrauit *sibi populum Iuda, hoc est Israelem. pars pro toto.* Exod. 19. a. 6, *Vos estis mihi gens sancta. q. d.* Dum *populum Israeliticum eduxit è captiuitate, ostendit se illum in primis delegisse. Alij exponunt,* Deum *fuisse sanctificatum in populo suo, quum illum redemit: id est tunc gloriam suam patefecisse, tunc specimen exhibuisse sanctitatis suæ, vt coacti fuerint homines tũc illum suspicere & venerari, qui prius erat contemptus & incognitus.*

Dominium eius ממשלותיו *Ad verbum,* dominia eius. *i. tunc cœpit* Deus *agere principem populi sui Israelitici, tunc regnum suum manifestauit. nam prius existimabant increduli* Deum *illum nihil posse, quòd nondum experti essent eius virtutem: nondum enim* Dei *potẽtiam senserat mũdus vt adoraret tanquã* Regem. *prius nãque domus* Abrahæ *solitaria erat, & in* AEgyptũ *descenderat parũ honorificè, vbi pastoritiam vitam agebant: at tandẽ magna cum* Dei *gloria exiuit.* 4 Sicut agni ouium. כבני צאן *Ad verbum,* sicut filii pecudum. *vel,* ouium.

Et uobis mõtes *quòd* ˈſubſiliſtis 6
ſicut arietes : *& uobis* colles, vt a-
gni ouium?
A facie Domini ˈcõtremiſcit 7
terra, à facie Dei Iaꝧacób,

Exod.17.b.6

¶ˈQui cõuertit petram in ſta- 8
gnũ aquarum, ſilicem in fontem
aquarum.

CXV.

Vult omnem gloriam Deo tribui, non hominibus, & liberentur.

Non nobis Iehoua, non no- 1
bis, ſed nomini tuo da glo
riam propter miſericordiã tuã,
propter veritatem tuam.
Vtquid dicent Gentes, Vbi 2
eſt nunc Deus eorum?

Quæ differentia inter Deum & idola.

ˈCertè Deus noſter *eſt* in cælo, 3
omnia quæ voluit fecit.
Simulachra *autem* eorũ ſunt 4
argentum & aurum, opus ma-
nuum hominum.

Sapien.15.c.15

¶Os *eſt* eis, & non ˈloquuntur: 5
oculi *ſunt* eis, & non vident.

Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium?

A facie Domini *mota eſt terra, à facie* Dei *Iacob,*

Qui conuertit petram in ſtagna aquarũ, & rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, *non nobis: ſed nomini tuo da gloriam*

Super miſericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi eſt Deus eorum?

Deus autem noſter in cælo omnia quæcunque voluit fecit.

Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.

Os habent, & nõ loquentur: oculos habent, & non videbunt.

6 Subſiliſtis תִּרְקְדוּ *Fut. Heb pro præt. Et plurali vtitur, quòd nõ ſolùm mons Sinai, ſed & vicini montes agitati ſint ob præſentiam Dei.*

7 Contremiſcit חוּלִי contremiſce. *Alij*, contremiſcere meum. *ſub. eſt. vt ſit infinitiuus, & י ſit aff. xũ: reſponſióq; ſit terræ ad præcedentis verſus interrogationem. q. d. Meum eſt expaueſcere. Verùm dictio* Terra *obeſt quominus ita vertatur. Potius eſt infinitiuus, qui ponitur pro præſenti, & י iod redundat.*

IN PSALMVM CXV.

1 Non nobis לֹא לָנוּ *q. d. Eripe nos à tyrannide Gentiũ, non vt inde euadamus clariores, ſed vt nomen tuũ illuſtrius reddatur: eripe inquã, vt appareas verax in promiſſa miſericordia.* 3 Certè Deus noſter וֵאלֹהֵינוּ *Ad verbum*, Et Deus noſter. *Quidã vertunt*, Atqui Deus noſter. *Hìc abrumpũt ſuam precationem: ſecum enim ipſi loquuntur, & ſibi confirmationem ſuppeditant quo animoſius precentur. Dixerant*, Vtquid dicerent Gentes, Vbi eſt Deus eorum? *Quoniam poterat labefactari ac concuti fides ipſe, illa Gentiũ ſubſannatione, ideo hunc clypeum opponit*, Deus noſter in cælo, *an patietur nomen ſuũ ſic cõſpui? q. d. nõ.*
Voluit fecit. חָפֵץ עָשָׂה *Præt. Heb. pro præſ.* 5 Loquuntur יְדַבֵּרוּ *Futura Heb. etiam ſequentibus duobus verſibus, pro præſ.*

Aures habent, & nõ audient: nares habent, & non odorabunt:

6 Aures *sunt* eis, & non audiũt:
nares *sunt* eis, & non odorantur:

Manus habent, & non palpabunt pedes habẽt, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

7 Manus *sunt* eis, & non palpãt:
pedes *sunt* eis, & non ambulant:
non resonant gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

8 Sicut ipsa sint qui faciũt ea,
omnis qui fidit eis.

Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

9 *Tu verò* Iisraël fide Iehouæ:
nam auxilium ipsorũ & clypeus
ipsorum est.

Exhortatio ad Israelem omnésque fideles, vt fiduciã suam in Deo collocent.

Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorũ & protector eorum est.

10 Domus Aharón fidite Iehouæ: *quia* auxilium ipsorum, &
clypeus ipsorum est.

Qui timent Dominum, sperauerũt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

11 Qui timetis Iehouam, fidite
Iehouæ: *quia* auxiliũ ipsorum, &
clypeus ipsorum est.

Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis: Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron:

12 Iehouáh memor fuit nostri,
benedixit nobis: benedixit domui Iisraël, benedixit domui
Aharón:

Promittit eis benedictionem Dauid, quanuis affligantur.

Benedixit omnibus qui timent Dominũ, pusillis cum maioribus.

13 Benedixit timentibus Iehouam, pusillis cum magnis.

Adijciat Dominus super

14 Adiiciet Iehouáh super vos,

7 Resonant יהגו loquuntur. *immurmurant. Fut. Heb. pro præs.*

8 Sicut ipsa sint כמוהם יהיו *Imprecatio est, ideo per optatiuum modum vertitur. Alij per præsens vertunt*, sicut ipsa sunt qui faciunt ea. *acsi dicat, Non minus stupidos esse homines qui simulachra sibi faciunt, quàm sint ipsa simulachra, quæ tamen sensu & motu carent.*

9 Auxilium ipsorum עזרם *nempe sperantium in eo. nam relatiua sæpe sine substantiuis ponuntur, quæ ex præcedentibus suppleri debẽt. Vel est personæ mutatio, pro, Est enim auxiliator noster, & propugnator.*

12 Memor fuit nostri, זכרנו *i. respexit nos, vel misertus est nostri. Rursus populum ad fiduciam animat, proposita experientia priorum temporum. q. d. Nisi Dominus nos respexisset, sæpius actum erat de nobis: quòd non perijmus, quòd adhuc stat genus nostrum, quòd floremus adhuc, quòd etiã bona multa nobis suppetunt, hoc necesse est ascribere Dei benedictioni, quia nos respexit, vel nostri misertus est.*

14 Adiiciet יוסף Addet. *i. Maiora quàm antea, conferet vobis beneficia. Coniungit spem futuri temporis cum experimento superioris vitæ.*

super vos & super filios vestros.
Benedicti vos à Iehoua, qui 15
fecit cælos & terram.
"Cælum, cælum *inquam* Ieho- 16
uæ *est*: terram autem dedit filiis
hominum.
¶Non mortui laudabunt Iah, 17
nec omnes descendentes "*in* si-
lentium:
¶Nos autem benedicemus Iah 18
ex hoc tempore & vsque in se-
culum. Halelu-Iah.

vos: super vos, & super filios vestros.
Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.
Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum:
Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino ex hoc nunc & vsque in seculum. Halelu-Ia.

Orat pro liberatione Israelis, vt libe[r]ati Deum laudare possint. baruch 2.d.17 Daniel 2.e.20

CXVI.

D"Ilexi, quoniam audiuit Ie- 1
houáh vocem meam:
"deprecationes meas,

CXIIII.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ:

David in deserto Maon obsessus ab asseclis Saulis, liberatúsque à Domino gratias agit. 1.Reg.23.a.8

16 Cælum, cælum Iehouæ est: השמים שמים ליהוה *His verbis significat Deum vnica gloria sua contentũ esse. q.d. Sufficit Deo habitatio cælestis, quanquam illic neque seritur, neque metitur, neque vlla sit frugum copia: nõ enim indiget istis adminiculis quæ pertinẽt ad tolerandã hominum vitam: cæli sunt illi: pro centum mũdis: intus est eius fœlicitas: quicquid autem creauit, illud creauit in vsum filiorum hominum: hoc vnum spectauit in creatione rerum omnium, vt ostendat se esse patrem erga homines, & liberaliter ipsis prospiciat quãtum fert eorum vsus: omnia dat & destinat in ipsorum vsum. Tantùm hoc vnum vult, vt homines ipsum adeant, & referant illi acceptum quicquid bonorum percipiunt.*

17 In silentium: דומה *Non legitur præpositio Hebraicé. Silẽtium, id est sepulchrum, quòd ibi perpetuum sit silentium. Vide Iesa. 38.d.18, vbi Descendentes in silentium, vocat mortuos. Cõcludit Propheta, iustam causam esse Deo cur fideles suos conseruet: alioqui pessum iret totus naturæ ordo. Si enim mundus in hunc finem creatus est vt homines fruantur eius opibus & copiis: quid fiet si desinãt viuere, præsertim si nulli habitent in terra qui celebrent Dei gloriam, & reputẽt omnia bona sibi ex eius manu fluere?*

IN PSALMVM CXVI.

1 Dilexi, אהבתי *sub. Dominum. i. Firmè ac vnicè Dominum diligo. q.d. Dominus prouocauit me ad sui amorem, quia exaudiuit me. Alij exponunt perinde esse acsi diceret David, In solo Deo quiesco, alibi nulla mihi voluptas, nulla quies, nullũ gaudium.* Deprecat. m. תחנוני *Per appositionem dictum. q.d. Vocem meam supplicem. Quidam hæc vertunt per præsens. Docti inter Hebræos subaudiunt coniunctionem,* vocem meam & deprecationes meas. *Alij volunt* י *in* קולי *redundare, vt vertas,* vocem deprecationum mearum.

Quia inclinauit aurem suã mihi, & in diebus meis inuocabo.	2	Quia inclinauit aurẽ suã mihi, "& in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me:	3	Circundederant me "dolores mortis, & angustiæ "inferni inuenerant me: "angustiam & dolorem inueneram:
Tribulationẽ & dolorem inueni: & nomẽ Domini inuocaui,	4	"Nomen autem Iehouæ inuocaui, Quæso Iehoua erue animã meam:
O Domine libera animam meam: misericors Dominus,		
& iustus, & Deus noster miseretur.	5	Clemens Iehoua "& iustus, & Deus noster miserans.
Custodiẽs paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.	6	Custodit "simplices Iehoua: "attenuatus eram, & me seruauit.
Conuertere anima mea in requiẽ tuã: quia Dominus	7	Reuertere anima mea "ad requiem tuam: quia Iehoua

Præ lætitia, seipsũ alloquitur, atque excitat ad reditũ in Ierusalem.

2 Et in diebus meis inuocabo. ובימי אקרא Et, *pro itaque, siue propterea. q. d. propterea quandiu vixero, inuocabo eum, & non alium. Alii dicunt Dauidem vocare dies suos, dura illa tempora quibus desperatũ erat de eius salute quoad homines. In hac significatione & Psal. 137. b. 7. accipitur dies Ierusalem, id est tempus quo excisa fuit.* 3 Dolores חבלי funes. laquei. *i. eram morti proximus.* Inferni שאול sepulchri. *i. deducentes ad sepulchrum.* Angustiam & dolorem inueneram: צרה ויגון אמצא *Fut. Heb. per præt. plusquam perf. vertẽdum,* tribulationem & mœrorem, *siue* anxietatem, *&c. Est autem Hebraismus, tribulationem inuenire, pro incidere in eam.* 4 Nomen autem Iehouæ inuocaui, ובשם יהוה אקרא *Fut. Heb. pro præt. Ad verbum,* Et in nomine Iehouæ inuocabo. 5 Et iustus, וצדיק *Iustum Deum vocat, quia non deserit suos in ipso discrimine, sed quemadmodum pollicitus est sibi illorum vitam fore curæ, ita etiam illis in tẽpore fert auxiliũ. Hoc versu perficit sententiam præcedentis versus: acsi dixisset, Nomen Iehouæ inuocaui, & misertus est nostri.* 6 Simplices פתאים *Sic vocat illos qui destituũtur consilio, quibus nulla suppetit ratio vt sibi prouideãt: quemadmodum videmus astutos homines sibi in longum prospicere, & pollere consilio vt res suas dirigant.* Attenuatus eram, דלותי *Id est viribus destitutus succubueram, siue ad summam paupertatem redactus eram. id significat verbum Hebraicum.* 7 Ad requiem tuam: למנוחיכי ad quietem tuam. *i. ad illum apud quem inuenies summã tranquillitatem, nempe ad Deum. Vel, Postea dixi, O anima mea fruere tranquillitate qua antea frui solebas, fruere priore lætitia. Doctioribus magis placet ista expositio. His verbis significat Dauid se passũ fuisse graues in animo agitationes: quẽadmodũ etiã nos ipsi experimur vbi est aliquid pe*

viculi, turbamur, & fluctuam' tāquā inter varias procellas. Tumultuatus ergo secū fuerat David, nec nisi ad tēpus, vera quiete potitus fuerat.

benefecit tibi.
Quia cripuisti animam meā 8
à morte, oculum meū à lachryma, pedem meū ab impulsione.
Ambulabo coram Iehoua in 9
terris viuentium.
Credidi, propterea locutus sū: 10
ego afflictus eram valdè,
Ego dicebam in festinatione 11
mea, Omnis homo mendax.

benefecit tibi.
Quia eripuit animā meā de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino in regione viuorum.
Halelu Ia. C X V.
Credidi, propter quod loquutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.

3.Cor.14.c.13
rom.3.a.4
Cert' de promissionibus Dei ipsum liberaturi, prædicat veritatem eius.

Benefecit tibi. גמל עליכי *Ad verbum*, rependit super te. *i. beneficiū in te contulit.*
8 Eripuisti חִלַּצְתָּ *Mutatio personæ à tertia ad secundam. id est, eripuisti me de extremo periculo, & omnem tristitiam & mœrorem à me sustulisti, effecistique ne laberer.* Ab impulsione. מִדֶּחִי ab expulsione *Alii*, à lapsu. *q. d. Dominus non tantū me à præsenti morte asseruit, sed liberalius egit mecum: nam ab omni tristitia me eripuit, & porrexit mihi manum ne impingerem.*
9 Ambulabo corā Iehoua אֶתְהַלֵּךְ לִפְנֵי יְהוָה *.i. Tutus degam inter viuos, sub fauore* Domini.
10 Propterea loquutus sum: כִּי אֲדַבֵּר *Fut. Heb.* propterea loquar. *q. d. Credidi, siue, Fide promissorum* Dei *confirmatus sum, certò persuasus, omnia vt pollicitus est, circa me perfecturum: ideo hanc tantam benignitatē prædicabo.* Alii, quia loquar. *q. d. Nequis me putet verbis iactare quod nūquam in animo infixum fuit, Quia loquar ego credidi: prius meditatus sum quod nunc dicam: & fides in corde meo prius infixa fuit quàm erumperit in hanc vocem quæ nunc exibit ab ore meo.* Afflictus eram עָנִיתִי afflictus sum. *Alii*, ad summam pauperiem redactus sum. *Alii*, affligebar.
11 In festinatione mea, בְחָפְזִי in præcipitatione mea. Alii, quum festinarem. *i. dum præceps fugerem exercitum* Saulis, *valde afflictus cogitabam, Nemo non fallit: promiserat* Samuel *mihi regnum Israelis, & ego credebam: nunc verò miser pereo.* Alii *exponunt, quum præcipiti fuga saluti meæ consulerem, quo tempore debuissem despondere animū, maximè credidi* Deum *esse veracem in suis promissionibus, quibus mihi promiserat regnum: omnes autē homines dixi esse mēdaces qui secus dicerent.* Vide eadem Psal. 31. d. 23. *Quidam festinationem metaphoricè hîc accipiunt pro trepidatione. neque enim sine metu solent fugere homines.* Dauid *enim hîc fatetur se fuisse animo consternatum tāquam esset in præcipitio, vt solemus in rebus extremis. metus enim sic sensus nostros occupat vt agitemur hinc inde. q. d. Quū animus ita esset anxius, vt iam nō possē placidè reputare promissiones* Dei, *quibus per* Samuelē *regnum mihi promiserat, (prævaluerat enim consternatio) cogitaui atque mihi persuasi, nihil certi esse in hominibus, Quid credam, dixi? quid sperabo? quò fugiam?*

Quid retribuam Domino 12 *pro omnibus quæ retribuit mihi?*
Calicẽ salutaris accipiã, 13 *& nomẽ Domini inuocabo.*
Vota mea Domino reddã 14 *coram omni populo eius:*
pretiosa in conspectu Domi- 15 *ni mors Sanctorum eius.*
O Domine, quia ego seruus 16 *tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ,*
Dirupisti vincula mea:

12 Quid reddã Iehouæ pro omnibus ˈbeneficiis eius in me? *Gratiarum actio.*
13 Calicem ˈsalutum accipiam, & nomen Iehouæ ˈinuocabo.
14 ˈVota mea Iehouæ reddam nunc coram omni populo eius.
15 Pretiosa in oculis Iehouæ mors ˈmisericordium eius. *Suo exemplo ostendit afflictos curæ esse Deo. Sap.9.a.5*
16 ˈVtiq; Iehouáh, quia ego seruus tuus, ego seruus tu⁹, ˈfili⁹ ancillæ tuæ, ˈsoluisti vincula mea:

12 Beneficiis eius in me? תַגְמוּלוֹהִי עָלָי Ad verbum, retributioni b⁹ eius super me: *Retributiones pro beneficiis Scriptura vsurpat: nequis existimet Deum aliquid dare nobis quòd priores aliquid contulerimus in eum. Scribitur hic* תַגְמוּלוֹהִי *more Chaldaico, pro* תַגְמוּלָיו. *Quidã sic vertũt, totũ versum,* Quid rependã Iehouæ omnia beneficia eius super me. *q.d. Dominus præstitit se beneficum erga me, non vno aut altero modo dũtaxat, sed omni ex parte mihi præstitit quicquid optare potui.*

13 Salutum יְשׁוּעוֹת *Plurali numero dixit, quòd insigne auxilium significet. Alludit ad morem tunc vsitatissimũ. nam quũ solennes gratias agerent Domino, celebrabant sacrum conuiuiũ, vel epulum, & illic profitebantur se seruatus esse mirabili Dei gratia. Calicẽ salutis vocat quo libare solebant Dei cultores quum gratias agerent Domino: quia symbolũ erat salutis acceptæ calix ille. q.d. In omni conuiuio gratiarum actionis me hilarem exhibebo, & coram omnibus hilariter bibam, attollẽdo calicem, quo significem conuiuis me Dei ope seruatum: sempérque nomen eius colam.*

Inuocabo. אֶקְרָא *id est celebrabo, vel prædicabo.*

14 Vota mea נְדָרַי *Quid per vota intelligat, Vide Psal. 22.d.26.*

15 Misericordium eius. לַחֲסִידָיו *Vide Psal.4.a.4. q.d. grauatè fert mortem proborum Deus: propterea siquis eos interfecerit, non impunè feret: etiamsi non statim extendat brachium suũ Deus ad vlciscendũ sanguinem piorũ, tandem patebit pretiosam illi fuisse ipsorum mortem, quantumuis in conspectu hominum vilem & sordidam.* 16 Vtique אָנָּה *Aduerbium affirmandi. Confirmat suo exemplo præcedentem sententiam qua dixerat pretiosam esse piorũ mortẽ in conspectu Dei. q.d. Ita res habet quòd tu non vis pios interfici: nam me liberasti, qui te colo.* Filius ancillæ tuæ בֶּן אֲמָתֶךָ *i. mulieris quæ te purè colit. Ita dicit quòd filii, matrũ ingenia & mores ferè imitantur ob educationem primã. Propterea etiam in libris Regum sæpius dicitur, Rex talis, filius mulieris talis, & non patris. Hæc doct⁹ inter Hebræos. Alia potior videtur esse ratio cur sic se vocet de qua Psal.86.d.16.* Soluisti vincula mea: פִּתַּחְתָּ לְמוֹסֵרָי dirupisti vincula mea. *i. seruasti me ne venirem in vincula hostium meorum. Vel, liberasti me è vinculis & potestate hostium meorum.*

Sacrificia laudis.

Tibi ſacrificabo ſacrificiū ˚lau 17
dis,& nomē ˚Iehouæ inuocabo.
Vota mea Iehouæ reddā nūc 18
coram omni populo eius:
˚In atriis domus Iehouæ,in 19
medio tui IeruŠálaim. Halelu-
Iáh. CXVII.

Gentium vocatio. Rom.15.c.11

LAudate Iehouam omnes Gē 1
tes, laudate eū omnes populi:
Quoniam ˚roborata eſt ſuper 2
nos miſericordia eius,‖& veritas
Iehouæ ˚in ſeculum. Halelu-Iáh.

Iohan.12.e.34

CXVIII.

Ad gratiarum actionem totum populū hortatur Dauid, quòd Rex à Deo ſit conſtitutus.

COnfitemini Iehouæ quoniā 1
bonus, quoniam in ſeculum
miſericordia eius.
Dicat nunc IŠraNél quòd in 2
ſeculum miſericordia eius.
Dicāt nūc familiæ Aharō ꝙ 3
in ſeculum miſericordia eius.

tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddā in conſpectu omnis populi eius: & in atriis domus Domini, in medio tui Ieruſalē.

Halelu-Ia. CXVI.

LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes Populi:
Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

Halelu-Ia CXVII.

COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc Iſrael quoniā bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc Domus Aarō quoniam in ſeculum miſericordia eius.

17 Laudis, תּוֹדָה gratiarum actionis. *i. Gratias tibi agam, & te laudabo.* Iehouæ יְהוָה *Perſonæ mutatio, pro, nomen tuum inuocabo. i. non deſinam te colere.* 19 In atriis בְּחַצְרוֹת *Plurale pro ſingul. nam atrium vnicum habebat tabernaculum*. In atriis *igitur. i. ad oſtiū atriī tabernaculi. Neque enim licebat populo ingredi Sanctuarium.*

IN PSALMVM CXVII.

2 Roborata eſt גָּבַר aucta fuit. exuperauit. *i. excelluit & magna fuit. Hortatur Propheta omnes Gentes vt Dei miſericordiam & veritatē prædicent: quòd etiam illarum miſereatur, vt & Iudæorum, iuxta promiſsiones ſuas veraces quas perpetuas eſſe dicit, & ad omnes populos pertinere. Vtrunque coniungit, miſericordiam & veritatem: nam parum fuerit certò ſcire Deum eſſe miſericordē, niſi ſimul teſtata nobis ſit eius volūtas quā declarat in ſuis promiſsionibus. Hinc colligit Paulus, Rom.15.c.11, vaticinium hoc eſſe de Gentibus congregandis in vnitatem fidei vnà cum filiis Abrahæ.* In ſeculum. לְעוֹלָם *ſub. permanebit, vel durabit.*

IN PSALMVM CXVIII.

1 Confitemini Iehouæ הוֹדוּ לַיהוָה *Non priuatim agit Dauid gratias Domino, ſed totū populum magna voce hortatur ad hoc officiū pietatis, vt Deus laudetur quaſi vno omniū ore in toto piorum cœtu. Nam hac lege etiam electus fuerat in Regem, vt viam oſtenderet toti populo.*

Dicant nunc qui timent Dominum quoniam in seculum misericordia eius.

4 Dicant nunc qui timent Ieho
uam quòd in seculũ misericor-
dia eius.

De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.

5 De angustia inuocaui Iah, &
exaudiuit me ʹin latitudine Iah.

Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo.

6 ʹIehoua mecum est, nõ time-
bo quid faciat mihi homo.

Exauditus Deum que habens pro se neminem metuit.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciã inimicos meos.

7 ∫ʹIehoua mecũ est inter auxi-
liatores meos: propterea ego ʹvi-
debo *quod opto* in odio habenti-
tibus me.

Heb. 13. a. 6

Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:

8 Melius est sperare in Iehoua,
quàm sperare in homine:

Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.

9 Melius est sperare in Iehoua,
quàm sperare in principibus.

Omnes Gentes circuierũt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos,

10 Omnes gentes circundederũt
me: ʹ*spero* in nomine Iehouæ q
succîdam eos.

Cõmemorat quàm mirabiliter ereptus sit.

5 In latitudine במרחב *Subaudiendum, & statuit me, hoc modo, Quum ego coartarer, implorani opem Domini, & statuit me in loco lato & amplo: hoc est, liberauit me.* 6 Iehoua mecum, &c. יהוה לי וגו' Iehoua mihi, ∫ *vel*, meus erat∫ nõ timebã: quid *enim* fecisset mihi homo? *Iuxta hanc versionem David recitat affectus suos quos habuit in mediis periculis. Verũ rectiꝰ videtur quod vertit noster interpres, vt ostẽdat David, quòd liberatus fuerit à Domino, id non esse deletũ ex sua memoria: quoniam certa & intrepida fiducia armatus sit aduersus omnes tẽtationes.*

7 Iehoua mecum est יהוה לי Iehoua meus est. *vel*, pro me est cum iis qui auxiliantur mihi. *Ita quidam exponunt, tanquã Deus fuerit dux eorũ qui Davidi auxiliabantur. Alii simpliciter accipiunt, quòd Deus fuerit auxiliator: acsi diceret, Non respicio ad homines: nam si destituor eorum præsidio, mihi sufficit quòd Dominus custodit vitam meam, ac tuetur. Atque ita David opponit vnius Dei præsidium omnibus humanis auxiliis. Ita etiam exponit ex doctioribus Hebræorũ alter, dicens, Non dicit quòd Dominus vnus sit de auxiliatoribus suis, sed vice omniũ auxiliatorum.* Videbo, &c. אראה בשנאי *Chaldæus paraph.* videbo vltionem in odio habentibus me. *Alij*, videbo inimicos meos. *i. despiciam eos.* 10 *Spero, &c.* בשם יהוה כי אמילם *Hebraicè tantùm legitur*, In nomine Iehouæ quòd succidã eos. *Quidã subaudiũt bis* SPERAVI, *hoc modo, & speraui* in nomine Domini: *speraui inquam* quòd exciderẽ eos. *Sic in duobus proximè sequẽtibus versibus. Ecliptica oratio multã*

momenti habet. Loquitur enim ex affectus vehementia: ideo plus intelligi vult quàm exprimat. De Palesthinis, & vicinis Terræ sanctæ populis loquitur, quorum obsidionem quater repetit. Alij dicunt Dauidem intelligere, sibi vndique fuisse mũdum infestum, quia & Iudæi ferè omnes in eius mortem cõspirauerãt: & sciebat omnes alios parum sibi esse propitios. Etiamsi non essent aliorum populorũ collecti exercitus qui oppugnarẽt Dauidem, hoc satis fuit, omnes illi esse inimicos. Quidã exponũt כי *pro certè, vt sit affirmatio, In nomine Iehouæ certè excidam eos. q. d. Nõ erã instructus magnis copiis, imò nullam erat subsidium à quoquã homine: sed mihi satis fuit vnicum Dei nomen, cuius auxilio fretus, certò persuasus fui, quicunque in me insurgerent, statim perituros.*

Circundederunt me, etiã cir- 11
cundederunt me: *spero* in nomi-
ne Iehouæ quòd succîdam eos.
Circũdederũt me velut apes, 12
extincti sunt vt ignis spinarum:
nam sperabam in nomine Iehouæ
quòd succiderem eos.
Impellẽdo impuleras me vt 13
caderem: at Iehoua adiuuit me.
Nam fortitudo mea, & canti 14
cum *est* Iah, & *est* mihi in salutẽ.
Vox iubilationis & salutis 15
in tabernaculis iustorũ, *dicentiũ*,
Dextera Iehouæ facit virtutẽ: 16

Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini quia vlt9 sum in eos.

Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.

Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorũ.

Dextera Dñi fecit virtutẽ:

Fortitudo nostra. Deus. Exod. 15. a. 2 esa. 12. a. 2 Lætitia.

12 Velut apes, כדבורים *. i. vt multa apum examina.* 13 Impuleras me, דחיתני impulisti me. *Saulẽ, aut quem alium inimicũ alloquitur. i. vehementer & omnibus modis adortus es me ad lapsum solicitans.*

14 Et canticum וזמרת *Vocat Deum laudem suã, quod sit illi materia laudis. q. d. non reperio in me, nec etiã quæro quod ego laudem, sed laudo Dominũ. nam non est cur in aliis, quã in ipso glorier: quia ipse solus omnia contulit. Eadem igitur ratione vocat Deum laudem suam qua robur suum, siue fortitudinem suam.* 15 Vox iubilationis, &c קול רנה *q. d Domine tu non ita egisti mecum vt tacitus agnoscam salutẽ mihi abs te esse datam: sed vox personabit in tabernaculis iustorũ: hoc est, liberatio ista vt memorabilis est, ita etiam lõgè latéque celebranda est. Iusti igitur in suis tabernaculis palàm & alta voce cantabunt tibi laudem pro salute in me collata. Hebraismus autem est, Vox exultationis & salutis, &c. pro, Iubilabunt, vel tripudiabunt propter salutem.* Facit virtutem: עשה חיל facit fortitudinem. *i. fortia. q. d. fidelibus parit victoriã strenuè pugnando. Facere fortitudinem, siue virtutem, nihil aliud est quàm agere ita potenter & magnificè vt ipsa virtus testata sit. Distinguit Da*

uid salutem quàm Dominus ei contulerat, ab aliis beneficiis quæ nõ tam erant manifesta: acsi diceret, Iam nõ potest esse ambiguum vnde hæc salus contigerit. Quare? Deus enim exeruit potentiam suam tam magnificè, tãtóque splẽdore, vt omnes coacti sint agnoscere eum huius operis esse authorem. Ideo dicit Dexteram Dei exaltatam esse. Deus enim non semper manum suã profert vt cernatur, sed agit vulgari suo modo. hîc autẽ dicitur Deus egisse quasi exerta manu, vel in altum sublata, vt etiam procul omnes agnoscerent ipsum fuisse custodem Dauidis & liberatorem.

dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. 16 Dextera Iehouæ excelsa, dextera Iehouæ facit virtutem.

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. 17 'Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Iah. *Vita.*

Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. 18 'Corripiendo corripuit me Iah, at morti non tradidit me. *Castigatio.*

Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Dom no: hæc porta Domini, iusti intrabunt in eã. 19 Aperite mihi 'portas iustitiæ, ingrediar eas, & celebrabo Iah. 20 'Hæc porta Iehouæ: iusti intrabunt per eam. *Iubet sacerdotibus vt porta Tabernaculi aperiantur ei ad gratias Deo agendas.*

Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. 21 'Confitebor tibi, ꝙ exaudieris me, & fueris mihi in salutẽ.

17 Non moriar, לא אמות *Loquitur acsi extractus esset è sepulchro, & è faucibus mortis. q.d. videtis hominem è morte suscitatum: nam actũ erat de me, nisi Dominus noua vita & nouo spiritu donasset.*

18 Corripiẽdo corripuit me יסר יסרני Castigãdo castigauit me. *i. corripuit me seria & seuera castigatione, at non siuit me mori.*

19 Portas iustitiæ, שערי צדק *.i. tẽplum in quo congregãtur iusti & sancti, vt corã illis gratias agã Deo. Hîc Dauid tãquã cum sacrificiis accedit in templũ, propterea iubet portas aperiri, quæ quãdiu extorris fuit, clausæ illi fuerant. Aperite (inquit) mihi portas, vt palàm celebrem hanc liberationem quam mihi contulit Deus.* 20 Hæc porta, &c. זה השער וגו' *.i. Deus hoc templum sibi dicari voluit, hîc est Sanctuariũ eius: debet purum esse ab omnibus sordibus, quemadmodum etiam Lex seuerè iubet. Antehac impuri & scelerati (quales Saul & alij omnes impii qui primas tenebant, ita vt nemo non putasset ipsorum esse Templum) corruperant hoc Templum. Non fuit igitur tam domiciliũ ipsius Dei, quàm latronum cauerna.* 21 Confitebor tibi אודך Celebrabo te. Lapis, &c. אבן וגו' *Insultat Dauid hostibus suis, quẽ (quod omnium iudiciis dãnatus esset) vix quisquam illorum putasset à Domino seruatum, quem siuisset sic reiici, præsertim à gubernatoribus populi. Vtitur autem similitudine, vel metaphora potius, quum dicit se lapidem fuisse reprobatũ ab architectis, & nihilominus factum esse in caput anguli. Tritũ enim est in*

Scripturis, Regnum Dei vel Ecclesiam conferri ædificio. Comparat ergo Lapidi reiectitio, qui tamen sustinet ædificium Templi. *nec tãtùm ab imperitis se fuisse reiectum dicit, sed ab ipsis architectis quibus mandata erat ædificandi cura. Hæc de se prædicta fuisse in persona Danidis, ostẽdit Christus in Matthæo, cap. 21. d. 42. Marc. 12. a. 10, Luc. 20. c. 17. Exponit & hæc de Christo Petrus, Act. 4. b. 11. & 1. Pet. 2. a. 6. Paulus itẽ, Rom. 9. g. 33. De lapide Christo vide & Iesa. 28. d. 16.*

David typus Christi, à Saule populóque reiectus, tandẽ constitutus Rex. Matth. 21. d. 42

Acclamant Christo ingredienti Ierusalem. matth. 21 b. 9

22 ‖ ˈLapis *quẽ* reprobauerũt ædi-
ficantes, fuit in caput anguli.
23 A Iehoua factũ est hoc, & est
mirabile in oculis nostris.
24 Hæc *est* dies quã fecit Iehouá:
ˈexultemus & lætemur in ea.
25 ‖Obsecro Iehoua saluum fac
obsecro, obsecro Iehoua, ˈda obsecro
fœlicem successum.
26 Benedictus qui venit ˈin nomi
ne Iehouæ: ˈbenedicimus vobis
de domo Iehouæ.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.
A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies quã fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.
O Domine saluum me fac, ô Domine benè prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Domini:

24 Exultemus & lætemur נגילה ונשמחה exultabimus & lætabimur. *Celebrat David illud Dei miraculum, cuius facta est mentio proximo versu: dicit hũc diem esse memorabilem, quòd ipse Diuinitus sit electus. Facti sunt omnes dies à Domino, sed hîc diem factum à Domino intelligit, quia fuit ornatus insigni nota, & quasi ab aliis segregatus: nam Dominus illustre opus & admirabile in ipso designauit.* 25 Da obsecro fœlicem successum הצליחה נא fac vt nunc prospere agamus. *aut da* fœlicem successum regno Dauidis. *Hæc acclamabant Christo (cuius typus erat David) ingredienti in Ierusalem. Vide Matth. 21. a. 9.* נא *vt docti inter Hebræos scribunt, semper significat nunc: sunt tamen (inquit illorum alter) quidam qui deprecantis, siue obsecrantis particulam esse existimant: quod hoc loco maximè conuenit: nam maior est ardoris expressio. neque dubium est quin Spiritus sanctus excitare voluerit magnam precãdi vehementiam & ardentißimum studium in fidelibus omnibus.*

26 In nomine Iehouæ: בשם יהוה *Dicitur venire in nomine Domini, ille quo Deus vtitur ad populi salutem. Veniũt Prophetæ in nomine Domini, quos ipse excitat suo Spiritu: veniũt alii in nomine Domini per quos suam gratiam declarat. Hîc verò dicitur Rex venire in nomine Domini, quia Dominus eo fine regnum illud erexerat, vt populus fœliciter ageret sub posteris Dauidis vsque ad Christum.* Benedicimus vobis, &c. ברכנוכם נו' *Præt. Heb. pro præs.* fœlicia omnia imprecamur vobis *nos qui* de domo Domini *sumus. i. nos sacerdotes, aut qui colimus Dominũ.*

Hoc membro significant Sacerdotes coniunctam esse publicam salutem totius populi cum prospero regni statu: acsi dicerent, Miseri sumus omnes, nisi Dominus Regem hunc & regnū nobis conseruet. Hæc autem sic loquuntur, quòd illis iniunctæ essent partes benedicendi populi.

Deus Dominus, & illuxit nobis.

Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris.

27 'Fortis Iehouáh, '& illuxit nobis: ligate 'agnum funibus, 'vsque ad cornua altaris.

Exhortatio Sacerdotum ad facienda sacrificia pro aduentu Christi veri Dauidis.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

28 'Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

29 'Cōfitemini Iehouæ, quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

CXVIII.

Halelu-Ia. Aleph.

Beati immaculati in via: qui ambulant in Lege Domini.

CXIX.

א Aleph

1 א Beati 'perfecti via, qui ambulant in Lege Iehouæ.

27 Fortis Iehouáh, אל יהוה Deus *est* Iehouáh. *vt sequenti versu.* Et illuxit nobis: ויאר לנו *Copulatina* ו *hîc resolui debet in particulam expositiuam, vel causalem: vt legas;* Iehouáh *est* Deus: quia nobis illuxit. *Ab effectu enim probat Dauid Iehouam esse verum Deum: nā essentia Dei per se comprehendi non potest, sed Deus innotescit nobis per suam gratiam.* Agnum. חג *Propriè solennitatem & festum diem significat. ab* חגג *saltauit, subsiluit: quòd in illo die, lætitiæ gratia saltarent. Agnus quoque, siue pecus, vel hostia, eodem appellatur nomine, quòd cum lætitia & tripudio offerretur.* עבותים *autē funē qui filis multis conficitur: sic dictū ab implicatione, vel densitate. Vnde Græci* ἐν τοῖς πυκάζουσιν, *in condensis verterunt.* Vsque ad cornua עד קרנות *sub. adducite alligatum. q.d. Vos igitur omnes, gratias agentes, ligatas funibus densis victimas, Deo offerte, & adducite ad cornua altaris holocausti.*

28 Deus meus es tu, אלי אתה *Hæc verba tantundem valent acsi fideles dicerent se non frustra coluisse Deum, nec frustra inuocasse; quia salutem ipse attulisset in tempore.* Deus meus: *id est seruator.*

29 Confitemini Iehouæ, הודו ליהוה Celebrate Iehouam. *Eodem versu inchoat & finit psalmum.*

IN PSALMVM CXIX.

1. Perfecti via, תמימי דרך integri itinere. sinceri via. *i. quorū mores sunt probi, qui vitam suam rectè componunt.* Via *pro ipso vitæ instituto & cursu. Scribitur hic psalmus per octonarios iuxta ordinem alphabeti. Quidam hoc factum dicunt memoriæ iuuandæ causa. Alij psalmos ita solere scribi dicunt ob dignitatem rei de qua agitur. Est autem hic psalmus velut alphabetum quoddam piis omnibus discendum, vt nouerint v-*

bi sita sit vera fœlicitas & beatitudo. Sunt autẽ viginti duo octonarij pro numero literarum Hebraicarum: *quorũ singuli versus iuxta* Hebrææ *linguæ elegantiam, incipiunt ab vna & eadem litera.* Nullus *est præterea versus in hoc psalmo, præter vnum, 122, qui non habeat, si non plures, vnã saltem ex his decem vocibus,* תורה *lex.* חוקים *statuta, vel cæremoniæ.* מצוה *præceptum.* פקודים *præcepta naturalia cordibus hominum inscripta, & etiam mandata* Dei *qualibet.* עדות *testimonia, volũtatem* Dei *testantia: quidam* oracula *vertunt.* משפטים *iudicia quibus cum proximis viuimus, id est decreta, edicta & leges* Dei. אמרה *sermo, eloquium.* דבר *verbum, vel promissio.* צדק *iustitia.* דרך *via.* Porrò *fatentur &* Iudæi, *in hoc* Psalmo *Legẽ, cæremonias, præcepta, mãdata, & oracula, pro lege & institutione accipi, qua gloria* Dei, *& salutis proximorũ studiosa vita præscribitur.* Nonnunquam *etiam his nominibus significantur promissiones* Dei.

א Beati qui custodiũt testimonia eius, *qui* toto corde quærunt eum: 2 *Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.*

א Etiam *qui* non operantur iniquitatem, *sed* in viis eius ambulant. 3 *Non enim qui operantur iniquitatẽ, in viis eius ambulauerunt.*

א Tu præcepisti mandata tua vt custodiantur valde. 4 *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.*

א Vtinam firmẽtur viæ meæ ad custodiendum statuta tua. 5 *Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.*

א Tunc non pudore afficiar, quũ inspexero ad omnia præcepta tua. 6 *Tunc non confundar, quũ perspexero in omnibus mandatis tuis.*

א Celebrabo te in rectitudine cordis, quũ didicero iudicia iu- 7 *Cõfitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia*

2 Testimonia eius, עדותיו *Intelligit conuentionẽ quam* Dominus *habuit cum populo suo. agit enim* Dominus *humano more, acsi pacisceretur cum suis.* Hinc *videmus* Legis *nomine nõ modò decẽ verba, sed promissiones etiam comprehendi quibus testatur* Dominus *gratiam suam populo.*

3 Etiam *qui* non operantur אף לא פעלו Certè non operantur. *vel,* perpetrabunt. *Præt. Heb. pro præs. vel fut.*

4 Vt custodiãtur valde. לשמור מאד custodiri summa diligentia. *Docet quanto studio incumbere oporteat fideles ad seruandã* Legem Dei.

5 Firmentur יכנו parentur. dirigantur. disponantur.

6 Quũ inspexero בהביטי Ostendit inspiciendi *verbo, tunc rectè cõpositã fore hominis vitã, si tantùm sibi legem* Dei *pro scopo ante oculos ponat, non dando locũ consiliis suis, neque deliberãdo quid agere conueniat, sed simpliciter sequẽdo quod præcepit* Dominus. 7 Iudicia iustitiæ

tuæ. משפטי צדקך *Hebraiſmus,pro,iudicia tua iuſta.* Iudicia vocat *ſtatuta & decreta. acſi quis dicat*, Rectitudines. Nam *ideo Legis præcepta vocantur iudicia,quoniam illic præſcribit* Deus *quid rectũ ſit & iuſtũ.*

iuſtitiæ tuæ. ſtitiæ tuæ.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.

8 א Statuta tua cuſtodiam: ne derelinquas me vſque valde.

Beth ב Beth

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.

9 ב In quo mundabit puer ſemitam ſuam? ſi cuſtodiat iuxta verbum tuum.

In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

10 ב Toto corde meo exquiſiui te, ne errare facias me à mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia tua:vt non peccẽ tibi.

11 ב In corde meo abſcondi eloquium tuum,ne peccem tibi.

Benedictus es Domine:doce me iuſtificationes tuas.

12 ב Benedictus es Iehoua, doce me ſtatuta tua.

In labiis meis pronũtiaui omnia iudicia oris tui.

13 ב Labiis meis narraui omnia iudicia oris tui.

In via teſtimoniorũ tuorum delectatus ſum,ſicut in omnibus diuitiis.

14 ב In via teſtimoniorum tuorum gauiſus ſum, vt in omnibus diuitiis.

8 Vſque valde. עד מאד *Sic Ieſa. 64.c.9, Ne iraſcaris Iehoua vſque valde. Et d.12,Et affliges nos vſque valde?* Docti *inter* Hebræos *docẽt hoc loco*,vſque valde, *coniungendum eſſe verbo* cuſtodiam, Statuta tua cuſtodiam vſque valde.*i.vſque in ſeculum, vt ijdem exponunt, ſiue perpetuò.Alij verbo* derelinques *iungunt*, ne me derelinquas vſque valde. *id eſt vſquequaque, ſiue ſemper, aut perpetuò.q.d* Domine *vides quo ſim nunc animo:ſed quia homo ſum, prouide ne tentationibus vincar : id autem fiet ſi me non derelinquas vſquequaque: hoc eſt,ſi non ita differas auxilium tuum,vbi te innocauero,vt videar abs te derelictus.*

9 Mundabit יזכה puram reddet.emendabit.

10 Ne errare facias me אל תשגני *.i.ne ſinas me deflectere à mandatis tuis.*

14 Vt in omnibus diuitiis. כעל כל הון ſicut in opulentia multa. Viam teſtimoniorum Dei *accipit pro tota Legis doctrina.q.d. Quemadmodũ maior pars hominum beatam vitam in hoc ſitam eſſe imaginatur ſi diuitiis abundet : ita hæc vna mea fœlicitas fuit,ſcire quid* Dominus *mihi præcipiat,quam nobis tradat viuendi regulam.*

ב 'In præceptis tuis medita- 15
bor,& cõſiderabo ſemitas tuas.
ב In ſtatutis tuis "delectabor, 16
nõ obliuiſcar verborum tuorũ.

ג Gimel

ג 'Retribue ſeruo tuo *ut* viuã, 17
& cuſtodiam verbum tuum.
ג 'Reuela oculos meos,'& a- 18
ſpiciam mirabilia de Lege tua.
ג Aduena ego ſum in terra, 19
'ne abſcõdas à me præcepta tua.
ג 'Cõfracta eſt anima mea de- 20
ſiderando iudicia tua omni tẽ-
pore.
ג 'Diſperdidiſti ſuperbos:'ma 21
ledicti qui errãt à præceptis tuis.
ג Remoue à me opprobriũ"& 22
contemptum : quia teſtimonia

In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas.

In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

Gimel

Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.

Reuela oculos meos, & cõſiderabo mirabilia de Lege tua.

Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mãdatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum: quia teſti-

15 In præceptis tuis meditabor, בְּפִקּוּדֶיךָ אָשִׂיחָה In præceptis tuis me exercebo. *Alij*, De præceptis tuis loquar. *Alij*, De tuis conſtitutionibus diſſeram. *vel*, confabulabor.

16 Delectabor, אֶשְׁתַּעֲשָׁע oblectabo me. 17 Retribue גְּמֹל Repende. *Hoc* beneficium confer. *q.d. Hoc beneficio me dignare, vt viuendo me totum addicam in obſequium tuum: denique vt non alia de cauſa viuam niſi vt ſermonem tuum ſeruem. Alij vertunt*, Præſta te ſeruo tuo beneficum[liberalem]*tunc* viuam. *id eſt tunc demum me fœlicem exiſtimabo, tunc etiam cuſtodiam ſermones tuos, ſi mihi fueris fauorabilis, vt vulgò loquuntur.* 18 Reuela oculos meos, גַּל עֵינַי Velamen detrahe oculis meis. Retege oculos meos. *His verbis ſignificat nos eſſe cæcos donec oculos mentis noſtræ illuminet.* Et aſpiciã וְאַבִּיטָה & conſiderabo. *Vel*, contemplabor. *i. tunc ego ero idoneus ad percipienda myſteria Legis tuæ.* 19 Ne abſcondas אַל תַּסְתֵּר *id eſt ne permittas vt ego deſtituar doctrina Legis tuæ.*

20 Confracta eſt גָּרְסָה Debilior fit. Atteritur. Comminuitur. Conſternitur. *Hac confractione, attritione, & conſternatione animæ oſtendit quantopere & quàm vehementer ſeſe totum applicuerit ad ſtudium Diuinæ Legis.* 21 Diſperdidiſti גָּעַרְתָּ Perdidiſti. *Quidam præteritum vertunt in futurum*, Perdes. Maledicti אֲרוּרִים execrabiles. 22 Et contemptum : וָבוּז *ſub. ſuperborum. Duobus modis hic verſus exponitur. Vel, Ne permittas vt homines iniuſtè*

me, opprimant suis calumniis: & ne falsa crimina in me congerendo, infament vitam meam: nam conscientia mea mihi testimoniũ reddit veræ probitatis. Vel vt legamus versum vno tenore, N*e patiaris impios mihi illudere, & me traducere suis opprobriis, propterea quòd studui seruare mandata tua.*

monia tua exquisiui.

tua custodiui.

Etenim sederũt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

23 ג Etiam 'sederunt principes, & contra me loquuti sunt: *interea* seruus tuus 'meditabatur in statutis tuis.

Nã & testimonia tua, meditatio mea est: & cõsilium meum, iustificationes tuæ.

24 ג Etiã testimonia tua sunt delectationes meæ, & "viri consilii mei.

Daleth

ד Daleth

Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.

25 ד Adhæsit "pulueri anima mea, "viuifica me secũdum verbum tuum.

Vias meas annũtiaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

26 ד "Vias meas narraui *tibi*, & exaudisti me: doce *igitur* me statuta tua.

Viã iustificationũ tua-

27 ד "Viam præceptorũ tuorum

23 Sederunt ישבו Sedendi *verbo significat proceres istos de quibus loquitur, non tantùm in suis cubiculis vel mensis perperam & iniustè loquutos esse, sed in ipso tribunali vbi ius dicendum erat.* Meditabatur ישיח *Fut. Heb. pro præs.* loquitur. differit. *q.d.* N*on propterea desino persequi rectum cursum.* 24 Viri consilii mei. אנשי עצתי *Hebraismus, pro, consiliariis & consultoribus. id est gubernant mentẽ meam & cor meum.* 25 Pulueri anima mea, לעפר נפשי terræ vita mea. *i. parum abest quin deferar ad sepulchrum, propterea viuifica me. Vel vt alij, Sæpe hoc contingit vt videar oppressus à morte, nam nõ possum me attollere. nam terra videtur hærere mihi.* H*ac loqutione significat vitæ & salutis desperationem quoad sensum carnis.* Viuifica me, *&c.* חייני כדברך H*ebraismus, pro, restitue me vitæ pristinę vt pollicitus es.*
26 Vias meas דרכי *id est quæ agere volebam.*
27 Viam præceptorum דרך פקודיך *id est quanam ratione viuendum sit mihi iuxta ea quæ mandasti. Quidã totum versum sic resoluunt,* V*t mediter in tuis mirabilibus, fac me intelligere viam mandatorũ tuorũ.* Mirabilia Dei *vocat illa arcana quæ sunt supra mensuram ingenij humani, de quibus paulo suprà, versu 18.* T*ametsi enim vulgaris esse videatur Legis doctrina, & superbi homines eã fastidiãt, quòd illic populariter loquatur Dominus: tamen qui rectè iudicant, satis agnoscunt, cõprehendi in Lege, arcana cælestia quæ non cadunt sub sensum nostrum.*

fac me intelligere,"&meditabor
in mirabilibus tuis.
ד 'Diffluit anima mea' præ tri 28
ſtitia: confirma me iuxta ver-
bum tuum.
ד Viam" mendacii amoue à 29
me,'& Lege tua dignare me.
ד "Viam veritatis elegi, iudicia 30
tua poſui coram me.
ד Adhæſi teſtimoniis tuis Ie- 31
houa,"ne pudore afficias me.
ד Viam mādatorum tuorum 32

rum inſtrue me, & exerce-
bor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea
præ tædio: confirma me in
verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue
à me: & de Lege tua miſe-
rere mei.
Viam veritatis elegi: in-
dicia tua non ſum oblitus.
Adhæſi teſtimoniis tuis
Domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuo-

Et meditabor in mirabilibus tuis. ואשיחה בנפלאותיך & loquar
de mirabilibus tuis. 28 Diffluit דלפה Diſtillat. Stillatim
perit vita mea. *Quemadmodum, paulo antè, verſu 25 dixerat animam*
ſuam quaſi affixam eſſe pulueri, ita nunc dicit ſtillare animam ſuam
præ dolore. Stillandi *autem verbum quidam referunt ad lachrymas,*
Anima mea ſtillat, *hoc eſt, Diffluit in lachrymas præ dolore. Alij expo-*
nunt, Anima mea ſtillat, *hoc eſt Liqueſit: quia vires eius paulatim dif-*
fluebant ſicut aqua. Quæ expoſitio doctioribus magis probatur.
Præ triſtitia: מתוגה præ ægritudine. *vel* anxietate.
29 Mendacii שקר *Petit ſic purgari ab omni vanitate, vt caueat ſibi*
à ſatanæ atque hominum impoſturis. Et Lege tua dignare me.
ותורתך חנני & Legem tuam gratificare mihi. *hoc eſt, Confer mihi gra-*
tuitò hoc beneficium, vt Legis tuæ ſim particeps. Idem ſenſus cũ noſtro in-
terprete. Alij, Fac vt Lex tua grata ſit mihi. *acſi Propheta Dominũ de-*
precetur vt cor eius formet ad deſiderium Legis ſuæ. Quia Lex non ſatis
arridet carni: imò odioſa eſt, quòd cogat eam in ordinẽ, & omnes eius con-
cupiſcentias damnet: idcirco petit vt Deus hoc illi præſtet vt Lex eius ſit
illi amabilis & grata. Alij, & de Lege tua miſerere mei. *atque expo-*
nunt, Et Lege tua, *ſiue cognitione Legis tuæ dona me. Vel potius his ver-*
bis petit Propheta ex Lege Domini miſericordiæ fontem, tanquam ex fon-
te proprio: quòd Dominus in Lege ſua promiſerit ſe miſericordem fore. Alij,
& legem tuam benignè mihi proponito.
30 Viam veritatis דרך אמונה Viam veritatis *vocat id quod rectũ*
& verum eſt: nempe quod Lege ſua præcepit Dominus.
31 Ne pudore afficias me. אל תבישני *id eſt, Ne pudefieri me ſinas.*
Maior pars hominum ludibrio habet ſeruos Domini. nec alia de cauſa i-
pſos infamat, niſi quia ſtudent rectè viuere. Propterea hîc David, quum
tam iniuſtè ſiniſtris ſermonibus grauetur, ita vt poſſit coram mundo pu-
defieri, petit à Domino vt appareat è cælo vindex. q. d. Quum videas im-
pios mihi illudere, quia ſector Legem tuam, libera me ab eorum probris.

rum cucurri quum dilatasti cor meum.		ʹcurram quum ʹ dilataueris cor meum.
He		ה He
Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper.	33	ה Doce me Iehoua ʹ viam statutorum tuorum, ʹ& custodiam eam *usque in* finem.
Da mihi intellectum, & scrutabor Legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.	34	ה Da mihi intelligentiam, & custodiam Legem tuam, ac seruabo illam toto corde.
Deduc me in semita mādatorum tuorum: quia ipsam volui.	35	ה Deduc me per semitā mandatorum tuorū, quoniam in ea ʹest beneplacitum meum.
Inclina cor meum in testimonia tua, & nō in auaritiam.	36	ה Inclina cor meum ad testimonia tua, & non ʹad auaritiā.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.	37	ה Auerte oculos meos, ne videāt vanitatem: ʹin via tua viuifica me.

32 Curram, ארוץ *Verbo* currendi *significat se alacrem fore ad seruandam Legē* Dei, *vbi Deus eā alacritatē dederit.* Curram igitur viam mandatorum tuorum, *id est afferes mihi alacritatem vt Legem tuam sequar, vbi cor meum dilatatum fuerit.* Dilataueris תרחיב in latitudinem eduxeris. *id est, Vbi liberam voluntatem dederis, vt aperto corde studeā me tibi in obsequium tradere.* 33 Viam statutorū tuorum, דרך חוקיך *id est viuendi rationem quæ est iuxta leges tuas.*

Et custodiā eam, *&c.* ואצרנה עקב & custodiā eam *vsque ad* calcem. *i. Quemadmodū* Legem *tuā seruare studui, ita prosequar hunc cursum, neque fatigabor in medio itinere, vbi tu perrexeris me docere in tuis mandatis. Alij vertunt,* Et custodiam *propter* mercedem. *acsi diceret* Propheta, *Domine vbi probè eductus fuero, tunc intelligam eos non frustra laborare qui se addicunt obseruationi tuæ Legis. quum igitur certò cognoscam te non frustrari cultores tuos, ideo custodiam* Legem *tuam. Alij rectius,* & custodiam finem. *hoc sensu,* Mihi *necesse est assiduè doceri, ne deficiam, sed semper intentus sim ad scopum meum. (vita enim nostra cōfertur stadio) nec deflectam oculos ab vltimo fine.*

35 Est beneplacitum meum. חפצתי mihi complacui. *q.d.* Non *tantùm huc animū meū adieci, sed hæc mea voluptas est, tibi seruire & obsequi secundum* Legem *tuam.* 36 Ad auaritiam. אל בצע ad violentiam. *vel,* rapinam. *aut,* prauam cupiditatem.

37 In via tua viuifica me. בדרכך חיני *.i. fac vt viuendo, tibi seruiā.* Aut, viuifica me secundum legem tuam. *Alij exponunt,* Fac *vt nihil agant vel oculi mei, vel pedes, vel manus, vel etiam cor meum quicquam concipiat, appetát ve, nisi quod* Legi *tuæ respondeat.* Postulat *sibi impleri promissiones* Dei.

ה 'Cōfirma seruo tuo eloquiū 38
tuum, 'qui timori tuo *adhæret*.

Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

ה Aufer à me 'opprobrium 39
meum quod timui: quia iudi-
cia tua bona.

Amputa opprobriū meū quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.

ה Ecce 'concupiui mādata tua: 40
'in iustitia tua viuifica me.

Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

ו Vau

Vau

ו Et obueniant misericordiæ 41
tuæ Iehoua: & salus tua secun-
dum eloquium tuum:

Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.

ו 'Et respondebo probris affi 42
cienti me, verbum: quòd spero
in verbo tuo.

Et respondebo exprobrantibus mihi, verbū: quia speraui in sermonibus tuis.

ו Et ne auferas 'de ore meo ver 43

Et ne auferas de ore meo,

38 Confirma הקם Statue. *Ad verbum*, Fac surgere. *i. Confirma seruo tuo promissum tuū.* Qui timori t. אשר ליראתך quia ad timorē tuum. *sub. tendo. Significat se non aliud habere propositum, nisi Deum timere. q.d.* Hoc *vnū mihi sufficit si me regas tuo* Spiritu: *ne quicquam vel cogitem, vel expetam, vel faciam, nisi pro tua iustitia.* 39 Opprobrium meum חרפתי *Quidam exponunt, opprobriū quod aduersarij opprobrarent ei siquid praui admitteret: vt timeat in aliquā infamiā incidere, idque sua culpa. Alij verò* opprobrium *intelligunt sinistros sermones quibus obruebatur propterea quòd studeret probè & integrè versari in tota vita. Alij referunt ad* Deum: *nam (inquiunt) si respiceret homines, non adderet hanc causam,* Quia iudicia tua sunt bona. *Tantùm igitur petit à* Spiritu *sancto regi vt irreprehensibilis appareat in* Dei *conspectu. q.d.* Obsecro *ita erudi me ne corruam corā tribunali tuo cum ignominia. quod ne accidat, valde timeo.* 40 Concupiui mandata tua: תאבתי לפקודיך desiderio affectus sum ad statuta tua. In iustitia tua viuifica me. בצדקתך חייני in iustitia tua recrea me. *i. Recrea me absoluta illa bonitate tua.* Hoc *enim vox* Hebræa צדק *sæpe significat. Vel, fac vt virtus* Spiritus *tui sese exerat in omnibus partibus & animæ & corporis.* 42 Et respondebo, &c. ואענה חורפי דבר Hebraismus. *pro, vt sit quod respondeam opprobrantibus mihi: nam, &c.* Quidam *existimant esse precationē*, Respondeā verbū mihi exprobranti quòd speraui in verbo tuo. *Exprobrat enim satan cū suis, quòd fuerimus decepti sperando in* Deum. I *nunc, inquit: & spera in* Deo *tuo.*

43 De ore meo מפי N*omine* oris, *etiam cor intelligit. q.d.* Domine, *nō modò cupio cor meū fulciri certa spe & firma, ne tentationibus obruar: sed etiam cupio apud homines mihi constare eam fortitudinē, vt celebrem promissiones tuas, quicquid mihi acciderit.*

verbũ veritatis vſquequaque:quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.		bũveritatis'vſquequaque:'quia iudicia tua expecto.
Et cuſtodiam Legem tuã ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi.	44	ו Et cuſtodiam Legem tuam ſemper, in ſeculum & vſque in ſeculum.
Et ambulabam in latitudine: quia mãdata tua exquiſiui.	45	ו Ambulabóque 'in latitudine:quia mãdata tua exquiſiui.
Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.	46	ו Atque loquar de teſtimoniis tuis coram Regibus, neque pudore afficiar.
Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi.	47	ו Et delectabor in mãdatis tuis quæ'dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.'	48	ו 'Et leuabo palmas meas ad præcepta tua quæ dilexi,'& me ditabor in ſtatutis tuis.

Vſquequaque: עד מאד *Ad verbum,* vſque valde. *Alij,* omnino. *aut,* perpetuó. *q.d. Si continget impios contra me inſurgere, vt derideant fiduciam meã, quaſi nimis ſimplex & credulus fuerim: ſuppedita linguæ meæ conſtantem ſermonem ſemper, quo poßim fortiter repellere ipſorum petulantiam, & teſtari coram toto mundo me ſperare in te.* Quia iudicia tua expecto. כי למשפטיך יחלתי quia ob iudicia tua *in te* ſperaui. *Iudicia tua .i. quæ exerces in impios.* D*octioribus magis placet vt intelligamus de præceptis & ſtatutis* Dei. *q.d. quia animũ meum quodammodo affixi præceptis tuis, & me in illo affectu contineo, atque conſtanter perſeuero in eo.* 45 In latitudine: ברחבה *q.d. cum conſcientiæ tranquillitate, & voluptate cordis viuam, nihil mihi timens ab ira tua, vt qui regia & lata via gradiuntur, nihil à latronibus ſibi timent. nam tu expedies mihi viam, ſuppeditabis mihi omnia conſilia: hinc fiet vt tranquillo animo pergã.* F*ideles quamuis patiantur ſe regi à verbo* D*omini, tamen ſæpe ſunt perplexi: nam ita ipſos exercet* D*eus.* V*erũ poſtquã variis anguſtiis cõſtrinxit, poſtea liberat.* A*mbulare in latitudine, eſt non torqueri animo quemadmodũ increduli quos mala conſcientia torquet & vexat.* 47 Dilexi. אהבתי P*ræt.* H*eb. pro præſ.* S*ic ſequenti verſu.* 48 Et leuabo palmas, &. ואשא כפי אל מצותיך .i. M*anus admonebo præceptis tuis. q.d.* D*abo operã vt factis exprimã præcepta tua.* Q*uidam dicunt hac loquutione ſignificari non vulgare deſiderium. nã ſiquid cupidè appetimus, ſimul etiã extendimus manus & brachium. talis igitur ſenſus metaphoræ eſſe videtur.* N*õ tantũ intus optabo proficere in* L*ege tua, ſed extabit etiam feruor & vehemens deſiderium meum in ipſo corporis geſtu. nam ego manus meas attollam quemadmodum ad rem quam maximè omniũ expecto.* Et meditabor ואשיחה & differã. & loquar.

ז Zain.

ז Memēto verbi ˊseruo tuo, in 49
quo sperare fecisti me.

ז Hæc est cōsolatio mea in af- 50
flictione mea: quia eloquium
tuum ˊviuificauit me.

ז Superbi ˊderiserūt me ˊpluri- 51
mum: à Lege tua non declinaui.

ז Recordatus sum ˊiudiciorū 52
tuorū à seculo Iehoua, & sola-
tus sum memetipsum.

ז ˊTerror inuasit me propter 53
impios derelinquētes Legē tuā.

ז ˊCāt⁹ fuerūt mihi statuta tua 54
in domo ˊperegrinationū mearū.

ז ˊRecordatus sum nocte nomi 55
nis tui, Iehoua, & custodiui Le-
gem tuam.

ז ˊHoc mihi euenit quòd præce 56

Zain

Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spē dedisti.

Hæc me cōsolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuum viuificauit me.

Superbi iniquè agebant vsquequaque: à Lege autē tua non declinaui.

Memor fui iudiciorū tuorum à seculo Domine, *& cōsolatus sum.*

Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus Legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui Domine: *& custodiui Legem tuam.*

Hæc facta est mihi quia

49 Seruo tuo, לְעַבְדֶּךָ ad seruum tuum. *i. Promissionis tuæ quam promisisti seruo tuo.* Hebraismus est, *Recordare verbi tui seruo tuo, pro,* Imple promissionem quam promisisti, *quæ me inuitat ad bene sperandum.*

50 Viuificauit me. חִיָּתְנִי *Præt. Heb. pro præs.* viuificat me. recreat me. *Eloquium intelligit promissiones salutis quæ in verbo* Dei *continentur.* 51 Deriserunt me, הֱלִיצֻנִי *Præterita Heb. pro præsentibus,* derident. illudunt. non declino. Plurimum: עַד מְאֹד *Ad verbum,* vsque valde. *id est magnopere. vt versu* 43.

52 Iudiciorum tuorum à seculo, מִשְׁפָּטֶיךָ מֵעוֹלָם Iudicia Dei à seculo *vocat quæ executus est omnibus seculis, & quibus probauit se esse vindicem ad sumendam pœnam de impiis.* 53 Terror inuasit me זַלְעָפָה אֲחָזַתְנִי *Præt. Heb. pro præs.* Tremor apprehēdit me. *Alii,* Ardor *vel* tabes. *Dicit se fuisse vehementer vulneratum quum videret* Deū *contemni, & violari ipsius* Legem.

54 Cantus fuerunt mihi זְמִרוֹת הָיוּ לִי Cantiones sunt mihi. *siue* cantica. *i. Sunt occasio carminum scribendorum. vel, illa cano.*

Peregrinationū mearū. מְגוּרָי *.i. Dum exularē & fugerē huc illuc à facie inimicorum, non destiti meditari præcepta tua, & inde petere leuamem malis meis.* 55 Recordatus sum זָכַרְתִּי *Præterita Heb. pro præs.* Memor sum. Recordor. *Id est, Legem tuam seruo, & doctrinæ tuæ addictus sum, quia tu mihi perpetuò occurris.* Dicit *memoriam* Dei *ipsum solicitare ad Legem seruandam.* 56 Hoc mihi euenit זֹאת הָיְתָה לִּי Hoc

pronomine cōprehendit David omnia Dei beneficia: atque hoc demonstratiuè pronuntiat. q. d. Domine video me ornatum esse multis tuis beneficiis, me sæpius, & variis modis seruatum à te.

iustificationes tuas exquisiui.

pta tua custodiui.

Heth

ח Heth.

Portio mea Domine, dixi, custodire Legem tuam.

57 ח Portio mea Iehoua, 'dixi: vt custodiam verbum tuum.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secūdum eloquium tuum.

58 ח 'Deprecatus sum faciem tuā toto corde: miserere mei *igitur* secundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas, & cōuerti pedes meos in testimonia tua.

59 ח 'Reputaui vias meas, & conuerti pedes meos ad testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mādata tua.

60 ח Festinaui, '& non tardaui custodire mandata tua.

Funes peccatorū circumplexi sunt me. & Legem tuā non sum oblitus.

61 ח 'Cateruæ impiorū prædatæ sūt me: *at* Legis tuæ nō sū oblit'.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.

62 ח 'Media nocte surgo ad confitendum tibi super 'iudicia iustitiæ tuæ:

Particeps ego sum omniū timentium te, & custodientium mandata tua.

63 ח 'Soci' sū ego omniū timentiū te, & custodientiū præcepta tua.

57 Dixi, חלקי *Istud* DIXI, *refertur vel ad id quod proximè præcessit, hoc modo,* Dixi quòd Iehoua est portio mea: vt obseruem mandata tua. E*t tunc est personæ mutatio. Aut ad id quod sequitur, sic,* O Iehoua quem habeo pro sorte mea, decreui custodire verba tua. *Vt* DIXI *pro decreui positū sit. Vel, hoc mihi summo est in pretio, & hæreditatis meæ instar, quòd decreui* Legem *tuam seruare.* 58 Deprecatus sum faciem tuā חליתי פניך Precari faciem, *est venire in conspectum. Sic loquuntur* Hebræi *quum volūt exprimere familiare illud colloquium ad quod* Dominus *fideles suos admittit quū ad precandum illos inuitat. Perinde enim est acsi facie ad faciem loquantur cum* Deo.

59 Reputaui חשבתי Cogitaui. Diligenter expēdi. *Significat se diligēter reputasse quid sibi agendū esset: & postquā rectè sapere didicit, se reuocasse ad* Legem Domini. 60 Et non tardaui ולא התמהמהתי nec moram feci. nec distuli. 61 Cateruæ חבלי Cœtus. Turmæ. *Alii,* Dolores. *vel* Molestiæ. 62 Media nocte surgo חצות לילה אקום *Ad verbum,* Medietatibus noctis surgam. *Fut. pro præs.*

Iudicia iustitiæ tuæ: משפטי צדקך *Hebraismus, pro iudicia tua iusta. Vide suprà versu 7.* 63 Socius sum חבר אני *Adiunxi me.*

ח Misericordiæ tuæ Iehoua 64
plena est terra: statuta tua doce
me. ט Teth.
ט 'Bonũ fecisti cũ seruo tuo 65
Iehoua, secundum verbum tuũ.
ט 'Bonitatẽ sens⁹" & sciẽtiã do 66
ceme: quia præceptis tuis 'credidi.
ט Priusquam 'humiliarer, ego 67
errabam: nunc autem eloquium
tuum 'custodio.
ט Bonus tu, & beneficus: doce 68
me statuta tua.
ט Concinnauerunt aduersum 69
me mendacium superbi: nihilo-
minus ego toto corde 'custodio
præcepta tua.
ט Impinguatũ est 'sicut adeps 70
cor eorum: ego *autem* Lege tua
'delector.

Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.
Teth
Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundũ verbum tuum.
Bonitatem, & disciplinã, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer, ego deliqui: propterea eloquiũ tuum custodiui.
Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborũ: ego autẽ in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorũ: ego verò Legem tuã meditatus sum.

65 Bonum fecisti, &c. טוב עשית ונו' *Dei veritatem in seruandis promißis celebrat. Bonum facere hoc loco ponitur pro Implere promissa: vel effectu ipsò probare, quòd non frustra promiserit Deus seruis suis quicquid illis optabile est.* 66 Bonitatem sensus טוב טעם Bonitatem sermonis. *i. Optimum & exactißimum iudicium. Quidam vertũt*, Bene iudicandi facultatem. Et scientiam ודעת & cognitionem. *vel*, intelligentiã exactissimam. Credidi. האמנתי fidem adhibui, *hoc est, libenter amplexus sum statuta tua, agnoscens nihil illic præscribi nisi quod iustum ac sanctum est.* 67 Humiliarer, אענה affligerer. *sub. à te. Alii*, loquerer. *vel* commentarer, *sub. de Lege tua. Rectius noster interpres. nam paulò pòst versu 71, dicitur*, Bonũ mihi est quòd afflict⁹ fuerim. *Vbi non est obscurus sensus: nec dubium est quin sit repetitio ad istam sententiam confirmandam. His autem verbis significat se non fuisse Deo morigerum donec subactus esset ferulis: quia nũquam sponte sequutus esset verbum Domini.* Custodio. שמרתי *Præt. Heb. pro præs. Testatur se profecisse sub manu Dei & ferulis.* 69 Custodio אצור custodiam. obseruabo. *fut. pro præs.* 70 Sicut adeps כחלב sicut adipe. *i. Quadã veluti craßities occupat eorum corda vt stupidi sint in sua obstinatione, neque Deum curent, audeántque simul contra seruos eius insurgere.* Delector. שעשעתי me oblectaui. *Vel est præteritum pro præsenti*, me oblecto.

Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.	71	ט Bonum mihi est quòd afflictus fuerim: vt discã statuta tua.
Bonum mihi Lex oris tui, super milia auri & argẽti.	72	ט Melior est mihi Lex oris tui, quã milia auri & argenti.
Iod		י Iod.
Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerũt me: da mihi intellectum, vt discã mãdata tua.	73	י Manus tuæ fecerunt me, ʼ& præparauerũt me: fac me intelligere, & discam præcepta tua.
Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.	74	י *Tunc* timentes te, videbunt me: & lætabuntur: quia ʼverbum tuum expectaui.
Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me	75	י Noui Iehoua quòd ʼiustitia *sunt* iudicia tua, & in veritate afflixisti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundũ eloquium tuum seruo tuo.	76	י Sit quæso misericordia tua ad consolandum me, secundum eloquium tuum *quod loquutus es* seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tuæ, & viuã: quia Lex tua, meditatio mea est.	77	י Veniant mihi misericordiæ tuæ, ʼ& viuam: quia Lex tua delectatio mea est.
Confundantur superbi,	78	י ʼPudore afficiantur superbi,

73 Et præparauerunt me: ויכוננוני & concinnauerunt me. disposuerũt. *q.d. Tu me hominem formasti, superest vt etiã instituas quo possim vitam meam componere ad Legis tuæ regulam.* 74 Verbum tuũ expectaui. לדברך יחלתי in verbo tuo spem habeo. *Alii*, ad verbum tuũ suspicio. *i. considerabunt hoc mihi contigisse quòd spem in tuis promissionibus habuerim: ideo confirmabuntur, nec dubitabunt eandem sibi gratiã esse paratam, si promissiones tuas suspiciant, atque in illis spem habeant.* 75 Iustitia *sunt* צדק *i. iusta.* Hebraismus. *q.d. quòd iustè me affligas. Mox seipsum exponit, repetendo eadem, quum dicit, in veritate afflixisti me. i. meritò & iure. Obserua iustitiam & veritatẽ, pro eodẽ poni: & sæpe occurrunt duæ istæ voces simul.* 77 Et viuam: ואחיה Dicit *se mortuo esse similem nisi sentiat* Deum *sibi esse propitium.* Siquis *enim iram* Domini *apprehẽdat, mortuus est in ipsa vita: at si affulgeat gratia eius, in morte viuit.* Mox *addit cur se non existimet viuum, nisi* Deo *propitio,* Quia *me oblecto* Lege *tua.* 78 Pudore afficiantur יבשו Potest *esse precatio.* Aliis *magis placet retinere futurũ,* Pudefient: *vt ostendat* Propheta *qualis exitus maneat impios. q.d. tametsi sese efferũt nunc, iacebũt tamẽ cõfusi.*

quoniam sine causa peruerterunt me: ego autem meditabor in præceptis tuis.

quia iniustè iniquitatē fecerūt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

ו Conuertantur ad me qui timent te, & nouerunt testimonia tua.

79 Conuertantur mihi timētes te, & qui nouerunt testimonia tua.

ו Sit cor meum perfectum in statutis tuis, ne pudore afficiar.

80 Fiat cor meum immaculatū in iustificationibus tuis vt non confundar.

כ Caph.

Caph

כ Defecit ad salutem tuam anima mea, verbū tuū expecto.

81 Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperaui.

כ Defecerunt oculi mei ad eloquiū tuum, dicendo, Quando consolaberis me?

82 Defecerunt oculi mei in eloquium tuū, dicentes, Quādo consolaberis me?

כ Quia fui sicut vter in fumo: attamen statutorum tuorum nō sum oblitus.

83 Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

78 Sine causa שקר falsò. immeritò. Peruerterunt me. עותוני .i. peruertere me voluerunt a via recta. Alii exponunt, peruersum me esse pronuntiauerunt. Potius, fallaciter & peruerse mecum egerunt, vel mihi fuerūt molesti. Meditabor, &c. אשיח בפקודיך disseram sur les quar de mādatis tuis. 79 Conuertantur ad me ישובו לי Conuertentur ad me. i. deserta impiorum coho rte iungētur mihi. Quidam hoc loco conuerti pro respicere exponunt. q. d. Fortè Domine ad tempus dum fui ludibrio inimicis meis, boni etiam fuerunt deiectis animis: nūc autem colligent animos vbi videbūt me liberatum fuisse tua gratia, qui antea trepidabant: & quibus conciderat animus, restituetur illis.

80 Perfectum תמים integrum. syncerum 81 Defecit ad salutem tuam כלתה לתשועתך .i. defeci præ desiderio salutis, siue opis tuæ. Alii, Concupiuit opem tuā. Non intelligit se succubuisse tentationibus, vel fuisse quasi exanimē, quòd eius voto non succedat: sed id significat quod Gallicè dicimus, Languir, I'ay lāgui a ton salut, ou de desir que i'auoye de ton salut. Testatur se ita spem habuisse repositā in verbo Domini, vt patienter expectauerit ad extremum vsque. Seipsum exponit sequēti versu. Verbum tuum expecto. לדברך יחלתי in verbum tuum speraui. Alii, ad verbum tuum suspicio. Alij, dum verbum tuum expecto. 82 Defecerunt כלו dum scilicet perseueranter aspiciunt an opem feras mihi. Hac loquutione significat se nō fuisse abductum à fide verbi, quanuis duriter eum Dominus exerceret, ita vt macies contraheret eius cutem, & esset quasi torrefactus.

Quot sunt dies serui tui quando facies de persequẽtibus me iudicium? 84 כ ʹQuot sũt dies serui tui quã do facies in persequentes me iudicium?

Narrauerũt mihi iniqui fabulationes: sed non vt Lex tua. 85 כ ʹFoderunt mihi superbi foueas: quod nõ est secundum Legem tuam.

Omnia mandata tua veritas: iniquè persequuti sũt me, adiuua me. 86 כ Omnia mandata tua veritas: ʹsine causa persequũtur me, adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra: ego autẽ non dereliqui mãdata tua. 87 כ ʹFerè consumpserunt me in terra: ego tamen non dereliqui præcepta tua.

Secũdum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui. 88 כ Secundum misericordiam tuamʹ viuifica me, & custodiam testimonium oris tui.

Lamed ל Lamed.

In æternum Domine verbum tuũ permanet in cælo. 89 ל In seculum Iehoua verbum tuum permanetʺ in cælo.

84 Quot *sunt* dies serui tui כמה ימי עבדך *.i. Quanto tempore victurus est seruus tuus in hoc mundo? q.d. paruo tempore. quũ igitur paruo tempore sim victurus, fac vt antequam moriar, videam improbos tibi dare pœnas*. Vel *potius, Quousque tibi decretum est affligere seruum tuum? Dies suos vocat quibus volebat* Dominus *illũ affligere: nã postea sequitur, Quando sumes pœnas de iis qui me iniustè persequuntur? Quidã vna interrogatione legunt*, Quot sunt dies serui tui quando facies iudicium in persequentes? *.i. Quot tandem supersunt dies seruo tuo, quibus ab improbis istis diuexari eum oportet?* 85 Foderunt mihi superbi, *&c.* כרו לי זדים וגו' *Hac metaphora intelligit se non tantùm violenter fuisse oppugnatum ab hostibus, sed etiã malis artibus & calũniis: se tamen nõ retaliasse iniurias, nec dolis & malitia cũ ipsis certasse, quòd videret id* Legi Dei *esse aduersum*. Alii *exponũt, quòd contrà quàm doceat* Dei Lex, *ipsi machinati sint illi insidias*. 86 Sine causa שקר fallaciter. *Dicit, se semper præ oculis habuisse in omni afflictione,* Deum *esse veracem in suis promissionibus (quas hîc mandata vocat) propterea non defuturum quin succurrat, & impios perdat qui innocentes fallaciter persequuntur.*

87 Ferè consumpserunt me in terra: כמעט כלוני בארץ Propè perdiderunt me in terra. *i. parum abest quin me in terram deiectũ prorsus perdiderint*. I*dem dicit quod paulo antè versu 85*.

88 Viuifica me, חייני *.i. vitã quã mihi dedisti cõserua*. Alii, recrea me. 89 In cælo. בשמים in ipsis cælis. *i. ipsis cælis testibus. q.d.*

quæ semel dixisti, non soles retractare: quod cæli testantur qui permanent quia olim dixeris, Sint cæli. Sic exponunt quidam, quòd sequenti versu legatur, Fundasti terram, & perstat. Alii rectius, qui dicunt verbum Dei, *quod piis salutẽ promittit, fixum esse in cælis: vtcunque versentur res humanæ, & omnia sint variis inclinationibus obnoxia, tamen verbum* Dei *nõ est subiectum ordini naturæ:* Deus *enim reipsa ostendit se erga suos fidelem, neque aliquid frustra illis promisisse. His verbis voluit pias mentes attollere supra cælos, vt illic figant suam anchoram, vt est in* Epistola *ad* Hebræos, *6.d.19. Hac igitur loquutione, In cælis stare, significat verbũ* Dei *& eius veritatem, nõ esse obnoxiam variis mutationibus, sed semper* Deũ *esse veracem in suis promißionibus. Opponit istud mundo, in quo omnia sunt instabilia.*

ל In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & perstat. 90 — *In generatione & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.*

ל Ad iudicia tua perstant vsque ad hanc diem: quia omnia *sunt* serui tui. 91 — *Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.*

ל Nisi Lex tua delectationes 92 meæ fuissent, tunc periissem in afflictione mea. — *Nisi quòd Lex tua, meditatio mea est, tunc fortè periissem in humilitate mea.*

ל In seculũ nõ obliuiscar præ- 93 ceptorum tuorum: quia in ipsis viuificasti me. — *In æternum nõ obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.*

ל Tuus ego sũ, serua me: quo 94 niam præcepta tua quæsiui. — *Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.*

ל Me expectauerunt impii ad 95 perdendum me: testimonia tua perpendebam. — *Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.*

90 Fundasti כוננת firmasti. *Quòd veritas* Dei *sit firma & stabilis, & quidem in cælis, ipsum naturæ ordinem producit in testimoniũ: Perstant omnia vt fuerunt fundata, quia manu* Dei *fuerunt fundata: nõ dubium igitur quin eius veritas perstatura sit, & salutem promissam non præstet fidelibus. non enim est mutationibus obnoxius.* 91 Ad iudicia tua למשפטיך *.i. Tuo verbo & imperio. Ista est vera expositio: tametsi alii exponãt, Ad iudicia tua implenda parent tibi, vt serui heris suis obsequi solent.* 92 Tunc אז *Hæc vox propriè significat tunc: sed interdum accipitur pro longo tempore. propterea quidam vertunt* pridem, *hoc sensu,* Nisi *me oblectassem* Lege *tua, pridem de me actum fuisset.* 94 Quæsiui. דרשתי *Præt. Heb. pro præsenti, vt quidam vertũt,* quæro. *A posteriori ostẽdit se esse* Dei: *non enim cœperat exquirere* Dei *mãdata antequam* Deus *ipsum vocasset.* 95 Perpendebam. אתבונן

Prat. *Heb.* intelligã. *Alij*, cõſiderabo. *Vel*, teſtimoniorũ tuorũ intelligens reddar. *Quidã vertunt in præſenti*, perpẽdo. cõſidero. *Alij totum verſum ſic reddunt*, Quũ improbi me obſeruarent vt perderẽt, *dedi operam* vt oracula tua intelligerem. *i. attentus eſſem ad mandata tua.*

Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

96 ל ʺOmni perfectioni vidi finem : ʺlatum præceptum tuum valde.

Mem

מ Mem

Quomodo dilexi Legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt.

97 מ Quàmʹdiligo Legẽ tuam? omni die eſtʺmeditatio mea.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.

98 מ Præ inimicis meis ſapientẽ effeciſti me præceptis tuis: quia ʺin ſeculum *ſunt* mihi.

Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua, meditatio mea eſt.

99 מ Præ omnibus docentibus me ʺintellexi : quia teſtimonia tuaʹmeditatio mea *ſunt*.

Super ſenes intellexi: quia mãdata tua quæſiui.

100 מ Præ ſenibus intellexi : quia præcepta tua cuſtodio.

96 Omni perfectioni vidi finẽ. לכל תכלה ראיתי קץ Omnis perfectionis vidi finem. *Alij minus rectè*, Omnis conſummationis vidi finem. *Alij*, Cuiuſlibet cõſummatæ rei vidi finem. *Alij paraphraſticè*, Video finem habere omnia, etiam perfectiſſima. *Idem dicit quod 89 verſu, hoc eſt huius octonarij verſu primo: ſed exornat illam ſententiam comparatione: acſi diceret*, *Nihil tam perfectum vel abſolutum eſt, omni ex parte, quod tamen finẽ ſuum non habeat.* Latũ רחבה amplum. *Alij*, latiſſimè patet. *i. nullum finem habet. q. d. propter ſuam amplitudinem fideles nunquã deſeret: nã quocunque ſe vertãt, etiamſi nuſquam videantur eſſe tranquilli, ſed tempeſtatibus attolli ſupra nubes, atque huc illuc agi tanquam quiſquiliæ: ſemper verbũ* Dei *illos deducit ac proſequitur, neque vnquam deſerit.* 97 Diligo אהבתי *Præt. Heb. pro præſ.* Meditatio mea שיחתי ſermo meus. *i. de illa cõmentor.*

98 In ſeculum *ſunt* mihi. לעולם היא לי *Ad verbum*, in æternum meum eſt. *nẽpe vnumquodque illorum. i. ſingula mea ſunt. illa enim ſemper in corde & ore habeo, & per ea ſubinde magis ac magis proficio. Idem ſignificat his verbis quod aliis verſu ſequenti*, meditatio mea ſunt. *Dicit ſe fuiſſe redditum ſapientem præ hoſtibus: quia illi nihil profecerunt ſua aſtutia, quum modis omnibus tentarent ipſum perdere. nec ſe certaſſe malitia, nec fraudibus, vt ſe eriperet ab inſidiis illorũ, quòd ſatis prudentiæ inuenerit in Lege* Domini. 99 Intellexi: השכלתי factus ſum prudentior. *Alij*, intelligentior. *Alij*, antecello intelligentia omnes, *&c. Sic verſu ſequenti. Gratias agit Deo, quòd maiores progreſſus fecerit in Lege meditãda, quàm doctores à quibus rudimenta acceperat.*

Meditatio mea *ſunt*. שיחה לי ſermo meus. *id eſt, de illis cõmentor.*

מ Ab omni semita mala pro- 101
hibui pedes meos, ' vt custodiā
verbum tuum.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiā verba tua.

מ A iudiciis tuis non recessi: 102
quia tu' docuisti me.

A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

מ 'Quàm dulcia sunt palato 103
meo eloquia tua! præ melle ori
meo.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

מ Ex præceptis tuis' intelligen 104
tiam mihi cōparaui: propterea
odi omnem semitam' mēdacii.

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

נ Nun

Nun

נ Lucerna pedi meo verbum 105
tuum, & lumen semitæ meæ.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.

נ Iuraui, ' & præstabo, *nempe* 106
custodire iudicia iustitiæ tuæ.

Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

נ Afflictus sum vehementissi 107
mè, Iehoua 'viuifica me secun-
dum verbum tuum.

Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundum verbū tuum.

נ 'Voluntaria oris mei grata 108

Voluntaria oris mei be-

101 Vt custodiam למען אשמר *.i. Ego Domine, vt me verū Legis tuæ*
cultorem præstarem, continui me ab omnibus prauis operibus. Alij volunt
Fut. poni pro præs. ac vertunt, quia custodio. *vel*, obseruo.
102 Docuisti me. הורתני *Præt. Heb. pro præs.* doces me. *Alij*, legē
[*siue* normam] præscripsisti mihi. *Refert Deo acceptum quòd non deflexerit ab obseruatione Diuinæ Legis.* 103 Quàm dulcia sunt מה
נמלצו Quàm dulcia fuerunt. *Ostendit summopere se fuisse oblectatum*
Lege Domini: & dulcedine illius ita captum vt nihil magis appeteret.
104 Intelligentiam mihi comparaui: אתבונן *Ad verbum*, intelli-
gam. *Fut. Heb. pro præsenti*, intelligentiam mihi comparo. *vel*, intel-
ligens reddor. *Vel pro præterito*, redditus fui prudens. Menda-
cii. שקר falsitatis. *i. fallacem.* 106 Et præstabo, ואקימה
& stabiliam. *aut*, perficiam. *q.d. Obstrinxi tibi fidē meam: neque id feci vt statim mutarem consilium, sed quod semel decreui, manet fixum in*
corde meo, nempe vt custodiam, &c. 107 Viuifica me, &c. חיני
כדברך *Id est defatigatas vires meas restitue sicut pollicitus es. Fatetur se*
fuisse propè mortuum, & mortuo similem, quum dicit Viuificà me.
108 Voluntaria נדבות Spontanea. *sub. sacrificia. i. Amplectere laudes quas tibi sponte offero. Quidam hunc versum vno contextu legunt, hoc*
sensu, Suscipe sacrificia mea in hunc finem vt doceas me præcepta tua.
Atque ita VT *pro* ET *ponunt.*

neplacita fac Domine, & indicia tua doce me.

habe quæso Iehoua, & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & Legē tuam non sum oblitus.

109 ב Anima mea in manu mea semper: tamē Legis tuæ nō sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

110 ב Posuerunt impii laqueum mihi: tamen à præceptis tuis nō aberraui.

Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

111 ב Hæreditate accepi testimonia tua in seculū: quia gaudium cordis mei sunt.

Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatiōes tuas in æternū propter retributionem. Samech

112 ב Inclinaui cor meū ad faciendū statuta tua in seculū, & æternum. ס Samech.

Iniquos odio habuī, & Legem tuam dilexi.

113 ס Cogitationes odi, & Legem tuam dilexi.

Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum

114 ס Latibulū meum & scutum meum es tu, verbum

109 Anima mea in manu mea נפשי בכפי Hebraismus, pro, in discrimine vitæ semper versor. Significat se ita fuisse periclitatum, vt anima iam esset quasi exposita vento: nec tamen fuisse alienatum ab obseruatione Legis. 111 Hæreditate accepi נחלתי Hæreditatis loco habui Dicit se prætulisse Legē omnibus aliis bonis. Similitudo in Scripturis frequens, vt hæreditarium vocetur quod præcipuam dignitatem tenet, vel præcipuum gradum. Hæc est mea hæreditas, dicunt Hebræi: acsi dicerent, Reliqua omnia facilè sperno, modò hoc saluū mihi maneat. quemadmodum sicut maneat salua sua hæreditas, domi quietus est, reliqua sunt aduentitia. 112 Et æternum. עקב & vsque in finem. sub. vitæ meæ. i. quandiu viuam. vel complenero vitæ meæ cursum. Istud עקב est expositio præcedentis לעולם. clarius enim demōstrat quid intellexerit per in seculū, siue in perpetuum. q. d. Ego nunquam defunctum me putabo, donec peruenero ad metam vsque vitæ.

113 Cogitationes סעפים sub. humanas, vel alienas à Lege tua. q. d. Commenta humana odi. Opponit doctrinæ Legis quicquid homines ex seipsis comminiscuntur. q. d. Ego Legem tuam amo: & vt me magis illi addicam, odi omnes cogitationes perplexas quæ me abducunt à puro & syncero Legis tuæ sensu. Alij, Eos qui mala cogitant, odi. Alij, Cogitantes. sub. praua. 114 Verbum tuum expecto. לדברך יחלתי Præt. Heb. pro præs. in verbum tuum spero. vel, in verbo tuo spem colloco. Dicit se quietum recumbere in præsidium Dei, quoniam promißione eius fretus, non dubitat sibi in eo paratam esse salutem.

tuum expecto.

tuum super speraui.

ס Recedite à me 'maligni, & 115
custodiam præcepta Dei mei.

Declinate à me maligni & scrutabor mandata Dei mei.

ס 'Confirma me 'secundũ ver 116
bum tuum, & viuam: & ne pu-
dore afficias me ab expectatio-
ne mea.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

ס 'Sustenta me, & seruabor: 117
'& delectabor in statutis tuis
semper.

Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

ס Conculcasti omnes errãtes 118
à statutis tuis: quia 'mendacium
est dolus eorum.

Spreuisti omnes discedentes à iustitiis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

ס Vt scorias 'cessare fecisti o- 119
mnes impios terræ: ideo dilexi
testimonia tua.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

115 Maligni, מרעים *Vel dicit, se maiore studio fore deditum seruandæ Legi, vbi liberatus fuerit ab improbis, acsi diceret, Vbi improbi desierint mihi esse infesti, ego alacrius pergam ad seruandũ* Legem Dei. *Vel dicit, Ne obstẽt improbi quominus pergã in recto cursu præceptorũ* Dei *mei. quoniam vndique scandala nos obsident, & innumeris vitiis refertus est mũdus, quæ extinguunt, vel saltem corrũpunt in nobis* Legẽ Dei, *& Legis studium.* 116 Confirma me סמכני Corrobora me. Sustenta me. Suffulci me. Secundum verbũ tuum, כאמרתך *.i. quemadmodũ promisisti te facturũ. Alij legũt* ב *beth loco* כ *caph, & vertũt,* in verbo tuo: *vt Propheta petat sibi dari fidei constantiã. acsi dicat, Fac vt ego firmus & stabilis maneam in verbi tui fide: & re præstes quod mihi promisisti, ne pudore afficiar si nõ præstes.* 117 Sustẽta me, סעדני Fulci me. Robora me. Et delectabor in statutis tuis ואשעה בחקיך & oblectabor statutis tuis. *Alij,* & cõsiderabo statuta tua. *Alij,* & narrabo [vel, exponam] statuta tua. *vbi scilicet confirmaueris me. quia tunc melius nobis sapiunt promissiones* Dei, *vbi experti sumus veras esse & efficaces. Alij,* loquar de statutis tuis. *Alij,* respiciam in statutis tuis. *.i. magis ero affixus cõsiderationi* Legis Diuinæ. 118 Mẽdaciũ, *&c.* שקר תרמיתם mendaciũ fraus ipsorũ. *.i. mendaciũ ipsorũ est fraus. Hîc mendacium non refertur ad alios, quòd scilicet impij alios decipiant: sed intelligit ipsos mentiri, & frustrari se falsa sua superbia. q. d. Placeãt sibi quantum libuerit in suis vafritiis,* Dominus *tandem ipsos deridebit: quicquid conceperint, hoc irritum erit, & frustrabitur ipsos suus dolus.*

119 Cessare fecisti השבת *Præt. Heb. pro præs. .i. tollis, abijcis, & perdis: quemadmodum scoria reijcitur vt purũ maneat argentũ, separas tuos*

è medio impiorum. nam quandiu permisti sunt fidelibus impij, quædam est contagio: vel saltem inficitur hoc modo puritas fidelium. propterea suauior mihi fuit Legis tuæ meditatio. nam quũ video tua iudicia aduersus impios, tunc promißiones tuæ multo iucũdius mihi sapiunt, quòd agnoscã quàm singulari beneficio nos dignatus sis quum obtulisti nobis salutem per verbum tuum.

Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

120 ס Horruit præ timore tui caro mea, & à iudiciis tuis timui.

Ain.

ע Ain

Feci iudiciũ & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.

121 ע Feci iudiciũ & iustitiã: ne derelinquas me opprimẽtib⁹ me.

Suscipe seruum tuum in bonum; non calumnientur me superbi.

122 ע Oblecta seruũ tuũ bono, & ne vim inferant mihi superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ.

123 ע Oculi mei defecerunt ad salutem tuam, & ad eloquiũ iustitiæ tuæ.

Fac cũ seruo tuo secũdum

124 ע Fac cũ seruo tuo secundum

121 Opprimentibus me. לעשקי occupãtibus me. *i. bona mea. Petit à suis oppressoribus liberari. q. d. Scis Domine iudiciũ & iustitiam me exercuisse cum inimicis, rectè & sine vllo maleficio cũ illis egisse, propterea rogo ne exponas me eorum libidini.* 122 Oblecta seruum tuum bono, ערוב עבדך לטוב *.i. Foueas seruũ tuum, & fac vt sentiat te benignè secũ agere. Ad verbũ,* Dulce fac seruo tuo id quod bonũ est. *Alij,* Redde aptũ [*vel,* idoneum] seruũ tuum ad res bonas. *Alij,* Congruere fac [*vel,* apta] seruũ tuum bono. *Vel potius,* Fac vt seruus tuus bono oblectetur. *i. fac vt seruus tuus adijciat potius animũ ad rectitudinem, quàm ad prauas cupiditates.* Bonum *vocat æquitatem vel rectitudinẽ. Quibusdam magis placet vt vertatur,* Sponde pro seruo tuo. *quanuis deficiat* ל *ante* עבדך. *Tunc fideiussor hoc loco pro vindice accipietur qui nos liberat. Quemadmodũ solebant nexos eripere qui non essent soluendo: siquis interuenisset sponsor, soluebat nexum illũ qui erat in ære alieno. Sic etiam metaphoricè dicitur Deus fideiubere pro nobis quũ nos liberat ab improbis & hostibus nostris, nec permittit illis sæuire pro sua libidine, sed auxilio suo nos tuetur ac vindicat. Perinde igitur est acsi dixisset,* Suscipe *serui tui tutelam. Duo membra versus istius hoc pacto inter se aptè cohærent.* 123 Oculi mei defecerunt, *&c.* עיני כלו *Eadem dixit suprà versibus* 81. 82. *Illic tantùm vocauit,* eloquium tuum, *hîc verò* eloquium iustitiæ tuæ. *i. iustũ.* 124 Fac, *&c.* עשה וגו׳. *Hæc duo membra simul coniungenda sunt: neque enim David seorsum cupit, misericorditer secum agi, & postea doceri in Lege: sed perinde est acsi diceret, Domine obsecro te vt eam misericordiam mihi præstes, vt doceas me statuta tua. Nõ peto doceri, quòd id merear, sed per misericordiã tuam peto doceri.*

misericordiam tuam, & statuta tua doce me.

misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

ע Seruus tuus ego sum, da mihi intelligẽtiam, & sciam testimonia tua.

125 *Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.*

ע Tempus faciendi Iehouæ: *nam* dissipauerunt Legẽ tuam:

126 *Tempus faciendi Domine: dissipauerunt Legem tuam.*

ע Propterea dilexi præcepta tua magis quàm aurũ & obrizũ.

127 *Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.*

ע Idcirco omnia præcepta omnium recta esse censui: omnẽ semitam mendacii odi.

128 *Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.*

פ Pe

Phe

פ Res mirabiles testimonia tua: ideo custodit ea aĩa mea.

129 *Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.*

125 Et sciam testimonia tua. וְאֵדְעָה עֵדֹתֶיךָ *Quum petit se donari intelligentia vt sciat testimonia* Domini, *fatetur se, etiamsi quotidie legat* Legẽ Dei, *& totum se huic studio impendat, tamen nihil profectus illi sperandum esse, nisi quatenus lucem intelligentiæ arcano* Spiritus *sui instinctu conferret.* 126 Tẽpus faciendi Iehouæ: עֵת לַעֲשׂוֹת לַיהוָה Tempestiuum est vt Iehouáh faciat. *sub. iudicium de improbis.* *Alij,* Tempus agẽdi Iehouæ. *Vel,* Tempus *idoneum est* Iehouæ vt agat. *i. Tempus opportunũ est quo* Dominus *virtutẽ suam exerat, vel compleat opus suum.* O*pus autẽ* Dei *iudicium intelligit quo ipse coercet impios, imò quo se vlciscitur dñ videt prorsus esse desperatos.* 127 Propterea, *&c.* עַל כֵּן וגו׳ Dicit *charã sibi fuisse* Legem Domini, *quia stabat in illa fiducia firmus, quòd* Dominus *non sineret tandem inultã violationem* Legis *suæ, quanuis ad tempus conniueret.* H*æc spes animum* Prophetæ *addidit vt maneret affixus* Legi Dei *& eius præceptis.* Vide *in hanc sententiã versum* 119. Et obrizum וּמִפָּז & gemmas.

128 Omnia præcepta om. כָּל פִּקּוּדֵי כֹל *Hebraicũ dicẽdi genus simile illi* Ezech. 44. d. 30, *Et primitiæ omniũ primitiuorũ omnis fruct⁹, & omnis oblatio spõtanea omniũ ex omnib⁹ oblationib⁹ spõtaneis vestris.* Propterea *hìc subauditur, præceptorum* Legis. *vel, rerum quæ præcipiuntur in* Lege. *q. d.* Q*uæcunque de re nobis mandata dedisti, ego* Lẽgẽ *tuã sine exceptione amplector in omnibus.* Repetit עַל כֵּן: *acsi diceret,* Q*uũ viderem impios tibi illudere, quũ viderem suis cauillis peruertere singulas* Legis *partes, ego in omnibus approbaui præcepta tua.* Recta esse censui: יִשָּׁרְתִּי Ad *verbum,* direxi. *vel* rectificaui, *si* Latinè *dici posset. i. recta esse prædicaui apud eos qui recta nõ esse dicebãt, sed iniusta.* 129 Res mirabiles פְּלָאוֹת Occultationes. Res arcanas. *i. reconditã quandã scientiã continẽt.* I*ta vertendũ potius, ne sit loquutio ambigua: videretur enim esse ad-*

tectiuũ.nã Propheta intelligit in Dei testimoniis cõtineri mysteria: acsi dicat, Testimonia tua nihil docẽt vulgare, sed cõplectũtur quadã arcana & mysteria quæ superãt omnẽ sensum, & quæ admirationẽ excitare debeãt.

Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: & intellectũ dat paruulis.

130 ▷ Ostiũ verborũ tuorũ illuminat, intelligere facit simplices.

Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

131 ▷ Os meũ aperui, & aspiraui: quia præcepta tua desideraui.

Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum.

132 ▷ Aspice ad me, & miserere mei secundũ consuetudinẽ *tuã* erga diligentes nomen tuum.

Gressus meos dirige secũdum eloquium tuum: & nõ dominetur mei omnis iniustitia.

133 ▷ Gressus meos dirige in verbo tuo, & ne dominetur mihi vlla iniquitas.

Redime me à calumniis hominum, & custodiam mandata tua.

134 ▷ Redime me ab oppressione hominum, & custodiam præcepta tua.

Faciem tuam illumina super seruũ tuum: & doce me iustificationes tuas.

135 ▷ Faciẽ tuã fac lucere super seruũ tuũ, & doce me statuta tua.

Exitus aquarũ deduxe-

136 ▷ Riui aquarum descenderũt

130 Ostiu פתח Apertio. ingressus. *id est Prima illa rudimenta, siue primus accessus sermonũ tuorum illuminat mẽtes. q. d.* N*on tantùm illuminantur qui ad vnguem didicerunt totam Legem tuam, & qui in ea perfectè exercitati fuerint: sed etiam qui tantùm tenuiter eã gustarint.*

Intelligere facit simplices. מבין פתיים intellectum dat simplicioribus. *vel,* rudioribus. *Alij,* erudit paruulos *i. qui magna prudẽtia non pollent inter homines, imò cõtemptibiles sunt, vt sunt homines idiotæ, indocti; & plebeij.* 131 Desideraui. יאבתי *Præt. Heb. pro præs.* desidero. concupisco. *q. d. Tanto desiderio legum tuarũ flagrat cor meũ, vt subinde cogar haurire aerem, propter assidua suspiria. Aptissima metaphora vtitur quum dicit se* os aperuisse, *quemadmodum solent vel famelici, vel qui vehemẽtissima siti ardent: illi enim os aperiũt, videntúrq; velle absorbere totum aerem, postea etiam anhelant præ ingenti desiderio.*

132 Secundum consuetudinẽ כמשפט *Ad verbũ*, secundum iudicium. *i. pro ratione, norma, vel more tuo quo vteris erga diligentes te. Quidam vertunt,* vt soles facere erga nominis tui amatores.

133 Dirige, הכן para. Iniquitas און vanitas.

134 Ab oppressione מעשק à calumnia. ab iniuria. violentia.

135 Faciem tuam, &c. פניך האר וגו׳ *Cupit Propheta Deũ sibi propitium in hunc finem vt doceatur. q. d. Scio nihil mihi prosperè cessurũ, nisi fauore tuo me complexus fueris. Si igitur mihi es propitius, documentum paterni tui in me amoris præbe, vt me doceas in statutis tuis.*

136 Descenderunt ירדו *Præt. Heb. pro præs.* defluunt. manant. *Ostendit quantopere optauerit Legem Dei ab omnibus seruari.*

ab oculis meis, propterea quòd non custodiebant Legē tuam.

runt oculi mei: quia non custodierunt Legem tuam.

צ Sade

Sade

צ Iustus es Iehoua, & rectū 137
iudicium tuum.

Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

צ Præcepisti, iustitiam testi- 138
monia tua, & veritatem valde.

Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.

צ Succidit me zelus meus: 139
quia obliti erant verborum tuorum hostes mei.

Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.

צ Repurgatus est sermo tuus 140
valde: & seruus tuus diligit illū.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.

צ Paruulus sum, & despectus, 141
tamen præceptorum tuorū non sum oblitus.

Adolescentulus sum ego, & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

צ Iustitia tua, iustitia in secu- 142
lum, & Lex tua veritas.

Iustitia tua, iustitia in æternū, & lex tua veritas,

Custodiebant נצרו *Præt. Heb. pro præs.* 137 Et rectum iudicium tuum. וישר משפטיך *Ad verbum,* & rectum iudicia tua. *i. singula iudicia tua, siue vnumquodque iudiciorum tuorum. Singulare cum plurali eleganter iunctum. q. d. Omnia tua mādata iusta sunt. Quidam sic resonunt versum istum, Domine tu solus es iustus, & iustitiæ tuæ specimen & documentum dedisti nobis in Lege tua.*

138 Iustitiam testimonia tua, צדק עדותיך *Hebraismus, pro, Tu admodum præcepisti obseruari leges tuas quæ sunt æquissimæ & verissimæ. Alij vertunt, Tu ergo* præcepisti *in* testimoniis tuis iustitiam & veritatem tuam valde. *Confirmat (inquiunt) quod proximo versu dixit, Nihil in tota Lege contineri nisi iustum & rectum.*

139 Succidit me צמתתני Confecit me. Consumpsit. *Vel per præs.* Consumit. *q. d. Adeò grauis est ira qua ego afficior, quòd hostes, &c. vt illa penè me enecet. Vel, zelus, siue studium meum erga Legem tuam adeò auctum est, vt ipsa vi zeli penè contabuerim.* 140 Repurgatus est צרופה Exploratus est. *tanquā ab igne. q. d. Purgatissimus est. Significat sermonem Dei purissimum esse, sine vlla macula. Metaphora ab auro vel argento quæ purgantur in igne.*

141 Paruulus sum, *&c.* צעיר ונו' *Hæc verba sic debent resolui, Quāuis paruus fuerim & contemptus, non tamen oblitus sum præcepta tua. Non absimilis est sententia versus 143.* 142 Veritas. אמת *Hæc dictio significat veritatē, & etiam firmitatem & soliditatem. Idem igitur voluit exprimere duobus nominibus, per iustitiam seculi, & per veritatem, nempe in Lege Dei esse firmam & constantem iustitiam.*

Tribulatio & angustia inuenerũt me: mãdata tua meditatio mea est.

143 צ Afflictio & angustia inuenerant me: *uerùm* præcepta tua delectationes meæ fuerunt.

AEquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

144 צ 'Iustitia *sunt* testimonia tua in seculum : da mihi intelligentiam, & viuam.

Coph

ק Coph.

Clamaui in toto corde, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.

145 ק 'Clamaui toto corde, exaudi me Iehoua, & statuta tua custodiam.

Clamaui ad te, saluum me fac, & custodiam mandata tua.

146 ק Clamaui ad te, serua me, & custodiam testimonia tua.

Præueni in maturitate, & clamaui: in verba tua supersperaui.

147 ק 'Præuenio *alios* crepusculo, & clamo: *quia* 'verbũ tuũ expecto.

Præuenerũt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.

148 ק Præuenerunt oculi mei vigilias 'ad meditandũ in eloquio tuo.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.

149 ק Vocem meam audi secundum misericordiam tuam, Iehoua: 'secundum iudicia tua viuifica me.

144 Iustitia, &c. צדק וגו' *Idem dicit quod paulò antè, versu* 142, *Iustitiam testimoniorum Dei esse æternam, quam rogat se doceri, vt eã intelligat, & viuat. nam propriè homines non viuunt, sine intelligentia Diuinæ Legis.* 145 Clamaui קראתי *Ad quem clamauerit, & quid clamauerit, sequenti versu exprimit.* 147 Præuenio crepusculo & cla. קדמתי בנשף ואשועה *Præt. Heb.* Præueni crepusculo, & vociferatus sum. *Alii per præsens*, Anteuertens in ipso crepusculo (*sub. alios omnes*) vociferor. *Iterum confirmat quòd sedulò fuerit intentus ad preces. Hebraismus est, pro Ante auroræ exortum fui in precando Deo.*

Verbum tuum expecto. לדברך יחלתי in verbum tuum speraui. *Vel*, spem habeo in verbo tuo. *i. promissis tuis.*

148 Ad meditandum לשיח ad loquendum. *Alii*, commentãdo. *Alii*, vt disseram. *Significat his verbis se magis festinasse ad meditationem, quàm vigiles noctis soleant ad suas custodias: & tamen qui præfecti sunt excubiis, illi summam diligentiam ostendere solent, aliis dormientibus vigilant, & sibi vim faciunt ne somnus obrepat. Summã igitur attentionem notare vult.* 149 Secundum iudicia tua viuifica me. כמשפטיך חייני *Hebraismus, pro, serua me in vita pro mortuo, & vt*

tuos seruare soles in vita. Vel potius, Iudicia pro verbo accipe, hoc est secũdũ promißiones tuas. Iudicia enim, statuta, & testimonia, atque mãdata sunt synonyma in hoc Psalmo ad Legẽ & promißiones, pro loco. Quod postulat exaudiri secundũ misericordiam Dei *amplius exprimitur quũ postulat vt* Deus *illi vitam conseruet, vel restituat, secũdum quod promisit. nemo enim potest statuere* Deum *sibi fore propitium, nisi certus sit de eius voluntate, quam suis promißionibus nobis testatur.*

ק Appropinquauerunt *sceleri* sequentes scelus: à Lege tua elõgauerunt se. 150 — *Appropinquauerunt persequentes me iniquè: à Lege autem tua longè facti sunt.*

ק Propè ades tu Iehoua, & omnia præcepta tua *sunt* veritas. 151 — *Propè es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.*

ק Pridem noui de testimoniis tuis, quòd in seculum fundaueris ea. 152 — *Initio cognoui de testimoniis tuis quia in æternum fundasti ea.*

ר Res. — *Res*

ר Vide afflictionem meam, & erue me: quia Legis tuæ non sũ oblitus. 153 — *Vide humilitatẽ meam & eripe me: quia Legẽ tuã non sum oblitus.*

ר Litiga litigiũ meũ, & redi- 154 — *Indica iudicium meum,*

150 Appropinquauerunt, *&c.* קרבו רודפי זמה *i. Qui sceleris sunt studiosi, vt sceleri magis appropinquãt, ita lõgiꝰ absunt à Lege tua, & tu vicissim ab illis discedis. Vel, persequutores sceleris appropinquauerũt ad suã malitiam.* Hoc *est prorsus addicti fuerũt suæ malitiæ, aut iniquitati: & à Lege tua remoti sunt: tu verò propinquus es, nempe ad opem ferendã seruis tuis. Alij subaudientes* לִי *vertunt,* Appropinquauerunt persequutores *ad* scelus. *vt significet Propheta persequutores suos fuisse promptos ac paratos ad omne scelus, & oblitos fuisse Diuinæ Legis: ita vt nullo obstaculo retenti fuerint, vel cohibita fuerit ipsorum improbitas. Quidã hũc versum sequenti coniungunt per antithesin, Qui sceleri student, sectantur scelus quamproximè: & à Lege tua procul absum, & tu uicissim ab illis. Contra verò, tu propinquus ades, sub. studiosis Legis tuæ, vt opem illis feras. Alii vertunt,* Propius *me* accesserunt sectantes scelus, *qui* longè discesserũt à Lege tua. *quòd huius loci sensui non tam propè accedit.*

152 Pridẽ noui, *&c.* קדם ידעתי מע׳ Iam inde ab initio intellexi de testimoniis tuis quòd velis illa sempiterna esse. *Alii vertunt,* Pridem cognoui ex testimoniis tuis, *&c. vt Propheta non tantùm hoc voluerit, quòd de testimoniis Dei cognouerit ipsa esse fundata. sed etiã quòd ex ipsis testimoniis didicerit ipsa esse firma & stabilia. Didici igitur (inquit) ex verbo tuo prius, vel ex testimoniis tuis, quòd fũdaueris ea: quæ tu postea sigillo Spiritus intus obsignasti.* 154 Litiga litigiũ meum, ריבה ריבי Age causam meã. Defende. Affere ius meũ *.i. tuere causam*

meam tuo patrocinio, siue causam meam suscipe defendendā. Hebraismus.

Redime me propter eloquium tuum viuifica me.	me me: ʼpropter eloquium tuū viuifica me.
Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.	155 ר Longè abest ab impiis salus: quia statuta tua non ʼinquirunt.
Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum viuifica me.	156 ר Misericordiæ tuæ multæ Iehoua, ʼsecundum iudicia tua viuifica me.
Multi qui persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.	157 ר ʼMulti persequentes me, & hostes mei: à testimoniis *autem* tuis non declinaui.
Vidi præuaricātes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.	158 ר Vidi ʼpræuaricātes, ʼ& tædio affectus sum, quòd eloquiū tuū non custodirent.
Vide quoniam mā[illegible]ta tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.	159 ר Vide quòd ʼpræcepta tua diligo Iehoua: secundum misericordiam tuam viuifica me.
Principiū verborum tuorum veritas:	160 ר ʼPrincipiū verbi tui veritas:

Propter eloquium tuum לאמרתך *Ad verbum,* in verbo tuo. *i. iuxta promißiones tuas conserua me in vita.* 155 Inquirunt. דרשו *Præt. Heb. pro præsenti. i. statutorum tuorum non sunt studiosi.*

156 Secundum iudicia tua. כמשפטיך *Vide suprà versu 132, & 140, vbi sunt eadē verba Hebraica. In priore. pro more exponitur, in altero pro Lege, verbo* Dei, *siue promißionibus ponitur, vt etiam hoc loco, itēque paulo antè versu 154. Confirmat igitur quod iam dictū est, non aliter nos posse vitam vel sperare vel petere à* Domino, *nisi quia* Dominus *spem fecit nobis in* Lege *sua, hoc est eam nobis promisit.* 157 Multi רבים Robusti sunt. *aut,* Fortes. 158 Præuaricantes, בוגדים perfidos. Et tædio affectus sum, ואתקוטטה Et abhorrui. *Doctus inter* Hebræos, & contendi *siue* litigaui. *acsi dicat, plus contentionis cum illis habui quòd tuum eloquiū non custodiant, quam quòd sint mihi nocumēto. Significat tanto zelo se exarsisse, vel flagrasse, vt non posset ferre hominum perfidiā, quū videret ab ipsis violari* Dei Legē. 159 Præcepta tua פקודיך *Affirmat se studiosum fuisse Diuinæ Legis: nō quòd intelligat, se ideo quicquam fuisse promeritū: sed sumit illud principiū quo* Deus *discernit inter veros suos cultores, & impios* Legis *suæ contemptores. Est enim hoc adoptionis nostræ signum, quum* Legem *diligimus. nam nisi* Dominus *animos nostros formet in obsequium* Legis *suæ, semper erimus alieni à bono & recto.* 160 Principium verbi tui ראש דברך Caput verbi tui. Vel, A principio verbum tuum. *i. à seculo. q. d. semper fuit verbum tuū verū. ita interpretātur nōnulli. Alii sic exponunt* Ab *ipso limine vero, re-*

ritas tua conspicua est in verbo tuo. Simulatque oculos coniicio in verbum tuū, ad primā lectionē, vel adprimū auditū, veritas eius mihi apparet.

'& in seculū omne iudicium iustitiæ tuæ.

& in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

ש Sin.

ש Principes persecuti sunt 161
me sine causa: '& à verbis tuis ti
muit cor meum.
ש Gaudeo, super eloquio tuo, 162
'sicut qui educit spolia multa.
ש Mendaciū odi, & abomina- 163
tus sum: Legem tuam dilexi.
ש 'Septies in die laudo te su- 164
per iudicia iustitiæ tuæ.
ש 'Pax multa diligētibus Legē 165

Sin

Principes persequuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: Legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi super indicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligētib⁹ Legē

Et in seculum, *&c.* ולעולם וגו' & in æternū, *&c. i. à seculo. Quidā,* vniuersa Lex tua iusta in æternū. *sub. erit. Alii Iudicium iustitiæ accipiūt pro ipsius Dei operibus: & ita prius membrum ad doctrinā referūt, secundū verò ad opera. quasi diceret, Verbi tui veritas fuit ab initio, & quicquid agis rectū est sēper.* 161 Et à verbis tuis timuit ומדבריך פחד *.i. Attamen veritus sum transgredi iussa tua.* Alii, à verbis tuis expauit. *Legitur &* ומדברך à verbo tuo. 162 Sicut qui educit spolia multa. כמוצא שלל רב sicut qui educit prædā magnā, *à* יצא *in hiphil. Alij à* מצא *vertūt, sicut qui inuenit. eodē sensu. Vt maximā suā lætitiā indicaret, de spoliis potius loquitur quàm de aliis diuitiis quas sibi homines accumulāt. Nullū enim lucrū plus affert lætitiæ, quàm dum victores spoliis hostium suorum ditescunt. nam victoriæ laus coniuncta est cum lucro: præterea vtilitas repentè illis contingit præter expectationem.*

164 Septies, *&c.* שבע ביום הללתיך על משפטי צדקך *Præt. Heb. i. Identidem, ac frequēter laudaui te propter iudicia tua iusta. Substantiuū in genitiuo ponere, pro adiectiuo, Hebræis est familiare, & etiam in nominatiuo, vt paulo pòst, versu* 172, Omnia mādata tua sūt iustitia. *Quòd septies dicit laudasse, certus numerus pro incerto ponitur, frequēti Scripturæ more. vt Prouer. 24. b. 16, Septies in die cadit iustus. Dicit enim Salomō fieri posse vt iusti sæpius cadant. Quidā Iudicia exponunt iustam gubernandi rationē quam retinet Deus in administrando mundo: vt laudetur Deus à Dauide quòd ritè mundū gubernet, & prouidentia sua constituat res incompositas. Alii referunt ad doctrinam: quòd laudatus sit Deus quoties Dauid reputauit quàm recta & iusta essent omnia Legis præcepta.*

165 Pax multa שלום רב. Pacem *quidam intelligunt prosperum rerum statū, & Offendiculū pro omnibus aduersis accipiunt. q. d. etiamsi*

totus mundus ruat, recti tamen stabunt: quia Dominus conuertet illis in salutem quicquid videbitur infœliciter cecidisse. Alii pacem pro tranquillitate animi accipiũt, & Offendiculum pro animi perturbationibus quibus miserè laborant & æstuãt quicunque fruuntur proprio sensu, aut qui viuunt hominum arbitrio.)

tuam: & non est illis scandalum. | tuam, & nõ est eis offendiculũ.

Expectabã salutare tuũ Domine, & mandata tua dilexi. | 166 ש ʹExpectaui salutem tuã Iehoua, & præcepta tua feci.

Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. | 167 ש ʹCustodiuit anima mea testimonia tua: & diligo ea vehementer.

Seruaui mãdata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. | 168 ש Custodiui præcepta tua & testimonia tua: quiaʹ omnes viæ meæ sunt coram te.

Thau | ת Thau.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. | 169 ת Appropinquet clamor meus coram te Iehoua, ʹsecundũ verbum tuum da mihi intelligentiam.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me. | 170 ת Veniat deprecatio mea coram te: secũdum eloquium tuũ erue me.

Eructabunt labia mea hymnũ, quum docueris me iustificationes tuas. | 171 ת ʹEructabũt labia mea laudẽ quum docueris me statuta tua.

166 Expectaui salutem tuã, שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ *Præt. Heb. pro præs.* Spero in salute tua. *Ordo obseruandus: nam vt quispiam se cõtineat sub timore Dei, & studio Legis, necesse est vt speret salutem à Domino.*

167 Custodiuit שָׁמְרָה *Præt. Heb. pro præsenti, vt quidam vertũt,* Custodit. 168 Omnes viæ meæ sunt corã te. כָל דְּרָכַי נֶגְדֶּךָ *Hebraismus, pro, quicquid ago in hac vita vel cogito, est tibi notũ, atque manifestum. Alii verò hoc genus dicendi exponũt, Custodio præcepta tua, non tanquam in hominum conspectu, vt illis probẽr, sed tanquam in conspectu tuo, qui verus es iudex omniũ mearũ cogitationũ & operationum, atque earũdem spectator.* 169 Secundum verbũ tuũ, כִּדְבָרְךָ *.i. ad regulam verbi tui: ne aliter sapiam quàm ex doctrina Legis tuæ. Rectius exponetur de promissione: hoc est, sicuti pollicitus es intelligentiam seruis tuis te daturum, fac vt ea sim præditus. Nam sequitur,* secũdum eloquiũ tuũ erue me. *& duæ istæ sententiæ inter se respondent.*

171 Eructabunt תַּבַּעְנָה Exprimient. Effundent. Profundent. *more scilicet fontis. i. copiosè te laudabũt. q. d. Pleno ore canam laudes tuas.*

ת 'Loquetur lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua *sunt* iustitia. 172 *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuũ: quia omnia mandata tua æquitas.*

ת Sit manus tua ad auxiliandum mihi: quoniam præcepta tua delegi. 173 *Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.*

ת 'Desideraui salutem tuam ô Iehoua,& Lex tua delectationes meæ *sunt*. 174 *Cõcupiui salutare tuum Domine: & Lex tua meditatio mea est.*

ת 'Viuet anima mea,& laudabit te, '& iudicia tua adiuuabunt me. 175 *Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.*

ת 'Erraui sicut ouis quæ perit: quære seruũ tuum, quia mandatorum tuorum nõ sum oblitus. 176 *Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruũ tuũ, quia mandata tua non sum oblitus.*

172 Loquetur תען *In vsum aliorum scilicet: studebo adducere quamplurimos qui vno consensu vera pietate Deum colãt: quia omnia plena sunt iniustitia, nec possunt homines reduci ad vitæ reformationem nisi per verbum tuum, quod nihil præter iustitiam continet.*

174 Desideraui תאבתי *Præt. Heb. pro præs.* Concupisco. *Alii vertunt,* Desideraui ad salutem tuam. *i. desiderium meum illic fixum fuit. Hæc loquendi forma non modo significat* David *se expectauisse à* Deo *salutem, sed constanter in hoc proposito permansisse. Desiderare salutẽ* Dei, *est agnoscere non alibi positam esse salutem quàm in mera* Dei *gratia.* Addit, Et Lex tua, *&c. nam patientia ad eam salutem expectãdam nõ aliunde habetur quàm ex verbo* Dei, *qui nos suis promissionibus fouet & confirmat.* 175 Viuet תחי *q.d. Si longiorẽ vitã mihi cõtuleris, dabo operã vt te laudẽ. aut tã cõfidẽter loquitur & gloriatur de vita sua, fretus* Dei *promissionibus.* Alii *vertunt,* Viuat. Hebraismus, *pro,* Fac diutius viuã, *& laudes tuas canam.* Et iudicia tua ומשפטך Iudicia Dei *hoc loco non sumũtur pro statutis vel præceptis* Dei, *sed pro* Dei *manu & prouidentia. q.d.* Quandiu *in hoc mundo versor, obnoxius sum innumeris malis, mira licẽtia inter homines grassatur, maior pars hominum* Spiritu *tuo non regitur. sed quãtumuis increduli sint & insaniãt homines, parati ad mortẽ inferendam, interim tamen pendebo à tua prouidentia, agnoscam te eos retinere sub fræno quorum furor videtur esse indomitus.*

176 Erraui sicut ouis תעיתי כשה Quidam *existimant* Danidem *hic fateri sua delicta quum se comparat oui perditæ: verùm non posset illa expositio conuenire cum altero membro, vbi dicit se nõ oblitum fuisse præceptorũ* Dei. *At de externis persequutionibus loquitur* David. *q.d.* Domine *fugatus fui violentis hostium meorum iniuriis, veluti si ouis fugiat quũ*

lupus ingressus est in ouile, nesciēs quo se recipiat. Dauid enim coactus fuit quasi fortuitò huc & illuc vagari: nullus illi erat tutus locus, nulla tuta statio. Errani igitur: nunc autem rogo vt me seruum tuum reducas in viā, hoc est colligas in ouile tuum.

Cāticū graduū. CXIX. 1

AD Dominum quum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

2 *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.*

3 *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?*

4 *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis*

5 *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cū habitātibus Cedar*

Canticū graduū. CXX.

AD Iehouā in angustia mea ᵃclamaui, & exaudiuit me.

Iehoua eripe animam meam à labio mēdaci, à lingua dolosa.

ᵇQuid dabit tibi, & quid apponet tibi lingua *tua* dolosa?

Est uelut ᶜsagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorū.

Hei mihi quòd peregriner *in* ᵈMeʋ́sech, habitem cum tabernaculis Cedár:

Dauid orans Deū exauditur.

Queritur de fallacibus linguis affectarum Saulis.

IN PSALMVM CXX.

1 Graduū. המעלות Mayaloth. *i. ascensionū. q. d. Psalmus decātatus post ascensum, siue reditū ab exilio illo Babylonico. tametsi quidā ex istis Psalmis graduū tēpore præcedēte captiuitatē compositi videantur. Alij.* graduū *interpretātur: dicúntque hūc Psalmū & sequētes,* XIIII, *à gradibus appellatos, quòd variis tonis & distinctis decantati fuerint à vetustißimis illis Hebræis. Alii relinquunt* Mayaloth, *scribúntque hos psalmos decantatos fuisse ad numeros cantionis cuius initiū erat* Mayaloth. *Doctioribus magis probabile videtur à modulatione sic vocatos fuisse istos psalmos, siue* Mayaloth *fuerit carminis initium, siue certa canendi ratio altior, vt cantores ascenderent. Nam hoc nomen est ab* עלה, *quod est ascendere.* Clamaui, קראתי *Præterita Heb. quæ per præsens sic quidā reddunt,* Ad Iehouā quū in summa tribulatione sum, clamare soleo, & annuit mihi. *vel,* exaudit me. *Quidam Hebræorū scribunt* ה *in dictione* בצרתה *pro qua angustiam reddit interpres, augendi vim habere, acsi diceret, in multitudine angustiæ, vel multiplici afflictione.*

3 Quid dabit, &c. מה יתן *Tanquam victor exultat contra improbos. Est autem Hebraismus, pro, Quem fructum capies ex sermone fallaci? q. d. Tu quidem nocere potes, nihil tamen lucri ad te redit.* 4 Sagittæ, &c. חצי גבו׳ *.i. velut sagittæ emissæ à viro potenti validißimis lacertis: & vt carbones iuniperorum vehementißimè perurentes, & diutißimè.*

5 Meʋsech, משך Mesech *originem traxit à Iaphet. Vide Libellum Interpretationum nominum Hebraicorum, in dictione Mosoch. Cedar verò fuit vnus filiorū Ismaelis, vide in eodē libello. Id est, inter Arabes, vel in Hetruria. q. d inter barbaros mihi agere videor, non inter Israelitas. Alij vertunt,* Peregrinor *in exilio[siue* peregrinatione] protractionis.

aut dilationis.*vel* durationis.*i.diuturna.* ךשמ *enim protrahere ſignificat. Metaphoricè de ſuis popularibus loquitur, non enim exul aut profugus fuit alio loco quam in patria ſua. Sed quemadmodum Iudæos corruptos & degeneres* David *vocat Gentiles: ſic etiam hoc loco Propheta dicit ſe vixiſſe domi inter ſuos cognatos, acſi fuiſſet in alieno ſolo inter Syros & Arabes.*

Quòd tãdiu habitet anima mea 6
cum odio habente pacem.
Ego *uir* pacis: & quũ loquor, 7
ipſi ad bellum.

Canticum graduũ. CXXI. 1

2.Paral,20.c.17 Docet ſe ad Deum confugiſſe in afflictionibus.

LEuo oculos meos ad mõtes,
vnde veniat auxilium meũ.
Auxilium meũ à Iehoua qui 2
fecit cælum & terram.
Non dabit in commotionẽ 3
pedem tuum, neque dormitabit
qui cuſtodit te.
Ecce nõ dormitabit, neq; dor 4
miet qui cuſtodit IWſraNelem.

multũ incola fuit aĩa mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: quum loquebar illis, impugnabãt me gratis.

Canticũ graduũ. CXX.

LEuaui oculos meos in mõtes vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meũ à Domino qui fecit cælũ & terrã.
Non det in commotionem pedem tuũ: neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.

6 Tandiu habitet רבת שכנה לה multũ peregrinetur ſibi:*redundat* SIBI. *A ij vertunt*, multũ habitauit *Nũc ſine figura exprimit quos prius notauerat per Meſech & Cedar.* 7 Ego *vir* pacis, *&c.* אני שלום וכי אדבר המה למלחמה *Ad verbum,* Ego pax. & quum loquar, ipſi ad bellũ. *Significat per ſe non ſtetiſſe quominus omnes eſſent ei amici .q.d. Bellum à mea parte profectum nõ eſt, nullam ipſis litem commoui. A me igitur fuit pax. Contrà verò, quum ad illos accederẽ, & ſtuderẽ comiter ipſos ad me allicere, vt eſſet inter nos mutua cõcordia, prouocarunt ad bellũ.*

IN PSALMVM CXXI.

1 Graduum. למעלות *Vide Pſal.* 120. Leuo אשא *Fut. Heb. pro præt. vel præſ. Quidam in futuro vertunt,* Leuabo, *&c. & ipſa verba ſic reſoluunt, addita conditione, Si leuem oculos meos ad mõtes, & quæram hinc inde auxilium, non aliũde (certo ſcio) occurret mihi quàm ab vno Deo.* Ad montes, אל ההרים ſuper montes. *ſub. conſtitutus. Exprimit geſtum expectãtis auxilium. q.d. Super montes conſtitutus, circunſpicio num alicunde, &c.* 3 In cõmotionem למוט ad lapſum. vt labatur pes tuus. *i. Non patietur Dominus vt pes tu⁹ nutet aut labatur.* Qui cuſtodit te. שומרך *Ad verbum,* cuſtos tuus. *vt & ſequẽti verſu,* cuſtos Iſraelis. 4 Non dormitabit לא ינום *Quod lenius eſt, primo loco poſuerunt Hebræi contra morẽ aliarũ linguarum. vult enim dicere, Non dormiet, imò ne dormitabit quidem cuſtos Iſrael. Detla-*

rat quid significaret per pronomen ך *in præcedente versu positum, nempe Israelem.*

5 *Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.* — Iehouáh custodit te, Iehouáh vmbra tua *stans* super manum dexteram tuam.

6 *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* — Per diem sol non percutiet te, neque luna in nocte.

7 *Dominus custodiet te ab omni malo: custodiat animā tuam Dominus.* — Iehouáh custodiet te ab omni malo, custodiet animā tuā.

8 *Dominus custodiat introitū tuum & exitum tuū ex hoc nūc & vsque in seculū.* — Iehouáh custodiet exitū tuū & introitum tuum, ex hoc tempore & vsque in seculum.

CXXI. — CXXII.

1 *Canticum graduum.* — ¶Canticum graduum ipsius Dauidis.

LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus. — LÆtatus sum cum dicentibus mihi, In domum Iehouæ ibimus. *Exultat Dauid quod populus alacri animo locum Arcæ adeat.*

2 *Stantes erāt pedes nostri* — Stantes fuerūt pedes nostri

5 *Stans* super manum, *&c.* עַל יַד יְמִינֶךָ *adstans* tibi ad dexteram manum *q.d. stat ab vniuscuiusque latere vt eum conseruet ac tueatur.*

6 Percutiet te, יַכֶּכָּה *Quidā vertunt*, exuret te. *verbum tamen propriè significat percutere & cædere: sed quia exurere solet sol, ita verterūt. Hac metaphora vel similitudine omnia aduersa intelligit. Seipsum declarat sequenti versu, quum dicit*, Custodiet te ab omni malo.

8 Custodiet, *&c.* יִשְׁמֹר צֵ' וּ' *Hebraismus, Faciet Dominus vt omnia tua negotia fœliciter cedant. Omnes vitæ actiones, egressum & ingressum Scriptura vocat. Vnde dicebat Salomon*(1.Reg.3.b.7) *Ego puer paruus, nec scio egressum meū aut ingressum. i. Nec quid incipiā, nec quid perficiam: quid omittam, quidve instituam: quæ fugiam, quæve sequar. q.d. Dominus diriget omnia consilia, & omnes vitæ tuæ actiones suscipiet in suam curam, ac perficiet.*

IN PSALMVM CXXII.

1 Cum dicentibus mihi, בְּאֹמְרִים לִי propter dicentes mihi. *q.d. Lætor inter eos qui mihi dicere solent, & hortari vt ab ædibus meis regiis, ad Tabernaculum fœderis me conferam, precationis & gratiarum actionis causa. Gratulatur sibi Dauid quòd tandem designata esset statio Arcæ fœderis, & locus electus esset à Domino vbi vellet perpetuò inuocari nomen suum. Quidam vertunt*, Lætatus sum quando *vel* qui aldixerunt mihi, *&c.* 2 Stantes fuerunt עֹמְדוֹת הָיוּ *Præt. Heb. Quidam*

vertunt, Stantes sint. *q.d. Conferamus nos ad* Ecclesiam *sanctam, & il-*
lic permaneamus, vel perstemus. Alij præteritum vertunt in futurum.
Stantes erunt. *acsi dicat, Lætor inquam inter eos qui dicunt,* Stabũt *pe-*
des. per futurum enim omnia verti possunt, vt referantur ad Ierusalem,
typum Ecclesiæ. *Doctioribus magis placet retinere præteritum: hoc sensu,*
Quærenda fuit nobis Arca in variis locis, quia Dominus *nondũ assigna-*
uerat hanc stationem. N*unc verò postquam ostensus fuit locus, in portis Ie-*
rusalem pedes nostri stantes fuerunt: hoc est, non vagabimur huc & illuc,
neque discurremus. nam hîc agnoscimus domicilium Arcæ *fœderis.*

in portis tuis, ô Ieruשׁsalàim.

Ieruשׁsalàim quæ ædificatur 3
vt ciuitas quæ coniuncta est sibi
pariter:

Quia illuc ascenderunt tri- 4.
bus, tribus Iah, *quod est* testimo-
nium IשׁraNeli, ad celebrãdum
nomen Iehouæ.

Quia illic collocatæ sunt se- 5

in atriis tuis Ierusalem.

Ierusalem quæ ædifica-
tur vt ciuitas cuius partici
patio eius in idipsum:

Illuc enim ascenderunt
tribus, tribus Domini: *testi-*
monium Israel ad confiten-
dum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes

3 Quæ ædificatur, &c. הבנויה כעיר שחוברה לה יחדו quæ ædificata
est, & velut ciuitas quæ adunata sibi est simul. *Mutatio personæ: acsi*
dicat, Stabimus inquã in portis tuis, ô Ierusalem, cuius ædificatio est ab-
solutissima, & quæ es velut vrbs cuius ciues vnanimiter viuũt. Referri
potest ad ædificia. q.d. Cuius ædificia pulchro ordine sunt coniuncta, &
suis iuncturis sic cõpacta & connexa, vt nihil sit illic rimas agẽs, vel ma-
lè coagmentatum. Describit pulcherrimum statum vrbis, tanquã dicat
Propheta, non alibi quærendam esse similem vrbẽ in toto mundo. quemad-
modum dicitur Psalmo 87.a.1, Fundamenta Dei in montibus sanctis.
4 Quod est testimonium Isr. עדות לישראל Hebraicè tantùm legi-
tur, Testimoniũ Israeli. *sub. quòd sint populus* Dei. *Vel sequentibus iun-*
gitur, Testimonium Israeli vt celebrent nomen Iehouæ. *id est, quod*
testatur Israelem debere laudare Iehouam. Alij, Quia præceptum est Is-
raeli vt celebret nomen Iehouæ. *Alij subaudiunt præpositionem, hoc*
pacto, Ex testimonio Israelis ad celebrandum nomen Iehouæ. *Vel*
secundum testimonium Israeli. *id est secundum fœdus cum Israele pa-*
ctum. Dicit Ierosolymam locum esse à Deo electum, ad quem iam cœperint
ascendere, atq; posthac ascendẽt tribus, tribus Domini, *hoc est, ex omnibus*
terræ partibus conuenient Israelitæ, ex quacunque sint tribu. conuenient
autem non stultè, vel aliquo inconsiderato zelo, sed ex testimonio cũ Israe-
le, hoc est ex certo Dei *mandato, ex fœdere quod cũ populo suo pepigerat, vt*
celebrẽtur sacri cœtus ad audiendũ verbũ Dei, *& celebrandũ nomen eius.*
5 Collocatæ sunt ישבו *Ad verbũ,* sederũt. *pro præs.* sedẽt. *i. vbi solia*
regalia Dauidis *cõstituta sunt, in quibus omnia ex summa æquitate in-*
stituuntur & indicantur. V*oluit namque* Deus *manere gubernationẽ in*

certo statu, quum erexit regnum in persona Dauidis: & simul voluit succedere eius posteros, ne regnum Dei migraret huc illuc, sed maneret in vna familia vsque ad Christum.

in indicio, sedes super domũ Dauid.

des ad iudicium, sedes domus Dauid.

Rogate quæ ad pacẽ sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

6 ᵃPostulate pacẽ Ierušaláim: ᵇprosperè agant diligentes te.

Preces pro ipsa Ierusalem, Ecclesia Christi.

Fiat pax in virtute tua, & abundãtia in turribus tuis.

7 Sit pax ᶜ in antemurali tuo: prosperitas in palatiis tuis.

Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te:

8 Propter fratres meos & proximos meos ᵈ loquar nunc pacem de te:

Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.

9 Propter domum Iehouæ Dei nostri quæram bonum tibi.

CXXII. | CXXIII.

Canticum graduum.

1 ¶Canticum graduum.

Fideles contempti à diuitib⁹ superbis, & irrisoribus, sine intermissione opẽ à Deo flagitãt.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.

AD te ᵉleuo oculos meos, qui habitas in cælis.

Ecce, sicut oculi seruorum in manib⁹ dominorũ suorũ, Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

2 Ecce, sicut ᶠoculi seruorũ *intenti sunt* ad manum dominorũ suorum: sicut oculi ancillæ ad manum dominæ suæ: ita oculi nostri ad Iehouam Deum nostrum, donec misereatur nostri.

6 Postulate pacem שאלו שלום Rogate pro pace. Optate pacem. Prosperè agant, &c. ישליו אהביך *Mutatio personæ.* Fœliciter agant. *Alij*, Bene sit iis qui, &c. 7 In antemurali tuo. בחילך *Vox Hebræa significat fossam qua cinguntur vrbes. Quidã Hebræorum exponũt*, in exercitu tuo: *Alij*, in populo tuo. *Alij*, in munitione tua. *Eandem sententiam repetit quum mox dicit*, Prosperitas sit in turribus tuis. 8 Loquar, &c. אדברה נא שלום בך *Hebraismus, pro, optabo tibi omnia prospera. Dicit fideles debere esse solicitos de statu vrbis Ierosolymæ, quòd illinc vniuersa penderet totius populi salus.*

IN PSALMVM CXXIII.

1 Leuo נשאתי *Præt. Heb. pro præs.* leuo. eleuo. attollo.

2 Ad manum אל יד *.i. ad opem. q. d. Vt serui expectant opem ab heris suis. Olim enim serui obnoxij erant iniuriis omne genus: quia nõ licebat illis se defendere. non licebat gladium, vel telum aliquod gestare. fuisset illis capitale. propterea siquis seruo alterius iniuriam intulisset, dominus eius statim causam suscipiebat, & acriter se opponebat.*

3 Miserere nostri Iehoua, mise-
rere nostri: quia multum satu-
rati sumus despectione:
4 Multum saturata est anima
nostra subsannatione, *subsanna-
tione* opulentorum, despectione
superborum. C X X I I I I.
¶ Cãticũ graduũ ipsi Dauidis.
1 NIsi quòd Iehouáh fuit no-
biscũ, dicat nunc Iisraël:
2 Nisi quòd Iehouáh fuit pro
nobis, quum insurgerent aduer-
sum nos homines,
3 Tunc viuos deglutissent nos:
quum irasceretur furor eorum
in nos,
4 Tunc aquæ inundassent nos,
torrens pertransisset super ani-
mam nostram:
5 Tunc *inquã* trãsisset super a-
nimã nostrã aqua illa superba.

Commemorat Dauid auxilia Dei quæ sæpius tulerat populo suo.

3 *Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multũ repleti sumus despectione:*
4 *Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.*

C X X I I I.

1 *Canticum graduum.*
NIsi quia Dominus erat in nobis, dicat nũc Israel: nisi quia
2 *Dominus erat in nobis:*
Quum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos:
3 *Quum irasceretur furor eorũ in nos, forsitan aqua absorbuisset nos:*
4
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
5

3 Despectione: בוז contemptu. ignominia.
4 Multum saturata est רבת שבעה לה Plurimum [*vel*, Admodum] satiata est sibi. *Redundat istud* S I B I, *vt & Psal.* 120. *b.* 3. *Alij*, Multo iam tempore satiata est. *Alij*, Magna *saturitate* satiata est. Despectione הבוז contemptu. *vt præcedenti versu. i. contemptu eorum qui superbè dicunt nos esse à te derelictos.*

I N P S A L M V M C X X I I I I.

1 Nisi, *&c.* לולי יהוה שהיה לנו *Ad verbũ*, Nisi *fuisset* Iehouáh qui fuit nobis. *i. pro nobis, & à parte nostra stetit.* 3 Quũ irasceretur furor eorũ in nos, בחרות אפם בנו *Infinitiuũ*, in excandescere furorẽ eorũ *vel*, in excandescendo. *Quidam volunt esse nomen, vertentes*, in inflammationibus iræ suæ. *Vel*, in excandescentiis, *&c. i. dum exardebat, vel exardesceret, siue excandesceret, aut incenderetur.*
4 Inundassent nos, שטפונו *i. inundatione facta, rapuissent nos, siue obruissent, aut inuoluissent nos.* 5 Transisset, *&c.* עבר על נפשנו המים הזידונים *Ad verbũ*, transisset super animã nostrã aquæ superbæ. *Hîc verbũ singulare nomini plurali iungitur more Hebræorũ, pro, trãsissent aquæ.* Aquas superbas *vocat magno impetu fluentes, vel tumidas*

& subitò inundātes. Per subitas antē inūdationes & violēta flumina *hostilis impetus significatur ab Hebræis.q.d. Tunc inimicorum nostrorum hominum petulantium, ac inopinātes opprimentiū sænitia intolerabilis nos totos vastasset.*

Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium:
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
Adiutoriū nostrū in nomine Domini, qui fecit cælum & terrā. CXXIIII.
Canticum graduum.
QVi confidunt in Domino, sicut mōs Siō, non cōmouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem.
Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum.
Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad ini-

6 'Benedictus Iehouáh, qui nō
dedit nos prædā dentibus eorū.
7 Anima nostra sicut auis eua
sit de laqueo aucupū: laqueus
contritus est, & nos euasimus.
8 Adiutorium nostrum in no-
mine Iehouæ, qui fecit cælum
& terram. CXXV.
1 ¶Canticum graduum.
QVi confidunt in Iehoua,
sunt vt mons ˣSiión *qui* nō
commouetur, *sed* in se-
culum permanet.
2 'IeruWsaláim, montes in cir-
cuitu eius: & Iehouáh in circui-
tu populi sui, ex hoc tempore &
vsque in seculum:
3 Quia non 'requiescet 'virga
impietatis super sortem iusto-
rum: 'ne mittāt iusti ad iniqui-

Ad gratiarum actionē exhortatio

Hortatur fideles vt sese conferāt in tutelam Dei.

6 Benedictus ברוך Laudetur.

IN PSALMVM CXXV.

1 Qui non commouetur, *&c.* לא ימוט לעולם ישב *Fut. Heb.* nō nutabit. *sub.* mons Sion. *q.d.* *Qui confidunt in Domino, non nutabūt, sicut nūquam nutabit mons Sion, qui in seculū perstat. Quidā referunt ad quemcunque confidentem, vertentes,* Non nutabit, *sed* in æternum sedebit. *Vel,* non mouebitur, *nam* in æternū permanebit, *siue* stabit. *Ad verbum,* habitabit. *i. quiescet, & manebit stabilis.* 2 Ierusaláim, montes in circuitu eius: ירושלים הרים סביב לה *Antecedens cum suo relatiuo, pro,* Mōtes *in circuitu* Ierusalem. *Hebraismus. q.d.* Vt Ierusalem *optimè munita est, & cincta montibus, ita* Iehoua *munit & tuetur populū suum.* 3 Requiescet ינוח *Ita Hebraicé. Quidā, permanebit. Pro residet, accipiendum est* Requiescit. Virga שבט *Pro sceptro vsurpant Hebrai. q.d.* Nullus *tyrannus diu iustis imperabit.* Sortem *pro hæreditate accipit.* Ne mittant, *&c.* למען לא ישלחו וגו' vt non extendant, *&c. i. ne admoneant manus iniquitati. Hebraismus, pro, ne fiāt*

iniqui, ne ve sectentur tyrannorum iniquitates. vel, ne tentationibus victi, etiam sese proijciant ad Dei contemptum.

tatem manus suas.

quitatem manus suas.

Oratio pro bonis ac rectis corde.

4 Benefac Iehoua bonis, & rectis in cordibus suis.

Benefac Domine bonis & rectis corde.

Hypocritis exitium, pax fidelibus.

5 'Declinantes autem *in* peruersitates suas'ambulare faciet Iehoua cum operantibus iniquitatem: pax *erit* 'super Iϖsra℞elem.

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cũ operantibus iniquitatem: pax super Israel.

CXXVI.

CXXV.

1 ¶ Canticum graduum.

Canticum graduum.

Lætitia ac voluptas populi à captiuitate Babylonica redeuntis.

'Qvando redire fecit Iehouáh captiuitatẽ ϒSiiõ, fuimus veluti somniantes.

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati:

2 Tunc 'repletum fuit risu os nostrũ, & lingua nostra 'laude: tunc dixerunt inter Gẽtes, 'Res maximas Iehouáh egit cũ istis.

Tũc repletum est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione: tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis.

5 Declinantes autem *in* peru. s. והמטים עקלקלותם *Chaldæus paraph.* Et declinantes post prauitates suas. *Alij*, declinare facientes *s. vel*, peruertentes. *sub. simplices* prauitatibus suis. *Alij*, peruertentes autẽ *vias suas* prauitatib' suis. *Aut*, Peruertẽtes autẽ *vias suas vt ambulẽt in* prauitatib' suis. *Alij*, Et declinãtes *à via recta, & ambulãtes in vijs* peruersitatum suarum. *i. peruersis quas elegerunt.* Ambulare faciet יוליכם *Ad verbũ*, ambulare faciet eos. *Redundat pronomen* EOS *more Hebræorum. Quidam vertunt*, ducet. *vel*, deducet. *Alij*, abducet. *siue* abducat. *i. protrahet eos in ordinem improborum, vt appareat etiam eorum turpitudo quæ nunc latet.* Super Israhelem. על ישראל *Ad hunc locum allusisse videtur Paulus, quũ dicit, Et pax super Israel Dei, Galat. 6. d. 16.*

IN PSALMVM CXXVI.

1 Quando redire fecit, *&c.* בשוב יהוה את שיבת *Quũ* reduceret Iehouah, *&c. i. Quũ Dominus in patriã reuocaret nos qui è Iudæa abducti fueramus captiui in Babylonem, videbamur somniare præ lætitia. Quidã vertunt verba huius Psalmi per futurum, vt sit vaticiniũ de futuro tempore. Verùm hîc potius describitur liberationis gratia, vt populus agnoscat se non humano auxilio, sed Diuinitus fuisse reuersum in patriam. Docti inter Hebræos vertunt*, Quũ reduxit Iehoua reuersionem Sion. *i. illos qui reuersi sunt in Sion.* 2 Repletum fuit ימלא *Fut. Heb. pro præt.* Laude. רנה iubilatione. ouatione. Res maximas Iehouáh egit. הגדיל יהוה לעשות *Ad verbum*, magnificauit Iehoua facere. *vel*, ad faciendum, *pro*, *magnificè egit. Sic sequenti versu.*

Magnificauit Dominus facere nobiscũ, facti sumus lætantes.

3 Res maximas fecit Iehouáh
nobiscum, *unde* fuimus lætãtes.

Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.

4 Redire fac Iehoua captiuitatem nostram ″sicut torrentes in
Austro: *Orant vt plenè liberentur ab inimicis.*

Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

5 ′Qui seminauerunt cum lachrymis, cũ exultatione metẽt.

Euntes ibant & flebant, portantes semina sua.
Venientes autem venient cũ exultatione portãtes manipulos suos.

6 ′Eundo ibit, & flẽdo, qui portat ″pretiosum semẽ: & veniẽdo
veniet cũ exultatione, reportãs manipulos suos. CXXVII.

CXXVI

Canticum graduum Salomonis.

1 ¶Canticum graduum ″ipsi
ש Selomóh.

4 Sicut torrentes כאפיקים *Aliquid subaudiendum, cuiusmodi, & erit id nobis tam gratũ* quàm torrentes in Austro, *plaga scilicet Meridionali quæ est sicca. Alij,* vt torrentes *siccos,* Austro. *sub. reducis. Valde in loco posita precatio: nã tametsi patefactus erat exitus toti populo, quidam tamen fuerunt retenti metu: maior verò pars seruituti assueta, laborem & periculum itineris recusans, oblatũ* Dei *beneficiũ non curauit. sed adhæsit suis sordibus. Pro illis hîc orat Propheta. Alij existimant hac similitudine notari miraculum quod est præter naturam: acsi diceret, Domine si redire feceris fratres nostros, id perinde erit: acsi decurrere faceres fluuios in desertis locis. quod humanitus fieri non potest. exere ergo potentiã tuam.*

5 Qui seminaueruut הזורעים Qui seminant. *Similitudo est ab iis qui quòd annona sit cara, cũ mærore animi seminant. Fit enim aliquando vt tempore sterilitatis seminandum sit: tunc agricolæ non sine magna tristitia semen suum projiciũt in terram, quum vix ad tenuem victũ suppetat triticum. Tristitiæ autem illius obliuiscuntur quum sequitur copiosa meßis. Sic Iudæi quum pertracti sunt in exilium, perinde fuerunt tristes acsi tempore sterilitatis semen pretiosum spargerent in terram. quum autem reduxit eos Dominus, exhilarauit eos tanquam vberrima messe.*

6 Eundo, &c. הלוך ילך ובכה *Fut. Heb. pro præs. Hebraismus, Ire solet flendo. Idem dicit quod præcedenti versu, sed aliis verbis.* Pretiosum semen: משך הזרע *Quidam Hebræorum vertunt,* vas seminis, *siue* canistrum in quo est semen. *Alij,* pretiosum semen: *& exponunt, Vt qui fert semẽtem magno pretio emptam ob caritatem annonæ, it seminatum tristis. verùm postea reuertetur à metendo lætus, quòd afferat plures manipulos quàm sperasset. q. d. Piorũ non erit perpetua tristitia: similes sunt agricolis, quibus sementis si fuerit tristis, meßis erit suauißima.*

IN PSALMVM CXXVII.

1 Ipsi ש Selomóh. לשלמה ipsius Selomóh. *Vel,* pro Selomóh. *i. in gratiam Salomonis. Doctioribus sanè magis probatur Salomonem fuisse authorem huius Psalmi.*

Omnem ordinem mundi tam œconomicum, quàm politicum sola Dei benedictione stare, nō hominū industria

SI Iehouáh nō ædificet "domū,
frustra laborant ædificantes
eam: si Iehouáh noncustodiat ci
uitatem, frustra vigilat custos.
"Frustra vobis *est*" maturanti- 2
bus surgere, "tardantibus sedere,
edentibus panem "dolorū: sic da-
bit dilecto suo somnum.

NIsi Dominus ædificauerit domum, in vanū laborauerūt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquā sederitis qui māducatis panem doloris.

Quum dederit dilectis suis somnum:

Domum, בית Domus nomine, *complectitur totum ordinem œconomicum: sicuti per nomen* ciuitatis, *siue* vrbis, *communem totius reipublicæ statum vel politiam. Sicuti etiam nomine* vigilum, *siue* custodum *designantur magistratus, & tota ciuium multitudo. acsi diceret,* Etiamsi *quisque pro virili sua, & pro modo suæ facultatis conferat suam operam, suum consilium, neruos denique omnes intendat vt vigeat respublica, nihil profecerit, nisi* Dominus *aduigilet, hoc est gubernet è cœlo consilia, nisi benedicat omnes conatus & labores.*

2 Frustra, &c. שוא לכם וגו' Quidā *subaudiūt* v ד *(in quib' est doctus inter Hebræos) & vertunt,* Vt frustra vobis *est* mane surgentibus surgere, *&* differentibus sessionē sedere, comedentibus panē dolorū: sic dabit, *&c. Comparatio facta per contraria. q. d.* Vt *frustra laboratis qui bene mane surgitis, & serò admodum vos somno datis, & comeditis panem partū cum maxima animi anxietate, quia nunquam eritis voti cōpotes, nisi* Dominus *benedicat conatibus vestris, atque labores adiuuet: sic* Iehoua *dabit dilecto suo somnū. i. omnimodā trāquillitatē, siue bonis omnibus abūdantē quietē. Vel potius,* dabit in somno dilectis suis. *Aut,* per somnum. *i. citra laborem. perinde acsi diceret,* Vt *frustra laboratis, qui vestris summis laborib' & conatibus (nō respicietes ad* Dei *benedictionē, quæ sola prosperū rerū successum dat) existimatis vos cōsequuturos quod cupitis: sic citra laborem dilecti à* Deo, *qui se totos illius prouidentiæ commendant, assequentur quæ vos summo labore assequi non potestis. Quidā istud* כן *tanquā demonstratiuū accipiunt, ac vertūt,* Frustra vobis mane præuenietes, surgere, tardātes ad sessionē, comedentes panē dolorū: sic dabit dilecto suo somnū. *vel (subaudita præpositione) per* somnū. *tanquā repræsentet quod nobis persuasum esse debebat, tametsi incredibile: nēpe* Deū *largiri suis per somnū quicquid est opus. videtur enim prorsus esse fabulosum. Significat ergo hanc* Dei *benedictionē de qua loquutus est, reipsa posse conspici in seruis* Dei, *qui se totos eius prouidentiæ commendant.* Maturantibus surgere משכימי קום *quòd* maturatis mane surgendo. *Alij* mane præuenientes surgere. Tardantib' sedere, מאחרי שבת morā faciatis sedēdo. *Alij, quòd* tardatis sedere. *vacantes scilicet tota die operibus vsque ad vesperā, sero sedetis vt quiescatis.* Dolorū: העצבים molestiarū. *i. plenū ærumnarū, & maximis molestiis partū.* Vel panē dolorū *intelligit panē qui comeditur cū molestia, vt videmus parcos & tenaces homines qui vix audēt panē gustare.*

ecce hæreditas Domini, filii: merces, fructus ventris. 3 Ecce hæreditas Iehouæ, filii: 'merces, fructus ventris.

Liberi à Deo dantur.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum. 4 Vt sagittæ in manu potentis: ita filii 'iuuentutum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: nõ cõfundetur quum loquetur inimicis suis in porta. 5 Beatus vir qui impleuit 'pharetram suam ipsis: non afficientur pudore quum loquuti fuerint cum inimicis 'in porta.

CXXVII. CXXVIII.

Canticum graduum. 1 Canticum graduum.

Beati omnes qui timẽt Dominum, qui ambulant in viis eius: Beatus omnis qui timet Iehouã, qui ambulat in viis eius:

Confirmat quod præcedẽte Psalmo dixerat, ostendens quos benedicat, & quomodo.

Labores manuum tuarũ quia mãducabis: beatus es & bene tibi erit. 2 Laborem manuum tuarum 'quia comedes, beatus eris, & bonum tibi erit.

3 Merces, fructus ventris. שכר פרי הבטן *Repetitio: idem bis dicit. q. d. quod à Deo tanquam iure hæreditario accipimus, sunt liberi: & donum quo afficit pios Iehoua, quódque ab eius liberalitate proficiscitur, est soboles.* Fructum vẽtris *vocat liberos. Salomon vult agnosci, liberos nõ ita creari naturaliter, quin Dominus hoc honore dignetur quos elegit, vt constituat eos patres.* 4 Iuuentutum. הנעורים *.i. qui nascuntur in iuuentute hominis. q. d. vt sagittæ auxilio sunt forti, sic illi erunt patri seni vt eum iuuent. Vel, Quemadmodũ sagittarius armatur arcu suo bene instructo: sic etiam qui liberos habet, est quasi munitus arcu & pharetra. Viri enim dum sobole carent, exarmati esse videntur.* 5 Pharetram suam את אשפתו *Annotant Hebræi pharetrã pro domo poni, quòd filios dixisset esse velut sagittas.* In porta. בשער *Porta pro senatu & tribunali: quod in portis vrbiũ collocaretur tribunal. Describit hîc liberos qui & iustitia & integritate præditi sunt, ita vt non dubitent semper vitæ suæ rationem reddere, vt obstruant os maleuolis & calumniatoribus. Quũ tales sunt liberi, tunc solida & plena est* Dei *benedictio.*

IN PSALMVM CXXVIII.

2 Quia comedes, כי תאכל *Mutatio personæ à tertia ad secundã: pro, nam vesc itur Istud* quia, *siue* nam, *secundo loco positum, debuit primo loco poni,* Nam laborem manuũ suarũ comedet. *i. terra erit fructifera & respondebit labori tuo. Alii existimãt vno contextu potius istud esse legendum, hoc modo,* Quia tu comedes laborẽ manuum tuarũ, beatus eris, & bene tibi erit. *Quidam exponunt, Prophetã hîc ostendere quænam sit illa fœlicitas quam pollicitus est* Dei *cultoribus: nempe si comedant laborem manuum suarum, & contenti sint mediocri sorte, neque ambitione ardeant, neque auaritia efferãtur, vel exultent aliis cupiditatibus quæ nullum habent modum.*

Vxor tua *erit* ſicut vitis fru- 3
ctificãs in lateribus domus tuæ:
& filii tui ſicut plantationes ole-
arum in circuitu menſæ tuæ.
Ecce certè ſic benedicetur 4
vir qui timet Iehouam.
Benedicet tibi Iehoua ex Tſi 5
ion, & videbis bonum IeruSſa
láim omnibus diebus vitæ tuæ.
Et videbis filios filiorum tuo- 6
rum, *&* pacem ſuper IUſraNelē.

¶ Cãticũ graduũ. CXXIX.

Fideles ſe ad patiẽtiam animant, reputantes qualis fuerit Deus erga ipſos ab initio.

MVltũ anguſtiis affecerunt 1
me ab adoleſcentia mea,
dicat nunc IUſraNel:
Multum anguſtiis affecerunt 2
me ab adoleſcentia mea: verùm
non præualuerunt mihi.

Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.
Filii tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu mẽſæ tuæ
Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.
Benedicat tibi Dominus *ex* Sion, *& videas bona* Ieru*ſalem omnibus diebus vitæ tuæ:*
Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael.

CXXVIII.

Cãticum graduum.

SAEpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael:
Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim nõ potuerunt mihi.

3 Sicut plantationes כִּשְׁתִלֵי ſicut plantæ. *Viti tenui & debili, quæ ſe ſuſtinere ſine adminiculis non poteſt, vxorem comparat, quæ pulchros nihilominus filios producit: quos oleæ plantatæ, ac ſemper virenti ſimiles eſſe dicit.*

4 Ecce certè ſic הִנֵּה כִי כֵן Ecce quia ſic. *Alij,* vtique *res ita habet* quòd ſic, *&c.* 5 Benedicet tibi יְבָרֶכְךָ Benedicat tibi. *Fœ*licem te reddat. *vt ſit precatio. Videtur tamẽ potius* Propheta *explanare clarius,* Deum *eſſe authorem earum benedictionum quas prius retulit: ne quis fortunæ, vel induſtriæ ſuæ quicquã adſcribat.* Et Sion *dicit, vt renocet fideles ad fœdus* Domini *quod cũ illis pepigerat. nã à prima infantia hæc pietatis rudimẽta imbiberãt* Iudæi, *quòd* Dominus *nunquã ſuos deſerat.* Et videbis bonũ Ier. וּרְאֵה בְּטוּב יְרוּשָׁלָ͏ִם & vide in bono Ieruſalaim. *Vel,* bonũ, *pro bona. i. & fruaris fœlicitate* Ieruſalẽ *qua hodie eam florere vides.* Alii, Et videas cõmoda Ieruſalem. *Quidam, imperatiuum pro futuro eſſe volũt,* Et oblectaberis vidẽdo bona Ieruſalem. *vel potius,* & videbis Ieruſalem florere. *Oſtendit quid maximè optandum ſit fidelibus, nempe vt* Eccleſia Dei *floreat. Quod hîc bonũ dicit, ſequẽti verſu vocat pacem.*

IN PSALMVM CXXIX.

1 Anguſtiis affecerunt me צְרָרוּנִי infeſtarunt[coartarunt]me. *vel,* aduerſati ſunt mihi à iuuentute mea. *Significat talibus rudimẽtis maturè imbutum fuiſſe Dei populũ, vt fidelis ſtatim aſſueſceret moleſtiis. Et aduerbiũ* NVNC, *oſtendit maximè tunc aptam fuiſſe hanc conſolationẽ, quum ipſi redacti eſſent ad extrema. Quod etiam indicare videtur, tunc*

fuisse compositum Psalmum quum Ecclesiã Dei impii crudeliter vexarẽt.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores,prolongauerunt iniquitatem suam.

3 Supra dorsum meum arauerũt arantes,'prolongauerũt sulcum suum.

Dominus iustus concidit cernices peccatorum:confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

4 Iehoua *autem* iustus'præcidit funes impiorum.

5 'Pudore afficientur,'& conuertentur retrorsum omnes qui odio habent 'Siión.

Fiant sicut fœnum tectorum,quod priusquam euellatur exaruit:

6 'Erunt vt herba tectorũ, quæ antequam'egrediatur,'aruit:

De quo non impleuit manum suam qui metit,& sinum suum qui manipulos colligit.

7 Qua non'impleuit manũ suã qui metit,'nec brachium suum qui congregat manipulos:

Et nõ dixerũt qui præteribãt,Benedictio Dñi sup vos

8 Neque'dicent transeuntes, Benedictio Iehouæ super vos,

3 Prolongauerunt sulcum suum. האריכו למעניתם Sing.*pro plur.* produxerunt sulcos suos.*i.longos fecerunt sulcos. Metaphora ab arantibus:qua significat nullam illis datam fuisse requiẽ ab aduersariis, quin semper afflixerint. Aratoribus cõparat hostes,& Ecclesiã Dei agro. Dicit in dorso Ecclesiæ semper infixam fuisse crucem.* 4 Præcidit קצץ *Præteritum Hebr.pro futuro.* Funes *vocat consilia & artes nocendi.q.d. amouebit iugum eorum à nobis. Perstat potius in metaphora, alludens ad aratrum quod funibus trahi solet: perinde acsi diceret, funes quibus alligati sunt boues vt aratrũ trahant,fuisse abscissos,& confractos Dei manu: atque ita impositũ fuisse molestiis finẽ.* 5 Pudore afficiẽtur. יבשו Confundantur. Pudefiant. Et conuertentur retrorsum ויסגו אחור *Hoc dicit quòd progressi essent impii:Dominus enim ipsos excurrere passus fuerat,ita vt iã sibi quidvis promitterent. Propterea dicit arcanam* Dei *manum retracturam eos.* 6 Erunt יהיו Sint. Egrediatur שלף educta sit erumpat.*Quidam,*euellatur. Aruit: יבש *Fut.Hebr.pro præt.vel præs.*arescit. 7 Impleuit. מלא *Præt. Hebr.pro præs.*implet.*i. quæ ad messem non peruenit, vt metendo impleret manum messoris.* Nec brachium suum וחצנו & sinum suum. Alii,& oram vestimenti sui. 8 Dicent אמרו *Præt.pro fut. vel præs.*dicunt.*Significat impios ita intercidere vt nemo curam vel animum adiiciat ad eorum interitum. Si calamitas aliqua acciderit,omnes queruntur & gemunt. Si verò,transeant per agros, petunt à Domino benedictionem,vt conseruet prouentum anni.& dum vident agros esse vestitos atque ornatos frugibus,petunt à Domino vt tueatur illã gratiam, & ad finem vsque perducat. Impii autẽ negliguntur pereuntibus nanque illis nemo cõdolescit, quòd indigni sint misericordia.*

'benedicimus vobis in nomine
Iehouæ.

Israel captiuus in Babylone, in profũdo suæ calamitatis orat Deum.

¶ 'Canticum graduũ. C X X X.
1 D'E profundis 'clamo *ad* te ô
Iehoua,
2 Domine audi vocem meam:
sint aures tuæ intentæ ad vocem
deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris ô
3 Iah, Domine quis 'stabit?

Spes in promissionibus.

4 'Quia tecũ *est* venia, vt timearis.
5 'Expectaui Iehouam: 'expe-
ctauit anima mea, ' & in verbo
eius speraui.
6 Anima mea *expectat* Domi-
num 'magis quàm custodes ip-

benediximus vobis in nomine Domini.

1 *Cãticũ graduũ.* C X X I X.
D E profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocẽ meã.
2 *Fiant aures tuæ intendẽtes in vocem deprecationis meæ.*
Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?
3
Quia apud te propitiatio
4 *est: & propter Legem tuam*
5 *sustinui te Domine.*
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino
6 *A custodia matutina vs-*

Benedicimus ברכנו *Præt. Heb. pro præs.*

IN PSALMVM CXXX.

1 De profundis ממעמקים E profunditatibus *sub. aquarum. i. verum aduersarum.* Clamo *ad* te קראתיך *Præt. pro præs.* inuoco te. 3 Stabit? יעמד subsistet? consistet? *sub. in conspectu tuo? Agnoscit se iustas pœnas dare: neque Deum esse crudelem, sed iustũ iudicem qui ita ipsum affligat.* 4 Quia tecum est, *&c.* כי עמך הסליחה למען תורא Verùm apud tẹ est clementia: vt timearis. *Alij,* Certè apud te est clementia, *qua vteris* vt colaris. *q. d. alioqui homines te non timerent, siue colerent. Aut, Profectò aliqui ante te cõsistent:* nam penes te est clemẽtia. *Recipit se Propheta, quòd sit apud Deum clementia, propter quam & colitur. nã nisi ea bonitate agnosceretur vt peccata condonaret, nemo ipsum ex animo venerari posset, sed omnes vt tyrannum tantùm metuerent. Verus Dei cultus est, cognito peccato persuasum esse, quòd clemẽs sit Deus qui velit peccata condonare.* 5 Expectaui Iehouam קויתי יהוה *Præt. Heb. pro præs.* Expecto Iehouã. *Alii,* Expectaui *sub. opem tuam* ô Iehoua. Expectauit anima mea, קותה נפשי *Hebraismus, quo significat se ex animo expectasse, nõ simulatè, neque fictè, sed quia penitus in animo suo residebat sensus ille.* Et in verbo eius speraui. ולדברו הוחלתי *Præt. Heb. pro præs. vt quidam vertunt,* Et verbum eius expecto. *Vel,* & in verbo eius spẽ habeo. *Dicit patientiam oriri ex Dei promissionibus quum eas amplectimur recta fide: sicut & Paulus dicit, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & cõsolationem Scripturarum, spem habeamus. Rom. 15. a. 4.*

6 Magis quàm, *&c.* משמרים לבקר שמרים לבקר ardentius quã excubitores tempus matutinum, *expecto inquam ardentius,* quàm illi

vigiles diē, *in quo ſcilicet illis dormire liceat, quum noctu illis dormire nō licuerit.* Alii, Ante cuſtodes matutinos, ante cuſtodes *inquam* matutinos. Ad *verbum legitur* Hebraicè, à cuſtodientibus[*ſiue* obſeruantibus]mane, obſeruātibus mane. *Vel*, obſeruātibus vſque ad mane, obſeruātibus vſque ad mane. *i. vt vigiles dum ſunt in ſua ſtatione, intenti ſunt ad ſuas excubias vſquedū illuxit aurora. Vtitur repetitione, vt feruorem explicet.* Quidam *Hebræorum* cuſtodientes, *ſiue* obſeruantes mane, *eos intelligunt qui attentiſſimè obſeruabant auroram in qua proficiſcebantur ad orandum.*

que ad noctem, ſperet Iſrael in Domino:

ſum mane, *magis inquam* quā cuſtodes ipſum mane.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

7 'Expectet IΨſraNel Iehouam: quia cū Iehouaeſt miſericordia, '& multa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius

8 Et ipſe redimet IΨſraNelē ex omnibus iniquitatibus eius.

CXXXI.

Canticum graduum.

DOmine nō eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei:

Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.

CXXXI.

¶ Canticū graduū ipſius Dauid.

1 IEhoua, 'nō eſt exaltatum cor meum, 'neque exaltati ſunt oculi mei, neque ambulaui in *rebus* magnis, 'neque in mirabilibus ſupra me.

David expulſus oſtendit ſe perpetuò in humilitate ambulaſſe, neque vnquam regnū Sauli affectaſſe.

7 Expectet IΨſraNel Iehouam: יחל ישראל אל יהוה Speret Iſrael in Iehoua. Et multa, &c. והרבה עמו פדות Hebraiſmus, pro, *frequēter & abundè nos liberare ſolet ab aduerſis. q. d. non eſt ad vnum diē tantùm redemptor ſed quotidie vult redimere ſuam Eccleſiam.*

IN PSALMVM CXXXI.

1 Non eſt exaltatum לא גבה non ſuperbiuit. Neque exaltati ſunt oculi mei, ולא רמו עיני *Hoc dicit quòd faſtus appareat in oculis hominis. Per oculos intelligit omnes externos geſt⁹ quibus pateſit interior ſuperbia. nā etiamſi ſuperbi diſſimulēt morbū ſuū, erumpit tamen, & oculi primi ſunt indices, deinde etiam alii geſtus.* Neque in mirabilibus, &c. ובנפלאות ממני neque in occultis à me. *Hebraiſmus, acſi dicat, neque arduas res aggreſſus ſum, nec tentaui aliquid quod eſſet ſupra vires meas: vel nec aggreſſus ſum intelligere occultiora & obſcuriora, quàm vt à me intelligi poſſent. Aut potius dicit ſe in tota vita nihil tētaſſe niſi ex Dei mādato. Res magna erat fungi Prophetæ officio: deinde ſedere in ſacro illo ſolio, quod non homini mortali, ſed Chriſto vnigenito Dei filio promiſſum erat. Qui ſemper ſe permittūt Dei arbitrio, vel interrogāt os eius, atque patiūtur ſe gubernari ab eius Spiritu, nunquam ambulāt in magnis, neque abſconditis à ſe: ſciunt enim certò ſe viam certam ſequi.*

2 ʻSi nō posui, & silere feci animam meam sicut ablactatus, apud matrem suam: ʻsicut ablactatus, *est* apud me anima mea.

Si non humiliter sentiebā, sed exaltaui animam meā: Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.

3 ʻExpecta ô Iשsraאél Iehouā ex hoc tempore & vsque in seculum.

Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

CXXXII.

CXXXI.

1 ¶ Canticum graduum.

Canticum graduum.

Petunt fideles vt Deus promißionē suam de templo & regno confirmet.

MEmento Iehouaʻ Dauidis, cū omni afflictione eius:

MEmento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius,

2 Qui iurauitʻ Iehouæ, vouitʻ potenti ipsius Iaיacób,

Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob,

3 Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero super lectum strati mei,

Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei,

4 Si dedero somnū oculis meis, palpebris meis dormitationem:

Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,

2 Si non posui, *&c.* אם לא שויתי ודוממתי *Hebraicum dicendi genus, de quo Psal. 95. b. 11 Confirmat autem superiora iureiurando. q. d. frustrer spe mea, siue, nunquam Deus mihi adsit, si non coercuerim, siue compescuerim, quietumve reddiderim animū meum, tanquā nuper ablactatū puerum: omnia expectans à Deo, vt ille à matre sua, quū ex se nihil poßit. Quidam secundum verbum, tanquam esset à radice* דמה, *quæ similem esse significat, & etiam silere, vertunt,* Si non æquiparaui & similē esse feci animā meam. *Vt hæc duo verba pro æquiparare & aßimilare reponātur: acsi vertas,* Si non adæquaui & similem reddidi animam meam ablactato. Sicut ablactatus כגמול *Repetitio, & uelut præcedentiū expositio.* 3 Expecta ô Iשsraאel Iehouam יחל ישראל אל יהוה Spera Israel in Iehoua.

IN PSALMVM CXXXII.

1 Dauidis cum omni afflictione eius: לדוד את כל ענותו ipsi Dauidiˡ *vel,* ipsius Dauidisˡ vniuersæ afflictionis ei⁹. *Ipsi Dauidi. i. in fauorem Dauidis. Illud* CVM, *vel* ET *quod alii vertūt,* & omnis afflictionis eius, *non copulant tanquam sint duo membra. nam vno contextu legi debēt,* Memēto Dauidis, omnis afflictionis eius. *acsi diceret, Memento Dauidis quatenus diu æstuauit in magna anxietate quòd non statim potitus est voto suo. Afflictiones enim Dauidis vocat anxias curas quibus diu afflictatus fuit, ardenter expectando constructionē templi cum cultu Dei rectè composito.* 2 Iehouæ, ליהוה *Mutatio pers. i. sibi.* Potenti ipsius Iaיacob, לאביר יעקב *i. qui potenter eripuisti Iaacob à periculis. Alii,* fortissimoˡ *sub.* Deoˡ Iaacob. *Alii,* magnifico *Deo* Iacob.

Et requiē tēporibus meis: 5 *donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.*

Donec inuenero locum 'Iehouæ, 'mansiones 'forti ipsius Iaacób.

Ecce audiuimus eam in 6 *Ephratha . inuenimus eam in campis syluæ.*

Ecce, 'audiuimus eam in Ephratha : inuenimus eam 'in cāpis syluæ.

Introibimus in tabernacu 7 *la eius : adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.*

'Introibimus in mansiones eius, incuruabimus nos 'scabello pedum eius.

5 Iehouæ, ליהוה *.i. vbi reponatur arca Iehouæ: hoc est, donec construxero templum in quo reponatur arca Dei potentis quem coluit Iaacob, vel qui potenter seruauit Iaacob.* Mansiones משכנות habitationes. tabernacula. *plur. pro singul. aut plurali vtitur, quòd tres essent partes tēpli, vt Psalmo 68. g. 36.* Forti ipsius Ia. לאביר יעקב *Vide paulo antè versu 2.* 6 Audiuimus eam שמענוה *sub. mansionē. quam plurali numero posuerat præcedenti versu mansiones fortis Iaacob. Vel subaudi requiem, sub. arca. Quidā vertūt,* audiuimus eum. *sub. locum. Vel,* audiuimus dē eo, *nempe loco, a senioribus Israel qui erant in Beth lehem, quū adhuc pueri essem⁹. Vel, Initio vulgatus fuit rumor arcū fœderis locandā esse in Beth lehem, quòd illinc oriūdus esset David: vt illic esset & regni & Sanctuarii sedes. (Tum auditus, significaret vulgarē famam, & per præt. plus quàm perf. verti posset* audieramus) & ecce inuenimus eam in campis syluæ, *hoc est in Ierusalē, loco nō tam amœno nec fertili, q. d. certè præter opinionem hoc repente accidit vt mons Sion esset perpetua Arcæ statio. erat enim locus syluosus. Alii exponunt acsi diceret, Dominus quidē magnificum aliquid nobis promittit de Ephratha, siue Beth-lehem, sed hîc est tantùm auditus, hoc est locus ille adhuc est nobis absconditus in spe. interea Arcam, siue stationem Arcæ inuenimus in campis syluosis, hoc est in Ierusalē. interea igitur donec cōpleuerit De⁹ quod nobis promittit de Ephratha, potiemur hoc loco, nempe Ierusalē, quam nobis Deus mōstrauit. Nonnulli illud* Inuenimus eū in campis syluæ, *ad personā Dauidis referunt: vt non notetur locus, sed potius homo qui ex eo loco esset oriundus. acsi dicat David, stationem tandem esse inuentam Arcæ fœderis, postquam in Regem vnctus fuit à Domino.* In campis syluæ. בשדי יער *.i. in agris syluosis. Aream Ornam videtur intelligere, 2. Sam. 24. d. 20.*

7 Introibimūs in, &c. נבואה למשכנותיו וגו' Introeamus tabernacula eius, adoremus scabellum pedum eius. *Alii,* Adeamus habitacula eius, prosternamus nos ad scabellum pedum eius. *Hortatur David omnes pios ad colendum Deū in eo loco quem ipse monstrauerat. q. d. Iam nūc maiore fiducia poterimus currere ad Sanctuariū, quia nūc scimus locū Diuinitus fuisse ordinatū vbi velit De⁹ coli. Fut. Heb. pro imper.* Scabello pedum eius. להדום רגליו *Scabellū pedū Domini Propheta*

vocat ipsam Arcam fœderis. quo genere dicendi indicat Deum non includi Sanctuario, sed implere sua immensa gloria cælũ & terram: sed interim pedes suos demittere ad populum suũ, vt intelligere possit & agnoscere illũ sibi esse propinquum, neque procul esse quærendum, modò istis adminiculis in cælum euehatur.

2.Para.6.g.41 |Surge Iehoua ᷾ad requiẽ tuã, 8
tu & arca fortitudinis tuæ.

Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induant᷾ iusti- 9
tiam,᷾ & sancti tui ᷾exultent.

Sacerdotes tui induantur iustitia: & sancti tui exultent.

Propter Dauid seruum tuum, 10
ne auertas faciem᷾ Christi tui.

Propter Dauid seruũ tuũ non auertas faciem Christi tui.

Iurauit Iehoua ipsi Dauid᷾ ve 11
2.Sam.7.c.12 act.2.e.30 ritatem, nõ auertetur ab ea, |De
fructu ventris tui ponam super
solium tuum.

Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, De fructu ventris tui ponam super sedẽ tuã.

Si custodierint filii tui pactũ 12
meum, & testimonium meum
quod docebo eos: etiam filii eorum
vsque in seculum sedebunt
super solium tuum:

Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos:

Et filii eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam:

Quoniã elegit Iehoua ᷾Siiõ, 13
expetiuit vt esset habitaculum
sibi: *dicens,*

Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea vsque in se 14
culum: hîc habitabo, quoniam
expetiui eam.

Hæc requies mea in seculũ seculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam.

8 Ad requiem tuam, למנוחתך *Vide versum istum cum duobus sequentibus in 2. Paral.6.g.41. Precatur David vt Deus in locum illũ veniat quem sibi elegit: veniat inquam per arcam suam (vt seipsum mox exponit) Nã (inquit) tu testaris nobis præsentiã auxilii tui dum arca inter nos apparet. Tu igitur ad nos per arcam ingredere.* 9 Iustitiam, צדק *.i. vestes sacerdotales. quæ adumbrabãt & designabãt omnimodã bonitatem.* Alii iustitiam *interpretantur sanctam vitam.* Alii *pro fructu iustitiæ accipiunt. q.d. Fac vt tua iustitia inter nos refulgeat, & sit vice ornamenti in Sacerdotibus.* Et sancti tui וחסידיך & mise.icordes tui. *Sic infrà versu 16, Leuitas intelligit.* Exultent. ירננו cãtent. ouẽt. 10 Christi tui. משיחך vncti tui. *id est meam .i. suscipe pre.es serui tui qui vnctus est mandato tuo in Regem.* 11 Veritatem, non auertetur ab ea, אמת לא ישוב ממנה veritatem, non deflectet [discedet]

ab ea. i. *Iurauit,& id fideliter, non mutabit sententiã. Iuramentũ autem tale est, sine promissio, Constituã aliquẽ ex semine tuo qui vice tua regnet.*

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

15 Escæ eius benedicẽdo benedicã, pauperes eius saturabo pane.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti tui exultatione exultabunt.

16 Sacerdotes autẽ eius induam salute: & sancti eius exultando exultabunt.

Illuc producã cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo.

17 Ibi oriri faciam cornu ipsi Dauid, parabo lucernam Christo meo. *Luc. 1. g. 69 malach. 3. a. 1*

Inimicos eius induam cõfusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

18 Inimicos eius induam pudore; & super eum florebit diadema eius.

CXXXII. — CXXXIII.

Canticum graduum Dauid.

1 ¶ Canticum graduum ipsi Dauid.

Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres

2 Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres *Ostendit quàm grata sit Deo concordia inter eius cultores.*

15 Escæ eius צידה Victui eius. Cibo eius. *sub. Sionis: acsi dicat, Mittam maiorem benedictionem in frugibus ac fructibus eius, quàm in aliis terris Israel, ad gloriam domus meæ, quæ est in medio eius.*

16 Induam salute: אלביש ישע *Hebraismus, pro, seruabo & protegã. Alij existimãt hîc* salutem *poni loco iustitiæ, de qua paulo antè, versu 9.*

17 Oriri faciam אצמיח *.i. florere, germinare, aut propagare faciam. Hoc dicit quòd tenuis esset Dauidis origo, quẽ à tugurio deduxerat Deus, quum esset pastor ouium, minimus inter fratres, & ignobilis: quis sperasset fore tantum Regem? Propterea comparat regni sui incrementum germini. Et* cornu *vocat potentiam. q. d. Præter hominum spem arcana mea virtute faciam vt crescat potentia Dauidis.* Parabo ערכתי *Præt. Heb. pro fut.* instituam. disponam. *q. d. Floridum efficiam illic robur, regnum, regiam dignitatem: nam illic collocabo aliquẽ è posteris Dauidis, qui semper erit populo velut lucerna: idque in gratiam eius. Posteritas Dauidis vocatur lucerna, 1. Reg. 11. f. 39. & 15. a. 4. Christum vocat Dauidem.*

18. Induam pudore: אלביש בשת. *Hebraismus, pro obruam pudore, pudefaciam.* Et super eum עליו *nempe super Christum Dominum nostrum. nam super caput eius floruit diadema, non caducũ, vt est Regum qui suis insignibus superbiunt. longè enim alia est corona Filij Dei: cui data est summa potestas in cælo & in terra. Interim Dominus seruauit regnũ illud tẽporale, donec exhibitũ fuit in persona vnigeniti Filij sui quod volebat sub illis vmbris & externis figuris designare.*

'etiam simul.

2 *Est* sicut vnguentũ optimum 'super caput, descendens super barbam, barbam Aharón, quod descendit super oram vestimẽtorum eius:

3 *Et* sicut ros Hermon, '*ros* qui descendit super mõtes ˣSiión: quoniam ' illuc præcepit Iehouáh benedictionem, & vitam vsque in seculum.

C XX XIIII.

Exhortatio ad Leuitas ac Sacerdotes vt Deum laudent.

1 ¶Canticum graduum.

Ecce, 'benedicite Iehouæ omnes serui Iehouæ, 'qui statis in domo Iehouæ in noctib⁹:

2 Attollite manus vestras

in vnum.

2 *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,*

Quod descendit in orã vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

3 *Quoniam illic mãdauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.*

CXXXIII.

1 *Ecce nunc benedicite Domino omnes serui Domini,*

Qui statis in domo Domini, in atriis dom⁹ Dei nostri,

2 *In noctibus extollite manus vestras*

IN PSALMVM CXXXIII.

1 Etiam simul. גם יחד *i. vnanimes. David celebrat Dei gratiam, pro reconciliatione totius populi, quòd rursum populus coaluisset in vnum corpus, qui miserè sub Saule, & post eius mortem fuerat dissipatus.*

2 Super caput, על הראש *sub. effusum. Dicit concordiam fratrũ suauiorem esse vnguento illo odoratissimo quo vngebantur summi Sacerdotes. De vnguento illo pretioso loquitur, de quo Exod. 30. c. 22.* 3 *Ros. Dictio ista precedẽs repeti debet. aut verbum sequens,* Sicut ros qui descendit super Hermon, qui descendit super, *&c. Mons Hermon opimus fuit & fertilis, celebris inter loca pascua.* Illuc præcepit שם צוה *Prat. pro præs. & Hebraismus, pro, mandat, siue mittit Iehoua benedictionem illuc, hoc est in tales. q. d. fœlices reddere solet eos qui ita viuũt: curat vt vbi est vera fraternitas, omnes ipsius beneficentia fruantur.*

IN PSALMVM CXXXIIII.

1 Benedicite Iehouæ ברכו את יהוה prædicate Iehouam.

Qui statis. *&c.* העמדים בבית יהוה בלילות *Annotant Hebræi hoc loco, Leuitarum partes fuisse, in domo Iehouæ excubias agere: multos etiã ex reliquo populo extitisse qui dies noctésque tẽplo adhærebant, & nocturno tempore laudes Deo canebant, quos hîc* stantes in domo Iehouæ *dicit. De his etiam Psalmo sequenti loquitur, versu 2. De Anna etiam Prophetissa legitur Luc. 2. e. 36, quòd de templo non discederet. Verùm ex versu vltimo huius apparet Psalmũ loqui de solis Sacerdotibus ac Leuitis. nam solis Sacerdotibus iniunctum erat hoc munus benedicendi populo.*

in Sancta, & benedicite Domino.

ad Sanctuarium, & benedicite Iehouæ.

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.

3 Benedicat tibi Iehouáh ex ʏSiión qui fecit cælũ & terram. *Oratio Leuitarũ pro populo.*

CXXXIIII. | CXXXV.

Halelu-Ia.

1 ¶Halelu-Iah.

Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum,

Laudate nomen Iehouæ, laudate serui Iehouæ, *Hortatur Sacerdotes ac Leuitas, qui assiduè in templo versabantur, ad laudandũ Deum.*

Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

2 Qui statis in domo Iehouæ, in atriis domus Dei nostri.

Laudate Dominũ, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniã suaue est:

3 Laudate Iah, quia bonus Iehouáh: psallite nomini ei, quia iucundum *est:*

Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.

4 Quoniam IaYacób elegit sibi Iah, & IWsraNelem in peculium sibi.

Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis.

5 Quia ego noui quòd magnus est Iehouáh, & Dominus noster præ omnibus diis.

Omnia quæcũque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.

6 Omnia quæ voluit Iehouáh fecit in cælo & in terra, in maribus & omnibus voraginibus.

2 Ad Sanctuarium קדש *Versus* Sanctitatem. *i. ad Sancta sanctorum: vbi erat arca, super quã Dominus promiserat se responsa daturum. Externus iste ritus ei res conducebat vt eo se expergefacerent homines, & sensus suos colligerent vt seriò Deum vel precarentur, vel laudarent.*

3 Benedicat tibi יברכך Tibi *dicit, qui id feceris i. qui laudaueris Deum. Quidã volunt istam fuisse Sacerdotũ precationẽ pro tota Ecclesia quã ipsis mandauerat Deus.* Ex ʏSiión *inquit, id est ex cœtu Sanctorum in quo præsentiam suam Deus benignissimè exhibet & testatur: nequis diffidat se posse ad illum accedere.*

IN PSALMVM CXXXV.

2 Qui statis שעמדים *Vide eadem præcedenti Psalmo, versu* 2.

In atriis בחצרות *Etiam populum hortatur ad laudandum Deum, non solos Sacerdotes & Leuitas: nam atrium templi patebat toti populo. q. d. Vos omnes Dei cultores canite nomen eius.* 3 Iehouáh: יהוה *Antecedens pro relatiuo, ipse.* 4 In peculium sibi. לסגלתו *i. vt sit peculiaris & proprius sibi populus.* 6 Omnia quæ voluit כל אשר חפץ *Præt. Hebr. pro præs. Quicquid lubet facit Iehoua.*

Voraginibus תהומות abyssis.

Ierem.10.b.13

Qui ascendere facit nubes 7
ab extremo terræ:fulgura cum
pluuia facit,qui educit ventum
de thesauris suis.

Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis:

Opera eius ingentia in AEgypto. Exod.12.e.29

Qui percussit primogenita 8
AEgypti ab homine vsque ad
iumentum.

qui percussit primogenita AEgypti ab homine vsque ad pecus.

Misit signa & prodigia in 9
medio tui AEgypte, in ParÑ¢óh
& in omnes seruos eius.

Emisit signa & prodigia in medio tui AEgypte, in Pharaonem,& in omnes seruos eius.

Nume.21.a.1.e. 24.g.35

Qui percussit Gẽtes multas, 10
& occidit Reges potentes,

Qui percussit gentes multas,& occidit Reges fortes,

ÐSinhón Regem ℵEmoræũ, 11
& עOg Regẽ BaשÃ¡n,& omnia
regna ChenáÑ¢an.

Sehon Regem Amorrhæorum,& Og Regem Basan, & omnia regna Chanáan.

Iosue 12.c.7

Et dedit terram eorum hære- 12
ditatem , hæreditatem ipsi Iשraℵél populo suo.

Et dedit terram eorũ hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.

Dei gloria perpetua in conseruando Ecclesiæ suæ statu.

Iehoua nomen tuum in secu 13
lum,Iehoua memoria tua in generationem & generationem:

Domine nomen tuũ in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem:

Quia iudicabit Iehouáh po- 14
pulum suum,& super seruis suis

Quia iudicabit Dominus populũ suũ,& in seruis suis

7 Ascendere facit מעלה נשיאים *.i.Eleuat vapores,siue exhalationes, sub.ab irrigua terra.quæ postea vertũtur in nubes.nã ab exhalationibus siccæ terræ gignũtur venti flatus,ac tonitrua.* Ab extremo terræ *dicit, quòd non videamus formari nubes nisi à partibus remotis:neque enim ascendunt è pedibus nostris.* Cum pluuia, למטר *Id est, pluuia permista : quod est mutare naturã rerum.nam proprium est aquæ extinguere ignem:videntur verò sæpe amplissima fulgetra inter largissimos nimbos emicare.* De thesauris suis. מאוצרותיו è reconditoriis suis.*nã sunt inuisibiles,neque scimus vnde veniant,neque quò eant.*

8 Ab homine vsque ad iu. מאדם עד בהמה tam hominum quàm pecorum. *Alij*,pariter in genere hominum & in pecore.

14 Iudicabit,*&c.* ידין יהוה עמו *Fut.Heb.pro præt.*iudicium fecit populo suo.*i.liberauit à seruitute AEgyptiaca.*Rectius *noster interpres, qui vertit in futuro .i.tenebit gubernacula populi sui , ostendetq́ se esse eius custodem .* Nam Iudicandi *verbum latè accipitur* Hebræis.*comple-*

ctitur enim sub se omnes partes legitimi Regis ac magistratus. Dicitur iudicare qui gubernat, & qui vindex est. Vertere potes per præsens.

deprecabitur.

'pœnitentia ducetur.

Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.

15 'Simulachra Gentium argentum & aurum, opus manuum hominis. *Irridet imagines & idola, eósque qui illa adorant.*

Os habent, & nō loquentur: oculos habent, & non videbunt.

16 |Os *est* eis, & non loquuntur: oculi *sunt* eis, & non vident. *Sapien.15.c.15 suprà 115.a.4*

Aures habent, & nō audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.

17 Aures *sunt* eis, & non auscultant: etiam non est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

18 Sicut ipsa sint facientes ea, *atque* omnis qui fidit eis.

Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.

19 Familiæ Iiſraël benedicite Iehouæ: familiæ Aharón benedicite Iehouæ. *Exhortatio ad laudandū Dominū.*

Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominū, benedicite Domino.

20 Familiæ Leui benedicite Iehouæ: qui timetis Iehouam, benedicite Iehouæ.

Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem CXXXV.

21 Benedictus Iehouáh 'ex Siión, qui habitat in Ierusálaím. Halelu-Iáh. CXXXVI.

Halelu-Iah.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum

1 Celebrate Iehouam: quoniam bonus, quoniam in seculum *Exhortatio ad laudandū Deum cū propter creationem rerum, tū propter beneficia eius erga Israelem.*

Pœnitentia ducetur יִנָּחֵם pœnitentia ductus est. *i. pœnituit eū tam multis malis affecisse populum suum, & rediit cum eo in gratiā. Scriptura describit nobis Deum pro modulo captus nostri. Vbi Deus aliter nobiscum agit quàm solebat, tunc dicitur pœnitere & mutare consilium, etiamsi hoc faciat absque vlla varietate sui decreti: sed quia non comprehendimus altitudinē illā arcani consilii, dicitur Deus mutare consilium.* Alii, erga suos placatus fuit. *i. desiit irasci.* Alii, consolationem accepit super seruis suis. *Pater non potest se oblectare nisi in filiis suis: quia filii, sunt eius viscera. Taliter affectū nūc Propheta Deū inducit: ac si diceret. misericordē esse Deum erga fideles, quoniā filii eius sunt, ipse autē pater: fieri ergo non potest quin sese in illis oblectet.* 15 Simulachra עצבי *Vide eadē Psal. 115.a.4.* 19 Benedicite Iehouæ: ברכו את־יהוה prædicate Iehouam. *vel*, laudate. *sic in sequentibus.*

21 Ex Siión, מציון *Hoc ideo dicit quòd pollicitus fuerat se facturū vt populus præsentem gratiam sentiret quoties ad Sanctuariū respiceret.*

misericordia eius.

Celebrate Deũ deorũ: 'quoniã in seculũ misericordia eius.

Celebrate Dominum dominorum: quoniam in seculum misericordia eius.

Eum qui facit mirabilia magna solus: quoniam in seculum misericordia eius.

Gene.1.a.1 ‖Eum qui fecit cælos 'cũ intelligentia: quoniam in seculum misericordia eius.

Ierem.10.b.12, & 51.b.15 '‖Eum qui extendit terram super aquas: quoniam in seculum misericordia eius.

Gene.1.b.16 ‖Eum qui fecit luminaria magna: quoniam in seculum misericordia eius.

Solem 'in dominium in die: quoniam in seculum misericordiа eius.

Lunam & stellas in dominia in nocte: quoniam in seculũ misericordia eius.

Exod.12.e.29 ‖Eum qui percussit AEgyptũ in primogenitis eorũ: quoniam in seculum misericordia eius.

misericordia eius.

2 *Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.*

3 *Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.*

4 *Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.*

5 *Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius.*

6 *Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.*

7 *Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius.*

8 *Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.*

9 *Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.*

10 *Qui percussit AEgyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.*

IN PSALMVM CXXXVI.

2 Quoniam in seculum misericordia eius. כי לעולם חסדו *Hæc repetitio (vt scribũt* Hebræi*) in fine singulorum versuum, commonefacit nos misericordiæ* Dei*, inuitátque vt celebremus eum ex consideratione creaturarum.* 5 Cum intelligentia בתבונה *Psal.*104.24.*dicit,* O*mnia in sapientia fecisti.* Cum intelligentia *igitur, id est singulari ingenio, & summa industria, vt quidam vertunt. Significat his verbis cælos tanto artificio esse compositos vt illic inspicere liceat sapientiã* Dei *admirabilẽ.* 6 Eũ qui extẽdit לרוקע expãdit. *ita enim terra aquas continet, vt aquis superior esse videatur* 8 In dominiũ לממשלת vt dominium habeat. Vt præsit diei. *Vide Gene.*1.b.16.

Qui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam in æternum miſericordia eius:	11	Eum qui eduxit Iשſraאelem de medio eorũ: quoniam in ſeculum miſericordia eius:	Exod. 12. e. 37. & 13. c. 17
In manu potenti & brachio excelſo: quoniam in æternum miſericordia eius.	12	In manu forti, & brachio extento: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	
Qui diuiſit mare Rubrũ in diuiſiones: quoniã in æternum miſericordia eius.	13	Eum qui diuiſit mare סSuph in diuiſiones: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	
Et eduxit Iſrael per medium eius: quoniam in æternum miſericordia eius.	14	Et tranſire fecit Iשſraאelem per medium eius: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	
Et excußit Pharaonẽ & virtutem eius in mari Rubro: quoniam in æternũ miſericordia eius.	15	Excuſſit autẽ Parעóh & exercitum eius in mari סSuph: quoniã in ſeculũ miſericordia eius.	Exod. 14. g. 28
Qui traduxit populum ſuum per deſertũ: quoniam in æternum miſericordia eius.	16	Qui deduxit populum ſuum per deſertum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	
Qui percußit Reges magnos: quoniam in æternum miſericordia eius.	17	Eum qui percuſſit Reges magnos: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	
Et occidit Reges fortes: quoniam in æternum miſericordia eius.	18	Et occidit Reges potentiſſimos: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	Num. 21. e. 24
Sehon Regem Amorrhæorum: quoniam in æternum miſericordia eius.	19	סSinחón Regem אEmoræũ: quoniam in ſeculum miſericordia eius.	
Et Og Regem Baſan: quoniam in æternum miſericordia eius.	20	Et עOg Regem Baשán: quoniã in ſeculũ miſericordia eius.	Num. 21 g. 35
Et dedit terram eorũ hæreditatem: quoniam in æternum miſericordia eius:	21	Et dedit terrã eorũ in hæreditatem: quoniam in ſeculũ miſericordia eius:	Ioſue 12. e. 7

13 סSuph in diuiſ. סוף לגזרים Rubrum ſectionibus. *i. in partes. Suph, caricoſum, ſiue arundinoſum ſignificat.* Vide Exod. 10. f. 19.

18 Potentiſſimos אדירים inclytos. inſignes. magnificos. præſtã*tes. Eadem & Pſalmo præcedenti, verſu 10, leguntur.*

Hæreditatem Iwsraeli seruo 22
suo: quoniam in seculum mise-
ricordia eius.
Qui in deiectione nostra me- 23
mor fuit nostri: quoniam in se-
culum misericordia eius.
Et vindicauit nos ab hosti- 24
bus nostris: quoniam in seculũ
misericordia eius.
Qui dat panem omni carni: 25
quoniam in seculum misericor-
dia eius.
Celebrate Deum cæli: quo- 26
niam in seculum misericordia
eius.

Hæreditatem Israel seruo suo: quoniã in æternum misericordia eius.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia eius.

Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius:

Qui dat escam omni carni, quoniam in æternum misericordia eius.

Cõfitemini Deo cæli: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

CXXXVII.

Fletus & luctus Israelitarũ captiuorum Babylone.

IVxta flumina Babél illic se- 1
dimus, etiam fleuimus dum
recordaremur Siión.
Super salices in medio eius 2
suspendimus citharas nostras,
Quum illic postulauerũt à 3
nobis qui captiuos duxerũt nos,
verba cantici: & citharis nostris

Insultãt captiuis Babylonij.

CXXXVI.

Psalmus David propter Ieremiam.

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.

In salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra:

Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.

23 Qui in deiectione nostra שבשפלנו Qui in humilitate nostra. *.i. quũ essemus oppressi.* 24 Et vindicauit nos ויפרקנו Et redemit nos. Et asseruit nos. *Alij,* Et eripuit, seruauit nos.

IN PSALMVM CXXXVII.

1 Illic sedimus, etiã fleuimus שם ישבנו גם בכינו *Quidã vertunt præterita ista per præteritũ imperfectũ* illic sedebamus, & flebamus. *vel,* sedentes flebamus. *Videntur fuisse verba Leuitarũ, & eorum qui solebant laudes Deo canere. Emphaticum est hoc loco* שם illic. *q. d. Non tantùm traduxit populũ suũ Babylonẽ Dominus; sed in illo loco retinuit diu captiuũ. Sedere pro habitare.* 2 In medio eius בתוכה intra eam, *sub.* Babylonẽ, *per cuius mediũ fluit Euphrates.* 3 Verba cãtici: דברי שיר *Hebraismus, pro cãtica. Subaudiendũ verbũ, vt diceremus verba cantici. i. vt cantaremus cantica.* Et citharis nostris suspensis ותוללינו שמחה *Ad verbũ,* & *in* suspensionibus nostris lætitiã. *i. ex suspensis citharis nostris lætitiam. Aut,* quum suspendissemus *instrumenta* lætitiæ. *Alij,* & suspenderamus lætitiam. *à verbo* תלל. *Nonnulli de-*

ducunt à ילל *vlulare, vt* ת *redundet, vertentes*, Et *homines* eiulatuum nostrorum *peterent* lætitiam.*i.quum authores luctuum & lamentationum nostrarum peterent, &c*. Siue,*pro* vlulatibus nostris *fuit illis* lætitia. *Alii ab* הלל *insanire,vertunt*, Et deridentes nos lætitiam.*sub.petebāt à nobis*. Alii à תלל *deriuantes,conuertunt*, Et qui velut in aceruos nos redegerunt,lætitiam.

Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

suspensis lætitiam , Cantate nobis de cantico ʸSiiôn.

Quomodo cantabimus cāticum Domini in terra aliena?

4 ᶻQuomodo cantabimus canticum Iehouæ in terra alienigenarum?

Si oblitus fuero tui Ierusalem,obliuioni detur dexterā mea:

5 Si oblitus fuero tui ô IeruWsaláim,obliuiscatur dextera mea ᵃpulsationis suæ. *Ierusalem in perpetua memoria captiuis.*

Adhæreat lingua mea faucibus meis,si non meminero tui:

Si non proposuero Ierusalē in principio lætitiæ meæ.

6 Adhæreat lingua mea palato meo,si non meminero tui,ᵇsi nō ascēdere fecero IeruWsaláim super caput lætitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorū

7 ᶜRecordare Iehoua ᵈfiliorum

4 Quomodo איך *Verba captiuorum.Deest verbum,Tum respondimus*,Quomodo,*&c*. 5 *Pulsationis suæ. Alii subaudiunt, artis musicæ. Alii ,operis sui.i.posthac stupida & inutilis reddatur, vt pulsare nō possim. Vt aliquid simile subaudiatur, manifestum est ex sequenti versu,vbi dicit*, Adhæreat lingua mea palato meo.

6 Si non ascendere fecero,*&c*. אם לא אעלה את ירושלים *Ita Hebraicè vt vertit noster interpres-i.si non extulero.Quidam paraphrasticè vertūt*,Si nō posuero Ierusalē in cacumine summo lætitiæ meæ.*Alii*,Si non omni lætitiæ meæ præposuero Ierusalem.*i.nisi præcipuū meum gaudium ponam in recordatione Ierusalē.Vel,si nō semper versabitur ob oculos meos Ierusalem,quandocunque lætitiæ occasio se ingesserit:vt antequam lætari incipiam,luctum & fletum mihi excitet recordatio Ierusalem tam turpiter vastatæ*. 7 Recordare Iehoua זכור יהוה *Ita Hebraicè vt vertit noster interpres.Quidam velut exponētes Hebraismum,vertunt*,Memento Iehoua,vt se gesserint filii Edom quum Ierusalem vastaretur;dicentes,*sub*.Babylonii*s. Imprecatur vindictā hostibus,maximè Idumæis qui non modò vicini erant Israelitis,sed etiam cōsanguinei,quos Moses Deut.2.a.4, fratres vocat.erant enim posteri Esau. Et quū tradita fuit Terræ possessio filiis Abrahæ, iussi sunt parcere Idumæis,neque quicquam hostiliter tentare contra ipsos,vt vides Deut. 2.a.5. Idumæi contrà,immemores humanitatis,cōcitarunt Babylonios contra Ierusalem, tanta sæuitia exarserunt contra eam. Hanc vindictā prædicit Ieremias,cap.49.b.7.Ezech.25.c.12.Abd.a.5.* Filiorum לבני filiis *.i.in perniciem filiorum Edom.*

NEdóm' diei Ieru[ʃ]ſalaim, qui di
cebant, 'Diſcooperite, diſcoope-
rite vſque ad fundamentũ in ea

Prædicit excidium Babylonis.

' Filia Babél' vaſtata, beatus qui 8
retribuet tibi 'retributionem tu
am quam retribuiſti nobis.

Beatus qui apprehendet, & alli 9
det paruulos tuos ad petram.

¶Ipſi' Dauid. CXXXVIII. 1

Dauid gratias agit Deo quòd ſemper fuerit ſeruatus eius gratia.

CElebrabo te toto corde meo
'coram diis pſallam tibi.

'Incuruabo me verſus tẽplũ 2
ſanctitatis tuæ, & celebrabo no-
men tuum ſuper miſericordia
tua & ſuper veritate tua: quoniã
'magnificaſti ſuper omnia no-
men tuum, & eloquium tuum.

Edom, in die Ieruſalem:
Qui dicũt, Exinanite, exi
nanite vſque ad fundamen
tum in ea.
Filia Babylonis miſera,
beatus qui retribuet tibi re
tributionem tuam quam re
tribuiſti nobis.
Beatus q tenebit & alli-
det paruulos tuos ad petrã.
Ipſi Dauid. CXXXVII.
COnfitebor tibi Domi-
ne in toto corde meo:
quoniam audiſti ver-
ba oris mei.
In conſpectu Angelorũ pſal
lam tibi: adorabo ad tẽplũ
ſanctum tuum, & confite-
bor nomini tuo
Super miſericordia tua &
veritate tua: quoniam ma-
gnificaſti ſuper omne, nomẽ
ſanctum tuum.

Diei יום יר *Diem Ieruſalem vocat* Diem *vaſtationis* Ieruſalẽ: *vt & nos dicimus,* La Iournee de Perone, de Panie, &c. *Quidam vertunt*, in die. Diſcooperite, diſcooperite ערו ערו Nudate, nudate. *Alii*, Euacuate, euacuate. *i funditus euertite eam.* Repetitio *einſdẽ vocis, diligentiam ſignificat.* 8 Vaſtata, השדודה vaſtanda. *Alii*, miſera. *Precatur Babyloniis talionem.* Vide *Eſa.* 13. *a.* 1. Retributionem tuam, &c. את גמולך שגמלת לנו *Hebraiſmus, pro, reddet tibi malum pro malis illis quibus nos affeciſti. q. d. Dominus proſperum ſucceſſum dabit Perſis & Medis qui te perdẽt: quos tam crudeles ſenties erga te, quã tu fuiſti erga nos.*

IN PSALMVM CXXXVIII.

1 Coram diis נגד אלהים in conſpectu potentium, *vel*, Iudicum. *Elohim ſignificat* Deum, Angelos, *poteſtate aliqua ſublimi præditos, & Iudices, Sæpius autem* David *dicit ſe coram* Regibus & Principibus & *ſapientibus res* Dei *agere.* Hoc *loco* Angelos & *filios* Dei *intelligit.*

2 Incuruabo me verſus templum אשתחוה אל היכל Adorabo coram templo. Procumbam ad templum, &c. *manus ſcilicet ſupplices tendens verſus illud.* Magnificaſti ſuper omnia, &c. הגדלת על כל שמך אמרתך in omnibus [*ſiue*, per omnia *facta tua*] magnificaſti nomẽ tuum, & verbum tuum. *Subaudita eſt coniunctio* ET. *Alii*, magnificaſti *in* omnibus verbis tuis nomen tuum. *Vel*, magnificaſti ſuper omnia nomen tuum ſermone tuo. *i præclarum reddidiſti nomen tuũ, adimplendo promiſſiones tuas.*

In quacunque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

3 In die *qua* inuocaui te, exaudisti me: 'roboraſti me in anima mea fortitudine.

Confiteãtur tibi Domine omnes Reges terræ, quia audierunt verba oris tui:

4 'Confitebuntur tibi Iehoua omnes Reges terræ: quia audierunt eloquia oris tui:

Et cantent in viis Domini, Quoniam magna eſt gloria Domini:

5 Et cantabunt 'in viis Iehouæ, *dicentes* quòd 'magna eſt gloria Iehouæ:

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit.

6 Nam excelſus Iehoua, & *tamẽ* humilem intuetur, '& excelſum è longinquo cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & ſuper iram inimicorum meorum.

7 Si ambulauero in medio anguſtiæ, 'viuificabis me: 'contra irã

Expertus tantam Domini bonitatem de eius auxilio cõfidit in futurum.

3 Roboraſti me, &c. תרהבני בנפשי עז Alii, Multiplicaſti me in anima mea robore. *i. feciſti vt magis ac magis robur animæ meæ creſceret.* Alij, roboraſti me, & in anima mea *fuit* virtus. *i. animũ meũ reddidiſti fortem.* Alii, roborans me, & animæ meæ *adiiciens* virtutẽ. Alii, & animo meo robur indidiſti. 4 Confitebuntur, &c. יודוך יהו' Celebrent te Iehoua, &c. omnes Reges terræ. quia audierũt ſermones oris tui. *Non intelligit Reges ita eſſe edoctos in vera pietate vt eſſent Eccleſiæ membra: ſed ſimpliciter intelligit, vbique fuiſſe notũ nõ temerè id accidiſſe quòd locatus eſſet in ſolio, quodque potitus eſſet tot victoriis, ſed propterea quòd vnctus fuiſſet in Regẽ mãdato* Dei. 5 In viis בדרכי vias. Alii, de viis. *i. de his quæ agũtur à Iehoua, hoc eſt opera Iehouæ. Dicit Deum non vulgari modo teſtatum fuiſſe ſuam virtutem, ſed ita vt celebretur gloria eius vbique non modo in Iudæa, ſed etiam apud exteras gẽtes: nec tantùm ab hominibus plebeis, ſed etiam ab ipſis Regibus.*

6 Et excelſum è longinquo cognoſcit. וגבה ממרחק יידע & quod altũ eſt, eminus cognoſcit. Alii, & altus alõgè nota facit. *vel,* emin⁹. *i. è cælo nota facere ſolet geſta ſua hîc in terra.* Alii, altum [*vel* ſuperbũ] è longinquo conterit. *vel,* frangit. *Vel potius,* cognoſcit. *q. d. Quamuis longius ab eo diſtent in ſpeciem qui ſunt abiecti & contemptibiles, ipſe tamen, vt ſe patrem demõſtret, eos familiari intuitu dignatur: ſuperbos autem procul aſpicit, atque ita deridet ipſorum confidentiam. Alii exiſtimant repeti quod ſemel dictum fuerat, proinde vertũt,* & excelſus eminus agnoſcit. *id eſt, licet ſit excelſus, tamen reſpicit humilem: licet ſublimis ſit, videt procul. q. d. nulla poteſt obſtare diſtãtia locorum quin cognoſcat quæ in terra gerũtur. Vide in hanc ſententiã quod ſcribitur Pſal. 113. b. 5. 6. 7. nã prædicat Dei prouidentiã, ſic totũ mundũ gubernãtis vt nihil fortuitò accidat.* 7 Viuificabis me: תחייני *Hebraiſmus, pro, eripies me, & incolumẽ ſeruabis.* Cõtra irã inimicorũ m. על אף איבי *Qui-*

busdam videtur esse inuersio, pro עַל קָמַי *אף qui vertunt*, etiam super inimicos meos extendes manum tuam. *nam* אף *interdum etiã affirmat.*

inimicorũ meorũ "mittes manũ tuã, & seruabit me dextera tua.

8 Iehoua "perficiet pro me *opus suum*: Iehoua misericordia tua in seculum: opus manuum tuarũ non "dimittes.

CXXXIX.

¶ "Victori ipsi Dauid.

David à suis inimicis accusat⁹ proditionis, adhibet Dominum testem, qui eum planè cognoscit.

1 IEhoua "probasti me, & cognouisti:

2 Tu cognoscis sessionem meã "& surrectionem meã, intelligis "cogitationẽ meam lõge antè.

3 Semitam meam & accubitũ meum "cingis: & omnibus viis meis "assueuisti:

extendisti manum tuã, & saluũ me fecit dextera tua.

8 *Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in seculum, opera manuũ tuarum ne despicias.*

CXXXVIII.

1 *In finem Psalmus David.*

DOmine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem

2 *meam & resurrectionem meam:*

Intellexisti cogitationes meas de-lõgè: semitam meã

3 *& funiculum meum inuestigasti:*

Et omnes vias meas prænidisti:

Mittes תִּשְׁלַח extendes. 8 Perficiet pro me יִגְמֹר בַּעֲדִי *Mutatio
personæ. i. sicuti cœpisti ostẽdere tibi curæ esse salutẽ meã, ita ad extremũ
vsque actũ perduces quod cœpisti. nã misericordia tua, &c.* Alii *vertũt*,
repẽdet pro me. *i. faciet vt mihi bene sit. Nã illud retribuere apud Hebræos aliter accipitur, quàm rependere mercedẽ, apud nos. Dicitur enim
Deus retribuere quoties aliquid beneficii cõfert. Dominus igitur rependet,
id est efficiet vt salu⁹ sim.* Dimittes. תֶּרֶף deseres. *q. d. hacten⁹ ego te
expertus sum mihi fauere, & esse fauorabilẽ: talis ergo eris vsque in finẽ
Tu non es mutabilis, vt opus tuum mutilum adhuc, vel inchoatum abiicias. Dona quidem & vocatio Dei sunt sine pœnitentia. Rom. 11. d. 29.*

IN PSALMVM CXXXIX.

1 Victori לַמְנַצֵּחַ *Vide Psal. 4.* Probasti me, & cognouisti:
חֲקַרְתַּנִי וַתֵּדָע scrutatus es me, & pernouisti. *Alii*, exploratum & cognitum me habes. *Declarat purum se & integrum affectum ad hanc precationẽ afferre: neque lingua tãtùm, sed ex intimo cordis affectu illum syncerè inuocare. Quidam*, cognosces, *in futuro vertunt.* 2 Et surrectionem meam. וְקוּמִי & stationem meam. *Alii, siue* sedeam, *siue* surgam. *q. d. omnes actiones meas quas ago siue sedendo*, siue *stando. Metaphorica loquutiones, quibus significat nullã vitæ suæ partem Deo esse abscõditam.* Cogitationem meã לְרֵעִי voluntatem meam. *i. antequã aliquid animo conceperim, tibi hoc iam notum est. Alii vertunt*, Propinquitatẽ meã. *Dicit ergo, etiamsi nos in terra habitãtes quodãmodo abs te peregrinemur, tu tamen nõ procul abes à nobis: imò si abesse videaris quãtum ad gloriam tuam, tamen è loco remoto cognoscis nostram cogitationẽ.*
3 Cingis: זֵרִיתָ *Præt. Heb. pro præs. Hebraismus, pro* Semper *mihi
ades iter facienti & iacenti.* Assueuisti: הִסְכַּנְתָּה *. i. nosti omnes vias*

meas, vt homo nouit op⁹ suum cui assueuit. Alii, & omnes vias meas exploratas habes. Alii, vtiles fecisti *aut*, proficere fecisti. fœlices & prosperas reddidisti. *Præsenti loco congruere non videtur hæc versio. nam Propheta non commendat Dei bonitatem, quòd res succedere faciat, sed tãtùm ostendit nihil illum esse occultum.*

quia non est sermo in lingua mea,

Ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua. tu formasti me, & posuisti super me manũtuam.

4 'Quia necdum *est* sermo in
lingua mea, ecce Iehoua tu nosti totum ipsum.

5 Retro & antè 'formasti me,
'& posuisti super me manũ tuã.

Causa cur eum debeat cognoscere.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata est, & non potero ad eam.

6 'Mirabilior est scientia à me,
excelsa est, non potero ad eam
pertingere.

Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?

7 Quò proficiscar à spiritu tuo,
& quò à facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

8 Si ascendero in cælum, illic es:
'& *si* stratum fecero *in* inferno,
ecce tu ades.

Ostendit quemadmodum Deus vbique præsẽs est Spiritu suo ac virtute vt nihil possit ei absconditum esse.
Amos 9.a.12

4 Quia necdum est sermo, *&c.* כי אין מלה בלשוני .i. *Antequam loquar, nosti quæ dicturus sim. Vel, etiamsi non loquar, tu tamẽ nosti quid in animo meo sit absconditum. non opus habes sermone meo vt scias quid animo conceperim.* 5 Formasti me, צרתני .i *Omni ex parte formasti me qualis sum.* Alii, obsedisti me. *i. circundedisti me vndique scientia tua, instar exercitus obsidentis ciuitatẽ. Metaphora. q.d. talibus angustiis constringor, vt non possim effugere oculos Dei quocunque me vertam.*

Et posuisti super me manum tuã. ותשת עלי כפכה nam mihi admolitus es *vel*, admouisti manum tuam *sub. formando me. Alii dicũt Danidem intelligere iniectam sibi esse manum à Deo, ita vt cogatur coram eo respondere.* 6 Mirabilior est scientia à me, פליאה דעת ממני Occulta scientia à me. *Hebraismum sic quidam vertunt paucis additis,* Admirabilem in me formando scientiam exhibuisti, & sublimiorẽ quàm vt eam possim intelligere. *Rectius alii,* Mirabilior est huius rei cognitio, quàm vt ego consequar. Sublimior est quàm, *&c. Dauid enim exclamat, Dei scientiam omnino separatam esse ab humanis ingeniis, ita vt stultè faciant qui volunt eã metiri suo modulo. Scientia Dei superat quicquid & mente cognosci, & lingua exprimi potest.*

7 A spiritu tuo מרוחך .i. *quin spiritus tuus animaduertat? Sicuti enim sedes intelligentiæ est in spiritu hominis : ita etiam humano more Dauid spiritũ intelligentiæ Deo tribuit: quod ex subsequenti membro colligi potest,* Quò à facie tua fugiã? *Dei enim facies hîc etiam pro notitia capitur. Ergo eodẽ spectãt duo hæc membra.* 8 Et *si* stratum fecero *in* inferno ואציעה שאול si sternam sepulchrum. *Vel,* si sternam *in se-*

pulchro. *Hebraismus, pro, si etiam descendam ad ima. si degam in ima terra. Alludit ad id quòd sepulchrū mortuis est pro lecto. q. d. neque sursū, neque deorsum quicquam te fugit, ô* Domine, *nihil tibi est absconditum.*

Si assumam alas "auroræ, & habitem "in nouissimo maris,
9 *Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris,*

Etiam illuc manus tua "deducet me, & apprehendet me dextera tua.
10 *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.*

"Quum dixi, "Saltem tenebræ occultabunt me: etiam nox lucebit "propter me.
11 *Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.*

"Etiam tenebræ non "occultāt *aliquid* à te, & nox vt dies "lucet: "tenebræ sunt vt lux, & lux vt tenebræ:
12 *Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumē eius.*

Nā tu "possedisti renes meos,
13 *Quia tu possedisti renes*

9 Auroræ, שחר *Alludit ad celerrimam radiorū solis excursionem, qui momento ab* Oriente *ad* Occidentē *perueniunt. q. d. Si ab* Oriente *ad* Occidentē *me celerrimè proripere velim.* In nouissimo באחרית in extrema parte. 10 Deduect me, תנחני *Non accipitur hîc* deducere *pro viā mōstrare: sed* Deducet me man' tua *tanquā custos captiuū sibi cōmissum deducit. Nam postea adiungit,* Et tenebit me dextera tua *q. d. ego non eximā me à tua potestate, etiamsi celerior sit mea fuga quàm cursus radiorum solis. Dicit ergo fugitiuos qui conātur se substrahere à cōspectu* Dei, *stultos esse & ridiculos: quia manent semper sub arcta custodia.*

11 Quum dixi, ואמר *Ad verbum,* Et dico. *Quidam vertunt,* Et si dixero. *siue,* dicam. *i. cogitem apud me. Alii,* Dicam ergo. Saltem tenebræ occultabūt me, אך חשך ישופני At *vel,* fortè tenebræ occultabunt me. *sub. falsus sum quum hæc dicerem. nam etiam, &c. A radice* נשף *quod significat crepusculum. Alii vertūt eodem sensu,* forsitan tenebræ conterent me, *à verbo* שוף *quod contundere & frangere significat.*

Propter me. בעדני circum me. *i. vertetur in diem, vt meas cogitationes detegat in conspectu* Domini. 12 Etiam tenebræ גם חשך Siquidem tenebræ. *Alii,* Sed ne tenebræ quidem. Occultant יחשיך *Futura Heb. pro præs.* obtenebrant. *i. occultant.* Lucet. יאיר lucida erit. *vel,* lucida est. *sub. coram te. Quater idem repetit ad maiorem expreßionem, vt doceat, Deum nihil latere posse.* Tenebræ sunt, *&c.* כחשיכה כאורה *Ad verbū,* sicut tenebræ sicut lux. *Hebraismus est breuissimus, pro, Apud Deū tenebræ sunt similes luci. & lux tenebris est similis.*

13 Possedisti קנית *Præt. Heb. pro præs.* possides. *i. tui sunt, quia eos formasti. q. d. Tu nosti omnes affectus meos. Quidam,* in potestate tua habes.

meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

& 'texisti me in vtero matris
meæ.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.

14 Celebrabo te propterea quòd
'terribilia, mirabilis sum: admi-
randa sunt opera tua, & anima
mea 'cognoscit abundé.

Non est occultatũ os meũ à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

15 Non fuit occultatum 'cor-
pus meum à te, quando factus
fui in occulto, *quando* 'contextus
fui in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderũt oculi tui, & in libro tuo omnes scribẽtur: dies formabuntur, & nemo in eis.

16 'Imperfectum meum vide-
runt oculi tui: 'acsi in libro tuo
vniuersa scripta fuissent, *licet* die
bus *multis membra* formata sint,
nec vnum ex eis *esset adhuc.*

Texisti me תסכני Iob 10.b.11, *Pelle & carne vestisti me, oßibus & neruis cooperuisti me.* 14 Terribilia, mirabilis sum: נוראות נפליתי *Ad verbum*, mirabilia, mirificatus sum. *Adiectiuum primo loco sine substantiuo: propterea quidam subaudiunt, opera tua. q. d. causæ plasmationis meæ sunt miræ, & mirabile est opificium corporis mei. Quidam vertũt,* Tibi confiteor quòd miris & stupendis modis formatus sum. *Alij adiectiua vertunt in aduerbia, hoc modo,* Quia terribiliter & mirificè formatus sum. *Alii,* propterea quòd tremendis modis mirabiliter formatus sum. Cognoscit abundé. ידעת מאד *Ad verbum,* est cognoscens valde. *vel,* exactissimè. *Quidam dicũt inuersa esse verba, &* מאד *coniũgendum præcedenti adiectiuo,* admirãda opera tua valde. 15 Corpus meum עצמי os meum. *q. d. ne vnum quidem ex oßibus meis latuit te quando, &c Quidam vertunt,* substantia corporis mei. *Alii,* fortitudo mea. *vel,* potẽtia, *aut,* robur meum. *hoc est, quòd potentia essem, quamuis non essem actu. i. quid futurus essem.* Contextus fui, &c. רקמתי בתחתיות ארץ variis mẽbris decoratus fui, *vel,* variè effictus sum in inferioribus terræ. *vel,* formatus *instar scilicet vestis Phrygionicæ. Alii,* mira arte distinctus sum mẽbris. *Aßimilauit (inquit* Hebræus *quidam) opus creationis siue formationis in neruis, oßibus, carne, & cute, operi* Phrygionico: *& aluum siue vuluam matris suæ comparauit inferioribus terræ. Quidam subaudiunt* כ *similitudinis, tanquam in infimis terræ partibus.* 16 Imperfectum meum גלמי Informe meum, *i. materiam illam rudem & informem vnde formatus sum.* Acsi in libro tuo vniuersa scripta fuissent,

ועל ספרך כולם יכתבו *Futura Hebrais pro præteritis. Hebraicè sic ad verbum*, & super librum tuū vniuersa scribentur, diebus formabuntur, & non vnū exeis. *Id est, imò omnia membra mea erant tibi perinde nota, acsi descripta fuissent in libro posito ante oculos tuos: & longo pòst tempore formata sunt ea membra, & ne vnum quidem ex eis membris extabat adhuc.* Vel, *& ne vnum quidem ex eis membris erat tibi ignotū. Pro* ולא *& nō in posteriore parte versus legitur etiā Hebraicè* ולו, & illi vnū erat in eis. *i. & illi* Deo *omnes dies erāt velut vnus dies. Quidā vertūt*, Et in libro tuo omnia *membra* scripta erant, *quæ per* dies formata sunt, quum adhuc nullum eorum extaret. *Alii*, Et in libro tuo omnes cōscripti erant, *quum* dies formarētur, & ne vnus quidem in eis esset. *Alii*, cuncta *membra quæ per* dies formata sunt, velut in libro habebas descripta, quum adhuc *ne* vnum quidem extaret.

Itaque mihi ʹquàm pretiosæ 17
sūtʹcogitationes tuæ ô Deus! quā
multiplicatæ sunt sūmæ earum!

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortati sunt principatus eorum.

Si numerē eas, præ arena mul 18
tiplicatæ sūt: ʹexpergefactʹ sum,
& adhuc ego tecum.

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

ʹSi occideris Deus impiū, tū 19
viri sanguinum recedite à me:

Si occideris Deus peccatores, viri sanguinū declinate à me:

17 Quàm pretiosæ sunt מה יקרו quàm eximiæ sunt. quàm præclaræ sunt. *Quidam Hebræorum exponunt, quàm raræ. vt 1. Samu. 3. a. 1, Et verbū Dei erat rarū. Alii*, quàm prohibitæ. absconditæ. *sicut prius dixerat, versu sexto, Altiores esse quàm vt quisquam hominum ad illas perueniret.* Cogitationes tuæ רעיך *Quidam Hebræorum vertūt*, quàm pretiosi *vel* gloriosi sunt amici tui. *Alii*, quàm pretiosæ sunt voluntates tuæ. 18 *si* numerem eas, præ arena multiplicatæ sunt: אספרם מחול ירבון *Ad verbū*, Numerabo eas, præ arena multiplicabūtur. *i. Si aggrediar ipsas numerare, superabūt arenam. quis antē numeret arenam maris? Hac similitudine docet nullū esse hominis ingenium quod suo captu comprehendat cogitationes Dei.* Expergefactus sum, &c. הקיצותי ועודי עמך *Ad verbū*, euigilaui, & adhuc tecum. *q. d. dum recordor tuarū cogitationum, somno corripior: & expergefactus, adhuc cōtemplor illas tuas cogitationes. Quū dicit se expergefieri, vel exurgere, non debet hoc ad expergefactionem vnam tantùm restringi: sed perinde est acsi diceret, Quotidie vbi expergefio, nascitur mihi nouū argumentū admirationis: quia tu me retines in illa sapientiæ tuæ meditatione, quæ semper sensus meos tā vehemēter ad se rapit, vt cogar eā admirari, Postquam me diu & multum exercui in illa meditatione, finis tandē est admiratio.* 19 Si occideris אם תקטול *. i. Si vindictam sumas de sceleratis, iudicia tua me reuocabunt in viam, & faciam vt me subducam ab omni societate malorū. Scimus enim etiam Deū huc spectare dū vlciscitur*

reprobos, vt fideles proficiant talibus exemplis: incutit enim illis terrorẽ, vt dicit Iesaias, 26.b,9. Quando iudicia tua fuerunt in terra, iustitiam didicerunt habitatores orbis. Alij eodẽ sensu, Postquã perdideris improbos, facessite à me viri sanguinarii. *Alij existimant hæc dici à Propheta tanquam sisteret se coram tribunali Dei, & testaretur de sua integritate, acsi diceret, Scis Domine quàm syncerè ambulauerim in cõspectu tuo: si nunc occidas impios, liberè prodibo ad tribunal tuum, & intrepida fiducia dicam, Viri sanguinum diuertite à me, hoc est, nihil mihi negotij est vobiscum. Quidã volunt optantis orationem esse, vertentes,* O si tu, *vel,* Vtinam tu Deus interficeres impios, & viros sanguinarios: *quibus dico,* Facessite à me. *Alij eodem ferè sensu cum nostro interprete,* Si occideres Deus impium, tum viri sanguinum declinarèt à me. *Quidam subaudiunt, semper tecum ero. q.d. Si interfeceris ô Deus, improbum, &c. contemplor consilia tua, & id semper sum facturus.*

Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas. 20 Qui dixerunt *contra* te abominationem, assumpserũt in vanum hostes tui.

Nónne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam? 21 Nónne odio habentes te Iehoua odi, & insurgentium in te tædet me?

Perfecto odio oderã illos: & inimici facti sunt mihi. 22 Perfecto odio odi illos, & pro inimicis fuerunt mihi.

Deum testẽ facit suæ conscientiæ, piique in inimicos suos odij.

Proba me Deus, & scito 23 Explora me Deus, & cogno-

20 Dixerunt *contra* te abominationem, יאמרך למזמה *Fut. Heb. pro præterito, vel præsenti,* loquuntur *contra* te nefariè. *vel,* impiè. *aut,* sceleste. *Alij,* Qui rebellant tibi nefariè. *Alij,* Qui loquuntur *contra* te ad scelus. Assumpserunt נשוא *sub. nomen tuum. Dicit Propheta eos abusos esse ad sua periuria Dei nomine. Alij dicunt, Sumpserunt te, vel nomen tuum in vanum: & generaliter accipiunt quòd impij Deum transfigurent in sua figmenta, putant illum procul esse à nobis, ac fingunt delicijs vacare, vel dormire in cælo, spoliantes illum virtute sua, nõ agnoscentes iudicem mundi qualis est. Doctus inter Hebræos dicit in* נשוא *ornatus causa positum esse* ו, *& redundare. Quidam vertunt,* attollunt. *vel,* efferunt *sub seipsos. & ista elatio coniuncta est cum petulantia, cuius paulo antè meminit. Quia ergo impij isti ita sese efferunt frustra, vel temere, aut mendaciter, ideo tam proternè loquuntur aduersus Deum.* 21 Et insurgentium in te tædet me? ובתקוממיך אתקוטט & contra inimicos tuos contendo? *vel,* litigo? *Alij,* & insurgentibus contra te indignor? *Alij,* & in eos qui aduersum te insurgunt, excandesco? *vel,* molestia afficior? *Non tãtùm affirmat se fuisse addictum Deo, & dedisse operam vt se totum ad eius obsequium componeret, sed etiam se detestatum fuisse omnia scelera.* 22 Perfecto odio תכלית שנאה perfectione odii. *i. perfectè odi.* *Et* pro inimicis, *&c.* לאויבים היו לי acsi mihi hostes fuissẽt. *Aut,* tãquã inimici essent mihi.

H.i.

sce cor meum: proba me, & cognosce cogitationes meas:
Et vide si 'via irritationis in 24
me sit,& duc me 'per viã mundi.

cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas:
Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

CXL.

CXXXIX.

¶'Victori Psalmus ipsius Dauid. 1

In finẽ, Psalmus Dauid.

Dauid maximo animo orat vt à Doeg & aliis assentatoribus Saulis liberetur.

ERipe me Iehoua ab homine 2
malo, à viro 'violento custodi me:
Qui cogitant mala in corde, 3
omni die 'congregant prælia.
|'Exacuũt linguam suam sicut 4

ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me:
Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia.
Acuerunt linguas suas

Rom.3.b.14
psal.13.b.3

24 Via irritationis דרך עוצב via rebellionis. *Alÿ,* via peruersa. *i. Num secter impiã viuẽdi rationẽ. nũ rebellis sim, nec lubẽs ferã quod immittis. Alÿ,* via idoli. *i. nũ secter idola. quod huic loco nõ cõgruit. Nõnulli,* via iræ. *vel,* doloris. *aut,* tristitiæ. *i. an dolore afficiar propter mala quę eueniũt mihi. Vel potiꝰ actiuè, An ego crudeliter egerim cũ proximis meis. ita vt fuerim illis formidolosus. Cõfirmat quod prius dixerat, se integro & syncero cordis affectu sic Deũ coluisse tota vita, vt meritò glorietur se nõ esse vnũ ex profanis Dei contemptoribus. Non simpliciter se excusat ab omni delicto, sed testimoniũ habens suæ adoptionis in corde suo, à Spiritu sancto, persuasus de gratuita venia, non dubitat se à Dei cõtemptoribus separare. nam vtcunque in multis laberetur, tamen sequebatur viam rectam, studium pietatis in ipso regnabat, & dominatum obtinebat. Ideo non dicit, An vllum delictum sit in me: sed, an via prauitatis. quia non ex professo, neque data opera à Deo recedebat.* Per viam mundi. בדרך עולם per viam sempiternam. *vel,* per viam seculi. *Hebraismus, pro, Etsi ita res habet, moriar. Iosue 23.c.14, & 1.Reg. 2.a.2, dicitur Via vniuersæ terræ. i. qua gradiũtur omnes homines à seculo. Alÿ dicũt* viam seculi *esse vitam æternã: & hac via dirigi omnes eos quos Deus Spiritu suo gubernat. Alÿ autẽ simplicius, pro complemento huius vitæ accipiũt. q.d. Domine, deduc me non tantùm ad quartam, vel dimidiam partem mei stadÿ, sed vsquedum ad metam peruenero.*

IN PSALMVM CXL.

1 Victori למנצח *Vide Psal.4.a.1.* 2 Violento חמסים *Ad verbum,* iniquitatum. iniuriarum. violentiarum.

3 Congregant prælia יגורו מלחמות *Fut. Heb. pro præs.* concurrunt ad bella. conueniunt. *i. excitant homines ad contentiones. Alÿ,* coaceruant prælia. *q.d Sunt tanquam tubæ belli.* 4 Exacuunt שננו *Præt. Heb. pro præs. vt scilicet me traducant, & fingãt me esse periurum & fœdifragum, & quòd aliquid mutationis moliar in regno.*

ficut serpentes: venenũ aspidum sub labiis eorum.

serpens, venenum aspidis sub labiis eorum. Sélah.

Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me,
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderũt superbi laqueum mihi:

5 Custodi me Iehoua à manibus impii, à viro violento custodi me, *ab iis* qui cogitauerũt impellere pedes meos.

Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scãdalum posuerunt mihi.

6 Absconderunt superbi laqueũ mihi, & funibus extenderunt rete: in loco semitæ laqueos posuerunt mihi. Sélah.

Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocẽ deprecationis meæ.

7 Dixi Iehouæ, Deus meus es tu: ausculta Iehoua vocẽ deprecationum mearum.

In periculo orat Dominum, certus de eius auxilio.

Domine Deus virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.

8 Iehoua Domine fortitudo salutis meæ, *qui* operis caput meũ in die armorum.

Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me,

9 Ne tradas Iehoua desideria impio: cogitationem eius

5 Violento חמסים *Ad verbum*, iniquitatum. iniuriarum. violentiarũ. *Eandẽ sententiã repetit quæ primo & secũdo versu, verbis paulum mutatis. Illic dicit*, ab homine malo: *hic verò* à manibus impii. *Illic*, Eripe: *hic*, custodi. *illic* cogitauerunt, *hic*, cogitauerunt in corde suo. Impellere לדחות propellere. præcipitare. *subaudi ex Psalmo 118. c. 13, vt caderem. & Ieremia 23. b. 12.* 6 In loco semitæ ליד מעגל *Ad verbum*, ad manum tramitis. *vel*, semitæ. *Quidam distinguũt post* SEMITAE: *vt hoc ad præcedens referatur*, extẽderunt rete in loco semitæ. *Alij sequentibus iungunt.* 8 Qui operis סכותה *Præt. Heb. pro futuro, vt dicũt Hebræi*: operies. *vel*, munies, *&c. id est eris mihi instar galeæ tempore quo arma à me sumentur. Vel, fuisti mihi vice clypei, ego protectus fui tua virtute quum essem expositus multis periculis.* 9 Cogitationem eius ne perficias זממו אל תפק nefariũ cogitatũ eius [*vel*, quod conatus est] ne ducas. producas. *vel*, ne facias prodire. *i. ne perficias. Ne permittas vt ipsi exequantur quod cogitant. Alij vertunt*, cogitatio eius, Non impinges: exaltabuntur. *q. d. Cogitatio impij talis est, Non est quod metuas quicquam periculi. prosperè enim succedẽt tibi omnia. Certè Domine sine vllo modo efferentur, & caput attollent supra nubes, nisi eos prohibeas.* Ne exaltentur ירומו *Ad verbum*. exaltabuntur. *pro*, ne exaltentur. *id est ne superbiant, sub improbus cum sociis. Ex præcedenti subauditur negatio.*

ne perficias, *ne* exaltētur. ○Sélah.

ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Orat aduersus obtrectatores suos.

Capùt circundantium me, "peruersitas labii sui operiat ipsum.

10 *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.*

Decidant super eos prunæ: in ignem "cadere faciat eos, in foueas profundas, "ne resurgant.

11 *Cadent super eos carbones: in ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent.*

" Vir linguosus "ne firmetur in terra: virum "violentum venetur malum ad expulsiones.

12 *Vir linguosus non dirigetur in terra: virū iniustum mala capient in interitu.*

Scio quòd faciet Iehouáh iudicium "pauperis, iudicium egenorum.

13 *Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.*

Profectò iusti confitebuntur nomini tuo, habitabunt recti "cū vultu tuo.

14 *Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabūt recti cū vultu tuo.*

10 Peruersitas עמל labor. iniuria. *Hebraismus est, pro,* Mendaciū la*biorum principis eorum qui me persequuntur, obruat ipsum. q. d.* Suis con*siliis & mendaciis pereat* Saul. 11 Cadere faciat eos, יפילם deiiciat eos. *sub.* Deus. *Alij*, igne illos prosternat. *de cælo scilicet misso.*

Ne resurgant בל יקומו ne emergant. *i. è quibus emergere nō possint. Alij*, vt non consistant. 12 Vir linguosus איש לשון Ad *verbum*, Vir linguæ. *i. delator. linguax, fraudulentus, qui occulta malitia & obliquis artibus oppugnat simplices & innoxios.* Ne firmetur, בל יכון ne sit stabilis. ne dirigatur. *i.* N*ihil succedat linguaci, quādiu degit in hoc seculo, ne perueniat quò tendit.* Violentum חמס Ad *verbum*, iniquitatis. laboris. iniuriæ. violentiæ. *i. virum pronum ad iniuriam inferendam calamitas ita rapiat, vt decidat in miseriam sempiternam.* Pro expulsionibus, *quidam vertūt*, præcipitia: *hoc est, vt ipsum deiiciat. Sicut enim feræ dum sibi à venatore metuunt, sese præcipitant: sic etiā cōtingit impiis, qui vltro sese induūt laqueis, vel se proiiciūt in ruinam. Dominus enim furore & amentia ipsos percutit.*

13 Pauperis, עני afflicti. *i. quòd sit vindicaturus afflictos, & asserturus egenos.* 14 Cum vultu tuo. את פניך coram facie tua. in conspectu tuo. *i. perpetuò viuent. Vel vt alij exponunt,* Deus *manifestis documentis ostendit sibi curæ esse eorum salutē, & sub oculis eius, id est tutela ipsos agere, vt nihil ipsis contingat nisi in salutē: quia pro illorum salute aduigilat. Habitare igitur coram facie* Dei *est vbi* Deus *nostri curam dignatur suscipere, & dirigere nos suis oculis, ita vt non sinat nos huc illuc aberrare. Quum dicit, Iustos celebraturos nomen* Dei, *significat* Deum *illis daturum materiam lætitiæ.*

CXL.

Psalmus David.

Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, quum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. eleuatio manuũ mearũ sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes ĩ peccatis,

Cum hominibus operantibus iniquitatẽ: & nõ cõmunicabo cũ electis eorum.

CXLI.

1 ¶ Cantus ipsius Dauid.

Iehoua ad te clamo, festina ad me: ausculta vocẽ meam quũ clamo ad te.

2 Sit stabilis oratio mea *sicut* suffimentum in conspectu tuo: munus manuũ mearum *sicut* sacrificium vespertinum.

Grauissimis molestiis coactus Dauid, ad Deum cõfugit.

3 Pone Iehoua custodiã ori meo, custodi ostiũ labiorũ meorum.

4 Ne inclines cor meũ in rem malam ad operandũ opera cum impietate, cũ viris operantibus iniquitatem: & ne vescar *cibo* voluptatum ipsorum.

Orat vt à dictis factisque prauis custodiatur.

IN PSALMVM CXLI.

1 Ad te clamo, קְרָאתִיךָ *Præt. Heb. pro præs.* 2 Sit stabilis תִּכּוֹן Firmetur. Præparetur. *i. vt quidam vertũt*, Valeat oratio mea pro incenso: *aut*, grata sit sicut suffimentum quod tibi offerri solet. *Alludit ad Legalem illum ritum, de quo Exod. 30. a. 1. David summotus à tabernaculo Dei, suffitum ac sacrificium conatur precibus sarcire. Alij vertunt*, Dirigatur oratio mea *tanquam* incensum. *vel*, suffitus. Munus משאת donum. *Alij*, eleuatio. *Oblatio fiebat mane & vesperi, Exo. 29. f. 39, Nume. 28. a. 4.* 3 Custodiam שמרה *hoc est, contineas me ita vt non excidat mihi verbum vllum contra hostes meos. Hæc ideo petit quòd qui etiam optimè sunt affecti, & qui cupiunt iustitiam & æquitatem colere, vbi cum illis iniustè agitur, percelluntur nonnunquã, & quasi turbantur è suo gradu, ita vt certent interdum maleficiis.*

4 Ad operandũ opera לְהִתְעוֹלֵל עֲלִלוֹת *Ad verbũ vertit interpres. Alij*, ad patrãda opera. *q. d. Cor meũ prohibe ab omnibus malis consiliis & peruersis. Quidã vertũt*, ad cogitandũ cogitationes in impietate.

Et ne vescar *cibo* voluptatum ipsorum וּבַל אֶלְחַם בְּמַנְעַמֵּיהֶם *Ad verbũ*, & ne comedã voluptates eorũ. *Vel*, de voluptatibus [*aut*, delectabilibus] eorum. *vt* ב *sit pro* מ. *i. de cibo voluptatum eorum. i. cibis delicatis. Quidam totum versum sic vertunt*, Ne flectas cor meum ad rem quancunque prauã, nequid moliar cũ impietate coniunctũ, vtens opera facinorosorũ hominũ, neque fruar deliciis ipsorũ. Voluptates, pulchritudines, *aut* iucũditates *atque* delicias *vocat illam amœnitatem qua fruuntur impij quum Dominus ad eorum peccata conniuet. tunc enim sibi indulgent acsi nunquam reddenda esset vitæ ratio.*

Mauult reprehendi, quàm cum impiis lætari: contra quorum malitiam precatur.

Percutiat me iustus, *erit* ᵃmi- 5
sericordia: & increpet me, *& erit*
ᵃolcum præcipuum *quod* nó fran
get caput meum: ᵃquoniam ad-
huc & oratio mea in mala corū.
ᵃDeiiciantur in locis petrosis 6

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ:

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iũcti petræ

5 Misericordia: חסד beneficium. *Præfert hîc bonorum reprehensionem scelestorum fauori & beneficiis. Alij vertunt, modò* clementer. *q.d. Coarguat me, & castiget quoties visum fuerit, modò hoc fraternè agat. Significat sibi esse multo optabilius versari cũ filiis* Dei, *etiamsi nõ blandiatur eius vitiis, quàm cũ impiis, inter quos alij aliis indulgent.* Oleũ præcipuum, *&c.* שמן ראש אל יני ראשי *Istos* Hebraismos *sic quidam cõuertunt, Id erit mihi vice vnguenti optimi & fragrantis, quod nullũ mihi detrimentum afferet, sed plurimum emolumentis quia quandiu vixero, preces fundam, ne sinat* Dominus *me labi in scelera eorum. Vel, Siquis me castiget, vbi deliquero, ego tam suauiter hoc accipiam acsi quis vnguento caput meum aspergeret. Quidam* Hebræorum *sic intelligunt, Opto vt me cædant iusti, potius quàm vt impij primario vnguento reddant me delibutum. i. summis deliciis me demulceant, & omni genere beneficiorum afficiant. quum enim illi cædunt, beneficiũ est, corripiunt enim me: at horum vnguentum frangit caput meum, ac perdit, & non demulcet. Quidam vertunt secundam versus partem sine coniunctione, & iuxta posteriorem hanc expositionem,* Oleũ *autem* præcipuũ nõ frangat/non franget/caput meũ, quia adhuc oratio mea cõtra mala corũ. *Et Oleũ accipiunt metaphoricè pro adulationibus quibus alij alios demulcent. q.d. Ne fallaces illæ blanditiæ quibus impij mutuo se demulcent, frangant caput meum: hoc est me perdant. Vel, ne prætextu dulcedinis quispiam mihi in exitiũ meum blandiatur, & indulgeat vitiis meis. Quæ expositio doctioribus magis placet.* Quoniam adhuc, *&c.* כי עוד וגו' quia adhuc, & oratio mea in mala eorum. *Quidã exponunt, Oro vt* Dominus *prohibeat ne sim illis similis. vel ne secum me ad malitiam abripiant. Alij verò, Oro vt malitiam quam mihi machinantur, effugiam. Alij, Imprecor illis quod meriti sunt, quũ videam illos obstinatus. Alij diligenter notantes copulam, in qua subest magnum pondus,* quia adhuc, & oratio, *&c. ea enim admonet paulisper quiescendum esse: acsi diceret, Quia adhuc, hoc est paululũ expecto, non æstimo ex primo congressu qualis sit impiorum conditio, sed ego suspendo iudicium donec* Dominus *se iudicem ostendat: & tũc tantùm aberit vt cupiam, vel appetam ipsorum esse similis, vt potius deprecer pro ipsis. nec misericordia afficiar quũ videro horrendã* Dei *vltionem cecidisse in capita ipsorum.* 6 Deiiciantur in locis petrosis נשמטו בידי סלע *Præt. Heb. pro fut. est imprecatio.* Demittantur in manibus petræ. *vel,* saxi. *i. præcipitentur è saxo.* ב *in, pro* מן *de. Quidã* Præcipitentur in locis petrosis. *Alij,* Deiiciantur in loca petræ. *i. pereant iudices, siue principes eorum.* Significat *promiscuum vulgus fuisse*

deceptum à suis gubernatoribus, quum essent astuti homines.

iudices eorum.
Audient verba mea, quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.
7 *Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ: quia ad te Domine, Domine oculi*
8 *mei, in te speraui, non auferas animam meam.*
9 *Custodi me à laqueo quẽ statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.*
10 *Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.*

CXLI.

Intellectus David, quum 1

iudices eorum, & audiant verba mea, quoniam dulcia sunt.
7 Sicut scindens & findens *ligna* in terra: *ita* dispersa sunt ossa nostra in ore sepulchri.
8 Quia ad te Iehoua Domine oculi mei, in te speraui, ne effundas animam meam.
9 Custodi me à locis laquei *quem* tetenderunt mihi, & à laqueis operantium iniquitatem.
10 Cadãt in retiacula eius impii simul, dum ego transibo.

Iterum orat Dominum ne à suis inimicis occidatur.

Adhuc contra inimicos suos precatur.

CXLII.

1 ¶ Intelligẽtia ipsius Dauid, quũ

Et audiant וישמעו & audient *.i. vbi iam populus ipse liberè iudicabit, cognoscet mihi fuisse iustam causam, & ita incipiet mihi fauere.*
7 In ore sepulchri. לפי שאול iuxta sepulchrum *.i. in ea discrimina nos adduxerunt, vt propè ad mortẽ accesserimus.* Conqueritur *de extrema calamitate in quã coniectus fuerat cum sociis.* Dicit *autẽ se non vno modo fuisse mortuum, sed quemadmodũ siquis scindat & laceret, ita disiecta & dissipata fuisse ossa eorum, & non fuisse proiecta in sepulchrum, vt vulgari modo sepeliuntur mortui.*
8 Ne effundas animã meam אל תער נפשי **Hebraismus, pro,** Ne *citò perire me sinas. Præsentẽ vitã intelligit.*
9 A locis laquei מידי פח *Ad verbum,* à manibus laquei *.i. à laqueo.*
10 In retiacula eius במכמוריו in retia eius, *nempe* Saulis. *Vel est singulare pro plurali,* vniuscuiusque ipsorum. *Alij existimant relatiuum referre* Deum, Cadant in retia Dei. *Opponit retia* Dei *plagis quas impij tetenderunt.* Nam Deus *expandit rete suum, & ipsos deprehendit in astutia.* Precatur *vt* Deus *retaliet improbis scelus quod machinati sunt.* Simul, dum ego transibo. יחד אנכי עד אעבור simul, donec ego transeam. *id est interim dum euadam, acsi nulli laquei ante oculos meos positi essent.* Sic *vertendo, verborum* Hebraicorum *ordo paulum immutatur: &* SIMVL *præcedentibus iungitur.* Alii *iungunt sequentibus, hoc modo,* Simul [*vel,* pariter] ego in seculum progrediar. *Vel,* simul ego vsque transibo. *Aut,* pariter ego perpetuo transeam. *id est vadam illæsus, & non capiar tendiculis illius.* Magis *læto conuenit quod vertit noster interpres.*

IN PSALMVM CXLII.

1 Intelligentia משכיל *Vide* Psal. 32.

Dauidis oratio quum in specu lateret fugiens Saulem.

esset in spelunca, oratio.
VOce mea ad Iehouam 'clamaui: voce mea ad Iehouã deprecatus sum:
'Effudi in conspectu eius 'cõmentationẽ meam, angustiam meam in conspectu eius 'nuntiaui.
'Quum deficeret in me spiritus meus, & tu cognosceres 'semitam meam: in via qua ambulaturus eram, absconderunt laqueum mihi.
'Aspiciebam ad dexteram, atque videbam, & non erat qui me agnosceret: 'perierat effugium à me, nec erat 'qui requireret animam meam.

Deus spes ipsius atque hæreditas.

Tum clamaui ad te Iehoua, ac dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intẽde ad clamorem meum,

esset in spelunca, oratio.
2 *VOce mea ad Dominũ clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.*
3 *Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.*
4 *In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas:*
In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueũ mihi.
5 *Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.*
Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.
6 *Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.*
7 *Intende ad deprecationẽ meam:*

2 Clamaui: אזעק *Fut. Heb. pro præs. vel præt. perf. nã de re præterita loquitur. Quidã per imperf. vertunt,* clamabã, & deprecabar. *sub. quũ nullũ mihi superesset effugiũ.* 3 Effudi אשפך Effundebã, *vt versu præcedenti vertendum .i.* prolixè & profusè exponebam illi mentem meam. Commentationẽ meam שיחי preces meas. sermonem meum. eloquium meum. Nuntiaui. אגיד narraui.
4 Quum deficeret בהתעטף Dum distorqueretur. *vel,* angustiis afficeretur. *Alij,* Quum operiret se super me. *i. quum inuolueretur. Idem sensus.* Dicit *se valde perplexum esse.* Semitam meam נתיבתי *qua scilicet possem effugere. q d. Et sciebas quanam possem ratione effugere ipsorum insidias. Quidam exponunt, Cognouisti semper mihi curæ fuisse integritatem. quæ expositio parum loco congruit.*
5 Aspiciebã ad dexterã, atque vid. הביט ימין וראה *Infinitiui Heb. pro præt. imperfecto, aut perfecto. i. respexi, vel respiciebam.* Perierat effugiũ a me. אבד מנוס ממני *Hebraismus, pro, quò effugerem, non habebã.* Qui requireret דורש *sub. vt eriperet. Nemo satagebat me eripere. Requirere animam alicuius dicitur qui succurrere vult, & qui mouetur aliquo affectu ad ferendam opem.*

quia humiliat⁹ sum nimis.
Libera me à persequentibus me: quia confortati sut super me.
Educ de custodia animam meã, ad cõfitẽdũ nomini tuo me expectãt iusti, donec retribuas mihi.

CXLII.

Psalmus David, quando persequebatur eum Absalõ filius eius.

Domine exaudi orationẽ meã: auribus percipe obsecrationẽ meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia:
(Et nõ intres in iudiciũ cũ

quia attenuatus sum valde: erue me à persequentibus me, quoniam robustiores sunt me.
8 Educ de carcere animam meã, vt laudem nomen tuum: me coronabunt iusti, quòd retribueris mihi.

CXLIII.

1 ¶ Psalmus ipsius David:
IEhoua audi orationem meã, ausculta deprecationem meã Propter veritatem tuam, exaudi me propter iustitiam tuam:
2 (Et ne venias in iudicium cũ

Liberationes Dei ad eius gloriam.

Deplorat David corã Deo suas miserias.

7 Attenuatus sum דלותי miser factus sum. *Ad verbum*, depauperatus sum. 8 Me coronabunt בי יכתירו *Propriè hoc verbum significat coronare. Sed quemadmodum Latini coronam vocant cœtũ hominũ qui compositus est instar circuli: ita etiã coronare pro cingere accipiunt* Hebræi. *vnde quidam vertunt*, me cingent. *vel* circundabunt. *.i. conuenient ad me, gratulandi causa, & stabunt omni ex parte, coronæ instar. Alii ad verbum vertunt*, In me coronabunt se iusti. *.i. Iusti hanc meam liberationem ad se trahent, tanquam omnium coronã. nam quoties aliquem ex suis liberat Deus, omnes alios ad eandem spem inuitat, & iam assignat illis coronam.* Alii *eodem ferè sensu*, coronã facient sibi de me. *id est ero iustis vice coronæ, vice triumphi, vt cui tu summopere faueris in periculo: ad quod respicientes, laudabunt te.* Alii, iactabunt sese de me. *sub. tanquam de corona quadam insigni. Alii*, coronam mihi imponẽt. *.i. magnificè extollent hanc tuam salutem, ita vt mihi sit triumphi loco.* Alii, reputabunt me sibi coronam. *Quidam*, me expectabunt. *Chald. paraph.* de me tibi facient coronã laudis. *.i. in cœtu laudabunt te propter me. Optimè omnium vertit noster interpres.* Retribueris תגמל *Fut. Heb. pro præt.* rependeris. *vel*, benefeceris. *Non intelligunt Hebræi hoc verbo mercedẽ rependi pro aliquo merito, sed quod Latini dicunt Cõferre, Hebræi per* גמל *significãt. q. d. quia tu contuleris in me beneficium. ideo iusti cingent me.*

IN PSALMVM CXLIII.

1 Propter veritatẽ tuam באמונתך Veritatẽ *Dei vocat constantiam in seruandis promissis. nam promiserat liberationem. Iustitiam Dei vocat quum seruat fidem in suis tuendis quos suscepit in suum patrocinium, neque frustratur eorum vota & preces.*

seruo tuo :quia non ʹ iustificabi
tur in conspectu tuo vllus vi-
uens)

Describit suū angorem.

Quia ʹpersequitur inimicus 3
animam meā, ʹ attriuit in terrā
vitā meam:habitare fecit me ʹin
obscuris ʹ sicut mortuos seculi.
ʹEt defecit in me spiritus 4
meus: in medio mei ʹdesolatur
cor meum.

ʹRecordor dies antiquos: me 5
ditor in omni opere tuo, de ope
re manuum tuarum ʹcōmentor.

Considerans bonitates Dei, recipit animum ad orandum.

ʹExpando manus meas ad te: 6
anima mea sicut terra ʹsiticulosa
ʹad te. ○ Sélah.

seruo tuo:quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.)

Quia persequutus est inimicus animā meā, humiliauit in terra vitam meam:

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatū est cor meum.

Memor fui dierū antiquorū, meditat⁹ sum in omnib⁹ operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi.

2 Iustificabitur יצדק Ad *verbum*, iustificabit se. *Alii*, iustus erit. *Orat ne* Deus *respiciat quales simus, vt pro meritis nobiscum agat: quia nemo propter opera iustus potest censeri, sed quem* Deus *sua misericordia iustum pronuntiauerit, ille iustus est.* 3 Persequitur רדף *Præt. Heb. pro præs.* Attriuit דכא confregit. *Alii*, prosternit. *Alii*, attritam deiecit. *His verbis significat se propemodum desperasse de vita.* In obscuris במחשכים in tenebricosis. *i. coegit vt habitarem in spelunca tenebrosa. Vel potius dicit se in tenebris positū esse tanquā putridum cadauer: acsi diceret actum esse de vita sua, imò iam redactum esse in putredinem, ita vt nulla sit spes restitui se vllo modo posse.* Sicut mortuos seculi כמתי עולם sicut qui ab olim mortui sunt. *vel*, iam pridem. 4 Et defecit ותתעטף Et distortus est. *vel*, distorquebatur. *Alii*, & inuoluitur super me. *Necesse fuit grauissimam esse molem malorum quæ sic opprimeret animum* Dauidis. Desolatur ישתומם destituitur. attonitum est. *Alii*, obstupuit. *vel*, obstupet.

5 Recordor dies antiquos: זכרתי ימים מקדם *Præt. Heb.* Ad *verbum*, Recordatus sum dierum pristinorum. *Alii*, dies anteactos. *quibus scilicet affuisti Patribus nostris. Refert vnde remedium quæsierit ad mitigandos suos dolores, nempe reputando secum quemadmodum solitus esset* Deus *suos liberare. Colligēs igitur tot* Dei *beneficia erga fideles, inde animum sumpsit.* Commentor. אשוחח *Fut. Heb. pro præs.* verba facio. differo. 6 Expando פרשתי *Præt. Heb. pro præs. Videtur deesse coniunctio aliqua, Propterea* Expando, *vel* expandi. *nā inuocatio nascitur ex serie operum* Dei *recordatione.* Siticulosa, עיפה *sub. quæ imbrem expectat.* Ad te. לך *sub. anhelat.*

Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuā à me: & similis ero descendentibus in lacum.

7 'Velociter exaudi me Iehoua,
defecit spiritus me':ne abscōdas
faciem tuam à me,& similis ero
descendentibus in sepulchrum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam. quia in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

8 Audire fac me 'mane miseri-
cordiam tuam, quia 'in te spero:
'scire fac me viā per quam am-
bulem, quia ad te leuaui animā
meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: propter nomē tuū Domine viuificabis me, in æquitate tua Educes de tribulatiōe animā meā: & in misericordia tua disperdes inimicos meos:

9 Erue me ab inimicis meis Ie
houa: 'in te spero.
10 Doce me facere voluntatem
tuam, quia tu *es* Deus meus: Spi-
ritus tuus bonus deducat me 'in
terra recta.
11 Propter nomen tuum Ieho-
ua, 'viuifices me: propter iustitiā
tuam educas de angustia animā
meam:

Et perdes omnes qui tribulant animā meā: quoniam ego seruus tuus sum.

12 Et propter misericordiam tuā
'disperdas inimicos meos: & per
das omnes hostes animæ meæ,
quia ego seruus tuus sum.

7 Velociter מהר Festina, Propera. *verbum pro aduerbio.*
8 Manè בבקר .*i. tempestiuè.* Manè *dixit, quia orationi aptum. Misericordiam. i. vocem tuam quæ testetur misericordiam tuam erga me. certum me reddas de misericordia tua, vt eam amplectar verbo tuo edoct⁹.*
In te spero: בך בטחתי *Præt. Heb. pro præs.* tibi fido. Scire fac me הודיעני notàm fac mihi. monstra mihi. 9 In te spero. אליך כסיתי ad te *latitaturus*, vel *protegendus* cōfugi. *Alii*, apud te obtego, *vel* abscōdo *sub. me. q. d. ego sub vmbra tua delitesco: quia nisi me protegas, exponar satanæ ad mile mortes.* *Alii*, tibi abscondi. *sub. causam meam. i. tibi vni, nō alii cuiquā expono causam & calamitatē meam, tanquā illi à quo solo opem expecto.* 10 In terra recta בארץ מישור per terram rectitudinis. *i. per iter rectum.* 11 Viuifices me: תחייני *Fut. Heb. pro optandi modo. i. fac incolumis euadam hoc periculum, vt te laudem.*
12 Disperdas תצמית *Fut. Heb. pro optandi modo,* dissipes. disperdas. conficias. *Sic max.*

CXLIIII.

Dauid reputans Dei erga se beneficia canit Deo laudes.

¶Ipsius Dauid.

1 BEnedict⁹ Iehoua rupes mea qui docet man⁹ meas ad prælīū, & digitos meos ad bellum.

2 Misericordia mea, & arx mea: eleuatio mea, & liberator meus mihi, scutum meum, & in ipso speraui, qui subdit populū meū sub me.

Admiratur Dei bonitatē erga hominem nihili.

3 Iehoua quid est homo, & agnoscis eum: filius hominis, & reputas eum?

4 Homo vanitati similis est: dies eius *sunt* vt vmbra transiens.

Petit auxilium cō tra hostes.

5 Iehoua inclina cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.

6 Fulgura fulgur, & disperge eos: mitte sagittas tuas, & turba illos.

7 Mitte manū tuam de excelso, redime me, & eripe me ex aquis multis, è manu filiorū alienorū:

CXLIII.

1 *Psalmus Dauid aduersus Goliath.*

BEnedict⁹ Dominus De⁹ meus, qui docet manus meas ad præliū, & digitos meos ad bellum.

2 *Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus:*

Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populū meum sub me.

3 *Dn̄e quid est homo, quia innotuisti ei? aut fili⁹ hominis, quia reputas eum?*

4 *Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.*

5 *Domine inclina cælos tuos & descende: tange mōtes & fumigabunt.*

6 *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.*

7 *Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum:*

IN PSALMVM CXLIIII.

1 Benedictus Iehoua rupes mea, ברוך יהוה צורי Laudetur Iehoua fortitudo mea. *vel*, Omni laude dignus. 2 Et arx mea: eleuatio mea, מצודתי משגבי & munimentum meum, arx mea. *Iisdem nominibus vsus est & Psal. 18. 3, & aliis locis.* Subdit הרודד expādit. sternit. *Alii*, subiicit. 3 Et agnoscis eum: ותדעהו quòd cognoscis eum. *vel*, vt agnoscas eum. *i. curam illius agere digneris.*

Et reputas eū? ותחשבהו quòd cogites de eo? *vel*, vt cogites de eo?

5 Inclina cælos t. הט שמיך *His loquēdi formis vtitur Dauid, quū res ita sunt deploratæ vt nulla sit salutis spes, nisi miraculo edito succurratur. Non semper apparuit aliquod signum visibile quoties opitulatus est Dauidi Dominus, sed ita potenter eum eripuit ab hostibus vt facile cōstaret: aliquid actum fuisse præter communem vsum naturæ.*

7 Filiorum alienorum בני נכר *Ad verbum*, filiorum alieni.

pro, alienorum. *i. eorum qui alienum Deum colunt. Vel potius filios alienos nominat qui degeneres erant, quamuis secundũ carnem traxissent originem ex Abrahã & sanctis Patribus. Perstringit falsos Iudæos qui tãtum in carne gloriabantur.*

Quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorũ dextera iniquitatis. 8 "Quia os eorum loquitur mẽdacium: & dextera corũ, "dextera mendax.

Deus canticum nouum cãtabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. 9 Deus canticum nouũ cantabo tibi: in psalterio, *in* decachordo canam tibi. *Promittit laudem Domino, si eum à suis inimicis liberet.*

Qui dat salutem Regibus: qui redemit Dauid seruum suum de gladio maligno, eripe me, 10 "Qui dat salutem Regibus, qui redimit Dauidem suum de gladio malo,

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutũ est vanitatem: & dextera eorum, dextera iniquitatis: 11 Redime me, & erue me de manu filiorũ alienigenarũ, quorũ os "loquitur mendacium: & dextera eorum, dextera mendax:

Quorũ filii sicut nouellæ 12 "Vt sint filii nostri sicut plãta-

8 Quia os eorum loquitur אשר פיהם דבר Quorum os loquitur. *Ad verbum*, Quorum os eorum loquutum est. Dextera mendax ימין שקר *Ad verbum*, dextera mendacii. *i. quorum robur fallet eos. Vel, quorum dextera non exequitur quod corde conceptũ est. q d. qui temerè multa aggrediuntur, quod ex voto non succedit, quòd eorum conatus impios tu irrita facias. Quidam referunt ad iusiurandũ: quòd ritu solenni obseruetur vt qui iurant attollant manum. Leuaui manum meam in cælum, dicebat Abraham, Gene. 14. d. 22. acsi diceret, eos falso iurare. Alii exponũt, Sicuti lingua mentiuntur, ita etiam manibus exequũtur peruersa consilia. Aliis videtur verior expositio, si interpreteris, dexterã eorum esse fallacem, vel mendacem, quòd quicquid promittunt, inane sit. nam quum quis aliquid promittit, manũ porrigere solet. Manus ad manũ: inquit Salomõ, Prouer. 11. c. 21.* 10 Qui dat הנותן *Mutatio personæ. Hîc David spectauit illam specialem Dei prouidentiam quæ relucet in cõseruãdis regnis. nisi enim Deus manu fulciret Regum solia, nullius principatus esset diuturnus, nisi inquam ostẽderet se custodẽ regni politici. odiosa enim sunt imperia, quia nemo libenter paret. Distinguit autem se ab aliis Regibus, quia Deus illum præ aliis Regẽ vnxerat.* 11 Loquitur דבר *Præt. Heb. pro præs. Vide paulo antè versu octauo: eadem enim sunt.*

12 Vt sint filii nostri אשר בנינו *Ita quidam vertunt, vt sit imprecatio. tanquam David precetur vt saluæ maneant Dei benedictiones quarũ cursus fuerat abruptus per istos improbos qui coniurationem suscitarant in populo. Profert Dauid in medium quot modis Deus populũ suũ locupletasset.*

Alii, Nam filii nostri,*&c. q.d. quod ad alia pertinet, omnes res aliæ nostræ bene habent, tantùm nobis opus est vt nos liberes: nam filii à teneris diligenter exculti sunt, & filiæ nostræ formosæ sunt, vt lapides, &c. Interior regni nostri status pro voto succedit, nulla certe fœlicitatis pars nobis deest: omnia nobis affluunt, tranquillè & sine molestia viuimus, boues nostri pingues sunt, magna est in gregibus nostris fœcunditas. Fœlices ergo essemus, nisi isti tuam benedictionem turbarent.*

tiones "auctæ in adolescētia sua: filiæ nostræ sicut" anguli excisi instar palatii:

plātationes in iuuētute sua
Filiæ eorum composita: circumornatæ vt similitudo tēpli:

13 "Anguli nostri pleni, "producentes de specie ad speciem: greges nostri "parientes mille, *imò* "decem milia in plateis nostris:

Promptuaria eorū plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtosæ, ābūdantes in egressibus suis:

14 Boues nostri "onusti *carne:* nō sit "ruptura, nec

boues eorum crassæ.
Non est ruina maceriæ,

Auctæ in adolescētia sua מגודלים בנעוריהם adultæ in adolescētiis suis. *Plur.* Heb. *Alii,* in iuuentute sua. *i. quæ statim à prima sua origine aucta fuerūt.* Anguli excisi כזויות מחוטבות anguli ornati: *vel* politi. *i. vt sūt angulares lapides elegāter politi, ad similitudinē lapidū quibus construūtur palatia.* 13 Anguli nostri pleni מזוינו מלאים *Vox Hebræa significat angulos: pro qua interpretes vertunt,* Penaria nostra plena sunt. *siue* Cellæ nostræ sūt plenæ. *Hebræi pro angulo domus accipiūt, exponētes,* In omni angulo domus est aliqua frugū species. Producētes de specie ad speciē מפיקים מזן אל זן *Ad verbū,* educentes[*.i. producentes, vel suppeditātes*] *de genere ad genus: hoc est, varia genera annonæ. Alii intransitiuè vertunt,* exeuntes[*.i. redundātes*] *de specie ad speciem. q.d. præ frugum copia miscent se species, nempe triticū auenæ miscetur, aut hordeo, aut leguminibus quæ iuxta fuerint.* Pariētes mille, מאליפות *Hebraicè vnica est dictio, quasi dicas, millenātes.* Decem millia מרובבות *Vnicum est verbum* Hebraicum, *quod significat quæ decies mille pariunt. q.d. parientes millenos, & decem millia. adeò vt ex illis repletæ sint, vel repleātur plateæ nostræ. Siue, ad millenos, & decē millia facientes fructum. Chald. paraph.* parientes mille, multiplicantes decē milia. *Quidā vertūt hāc posteriorem versus partem,* Greges nostri millibus, myriadibúsque aucti repleāt vicos nostros. *Vel,* millibus, imò myriadibus repleuerunt plateas nostras.

14 Onusti מסובלים *sub. sint*[*vel sunt*] *carne. i. pingues & crassi. q.d. boues nostri fortes sint* [*vel sunt*] *& robusti ad ferendum onus suum. Quidam vertunt,* Boues nostri robusti. *vel* onerarii. *i. ferendis oneribus idonei.* Alii, pingues sint. Ruptura, פרץ irruptio. *sub. hostis q.d. summa sit*[*vel est*] *pax: cohibe hostes nostros ne nobis infesti sint, ac perrūpant vsque ad vrbes nostras, & muros etiam effringant.*

neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

'qui egrediatur, nec sit 'clamor in plateis nostris.

Beatum dixerunt populũ cui hæc sunt: beatus populus cuius Dominus De⁹ eius.

15 Beatus populus cui sic est: beatus populus 'cuius Deus est Iehouáh.

CXLIIII.

Laudatio ipsi Dauid.

CXLV.

1 ¶ 'Laus ipsius Dauid.

Exaltabo te Deus meus Rex: & benedicam nomini tuo in seculũ, & in seculum seculi.

א Exaltabo te Deus me⁹ Rex, '& benedicam nomini tuo in seculum & in perpetuum. *Dauid generatim laudat opera & mirabilia Dei q bus clementia, misericordia, potentiáque eius declaratur.*

Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum seculi.

2 ב 'Omni die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum & in perpetuum.

Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.

3 ג Magnus Iehoua '& laudabilis valde, & magnitudinis eius non est 'inuestigatio.

Generatio & generatio laudabit opera tua, & potẽtiã tuam pronuntiabunt.

4 ד Generatio generationi laudabit opera tua, '& fortitudines tuas annuntiabunt.

Magnificentiã gloriæ san

5 ה 'Decorem gloriæ magnificẽ

Qui egrediatur, יוצאת egressus, vel emigratio. *sub. in captiuitatem. vel, ne sit opus exire cum gladio ad hostes repellendos.* Clamor צוחה *sub. luctuosus ob cladem ab hostibus acceptam.* 15 Cuius Deus &c. שיהוה אלהיו *Ad verbum,* cuius Iehoua *est* Deus eius, *altero relatiuo redundante. Hæc coniunctim legenda sunt: Beatum esse populum cui sic est: & beatum esse populum cuius Iehouah est Deus: ac si dicat, beatum quidem esse populũ cui prædicta præstet Deus, in quibus non debeãt tamen acquiescere homines: sed beatiorẽ multo cuius Deus fuerit Iehouah. id est quum nouerit se adoptatum esse ab ipso, & cẽseri in populo eius. Hæc vna est & sola ratio quæ beatos facit, nõ fertilitas terræ, vel copia frugũ aut pecudũ fœcũditas,*

IN PSALMVM CXLV.

1 Laus ipsius Dauid. תהלה לדוד *Hebraismus pro, Psalmus laudatorius compositus à Dauide.* Et benedicã nomini tuo ואברכה שמך & prædicabo nomen tuum. 2 Omni die בכל יום Quotidie. *assiduitatem notat: vt perseuerantiam quum dicit,* In seculũ & in perpetuum. 3 Et laudabilis ומהלל & laudatus. Inuestigatio חקר exploratio. *i. cuius magnitudo inperuestigabilis est. humano sensui nec potest cõprehendi.* 4 Et fortitudines tuas annuntiabũt וגבורתיך יגידו & potentias tuas cõmemorabunt. *i. egregia tua facinora, vel gesta tua mirabilia.* 5 Decorem gloriæ magnif. t. הדר כבוד הודך *Hebraismus, pro, Splendidam & gloriosam magnificentiam tuam.*

tiæ tuæ,'& res mirabilium tuorũ
loquar:
ו Et fortitudinem'terribilium 6
operum tuorum dicent:atque ma
gnitudinem tuam narrabo.
ז Memoriam multitudinis bo- 7
nitatis tuæ'eructabunt, & iusti-
tiam tuam'vociferabuntur.
ח Clemens & miserator Ieho 8
ua,'tardus ad irascendum,& ma
gnus misericordia.
ט Bonus Iehoua vniuersis, & 9
misericordiæ eius super omnia
opera eius.
י 'Celebrabunt te Iehoua o- 10
mnia opera tua,& misericordes
tui benedicent tibi:
כ Gloriam regni tui dicent,& 11
fortitudinem tuam loquentur:
ל Vt notas faciant filiis homi 12
num'fortitudines eius,& gloriã
splendoris regni eius.
מ Regnũ tuũ regnũ'omnium 13

ctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabũt, & iustitia tua exultabũt.

Miserator & misericors Dominus, *patiens & multũ misericors.*

Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Confiteantur tibi Domine *omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi.*

Gloriam regni tui dicẽt, & potentiam tuam loquentur:

Vt notam faciant filiis hominum potẽtiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnũ tuũ regnũ omniũ

Et res mirabilium tuorũ loquar: ודברי נפלאותיך אשיחה atque gesta tua mirabilia meditabor. 6 Terribilium tuorum נוראותיך *Loquitur de exemplis quibus testatus est* Deus *se esse mundi iudicem, quũ pœnas inflixit reprobis, & profanis eius contemptoribus.*

7 Eructabunt, יביעו effundent. *Metaphora, proeffabũtur & plenis buccis, siue pleno gutture prædicabunt.* Vociferabuntur. ירננו iubilabunt. *vel,* ouantes prædicabunt. *Iustitiam* Dei *appellat illã æquitatem vel bonitatem qua vtitur erga nos, quũ nos patrocinio suo tuetur, quum fouet, quum nobis administrat quicquid necessarium est ad vitam, quum etiam spem facit vitæ æternæ, quũ liberat nos ex periculis, & sese opponit hostibus nostris.* 8 Tardus ad irascendum ארך אפים *Ad verbum,* longus irarũ. 10 Celebrabunt te יודוך Celebrent te. *Futura Heb. pro præs. etiam versu sequenti.* 12 Fortitudines eius, גבורותיו potentias eius. *Mutatio personæ, pro tuas, hoc est, egregia gesta tua.* 13 Omnium seculorum כל עלמים .i. *quod durat per omnia secula, hoc est sempiternum. Versus qui à litera* נ *inciperet,*

deest in Hebraica & Chaldaica scriptura: Græci autem interpretes in suo codice habuerunt, cuius principium erat, נאמן id est fidelis.

seculorũ, & dominatio tua in omni generatione & generatione.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant, & tu das escã illorũ in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Iustus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Propè est Dominus omnibus innocãtibus eũ, omnibus innocãtibus eũ in veritate.

seculorũ, & dominatio tua in õ-
ni generatione & generatione.

14 ס Sustentat Iehouáh omnes
corruentes, & erigit omnes in-
curuatos.
15 ע Oculi omniũ in te sperãt, & tu
das illis escã suã in tẽpore suo.
16 פ Aperis manũ tuam, & satu-
ras omne viuens beneplacito.
17 צ Iustus Iehouáh in omnib⁹
viis suis, & misericors in omni-
bus operibus suis.
18 ק Propinquus est Iehouáh o-
mnibus inuocantibus eum, o-
mnibus *inquam* qui inuocant eũ
in veritate.

Dominus pascit omnem creaturam.

Deus iustus ac misericors in omnib' suis operibus.

Propinquus inuocantibus in veritate.

14 Sustentat סומך Fulcit. *Alij*, Auxiliatur corruẽtibus. *Rectius noster interpres.* Incuruatos. הכפופים *id est oppressos morbis, aut quauis oppressione. Metaphoricè vocat* corruentes *&* incuruatos, *qui rebus aduersis succumbunt, nisi Dominus illis opem ferat.*

15 In te sperant אליך ישברו *Fut. Heb. pro præs. i. ad te sperantes respiciunt, siue suspiciunt.* In tempore suo. בעתו *Relatiuũ non refert animalia, vel creaturas, tanquam esset plurale: sed significat* In tempore opportuno ad vescendum. *Prouidentiam Dei commendat qui tempus messi & vindemiis ordinauit, habétque omnes rationes anni sic digestas, vt cibus tam nobis quàm animalibus proueniat tempore opportuno.*

16 Beneplacito. רצון *.i liberalitate tua gratuita. Alij vertunt, ad* volũtatem. *vel, pro* voluntate. *Aut (vt quidam Hebræorũ exponunt) secundum voluntatem suam. Alij in eandem sentẽtiam,* quantum sufficit. *Alij,* desiderio. *i. cibis optatis, & quos desiderãt. Rectius noster interpres.*

17 Iustus צדיק *Non tantùm loquitur de quotidiano animalium victu, sed etiam de reliquis partibus Diuinæ prouidentiæ. Neque enim Dominus tantùm consulit brutis animalibus & humano generi, omnibusq; creaturis dum victum largitur, sed etiam dum castigat hominum peccata, dum succurrit hominibus miseris qui iniustè læduntur: quum denique reprimit ac compescit impios ne omnia perturbent.*

18 In veritate. באמת in fide. *vel,* ex fide. *i. ex vera religione, & ex animo, siue syncero cordis affectu.*

ר 'Voluntatem timentium se
'facit,& clamorem eorum exau
dit,ac seruat eos.

ש Custodit Iehouáh oẽs diligẽ
tes se:& oẽs impios 'disperdet.

Promittit se perpetuò laudaturum Deum.

ת Laudem Iehouæ 'loquetur
os meum:&benedicet omnis ca
ro nomini sanctо eius in secu-
lũ & in perpetuũ. CXLVI.

¶Halelu-Iah.

Dauid celebrat Dei gloriam.

LAuda anima mea Iehouam:
Laudabo Iehouam in vi-
ta mea,psallam Deo meo quan-
diu ero.

Non fidendum hominibus,sed Deo.

Ne fidatis principibus, filio
hominis in quo non est salus.
'Egreditur spiritus eius,reuer
titur in terram suam, in die illa
'pereunt cogitationes eius.
Beatus *est is* ' in cuius auxilio
est Deus Iaꝟacób, cuius spes *est*
in Ieh oua Deo suo:

Act.14.c.15
apoc.14.b.7

|Qui fecit cælũ & terrã, ma-
re,& omnia quæ in eis *sunt*: qui
seruat veritatem in seculum:

Verax Deus in promissis.

19 *Voluntatem timentiũ se*
faciet,& deprecationẽ eorũ
exaudiet, & saluos faciet
eos.
20 *Custodit* Dominus *omnes*
diligentes se, & omnes pec-
catores disperdet.
21 *Laudationem* Domini
loquetur os meum: & bene-
dicat omnis caro nomini
sancto eius in seculum,& in
seculum seculi. CXLV.
1 Halelu-Ia *Aggai &*
Zacharia.
LAuda anima mea Do
2 *minũ, laudabo* Domi-
num in vita mea,psal
lã Deo *meo quandiu fuero.*
3 *Nolite confidere in prin-*
cipibus, in filiis hominum
in quibus non est salus.
4 *Exibit spiritus eius,& re-*
uertetur in terram suam:
in illa die peribunt omnes
cogitationes eorum.
5 *Beatus cuius* Deus *Iacob*
adiutor eius,spes eius in Do-
mino Deo *ipsius:qui fecit cæ*
lum & terram,mare,& o-
6 *mnia quæ in eis sunt.*
Qui custodit veritatem
in seculum,

19 Voluntatẽ רצון Desiderium.Beneplacitum. Facit יעשה *Futura Heb.pro præsentibus toto versu.* 20 Disperdet. ישמיד deuastabit.exterminabit. 21 Loquetur ידבר narrabit.

IN PSALMVM CXLVI.

4 Egreditur תצא *Fut.Heb.pro præs.*Emigrat spiritus eius,reuertitur in humum suam.*q.d.Homines sunt mortales,& spiritũ suum retinere non possunt:*Deo *illum repetente, tũc omnia eorum instituta remanent infecta.*Spiritum *intelligit vitalem flatum,vel potius immortalem spiritum,qui tanquam in domicilio,habitat in carne.Ecclesiastes,12.c.7. Et reuertatur puluis in terrã, quemadmodũ erat:& Spiritus reuertatur ad* Deum *qui dedit illũ.* Pereunt אבדו *Præt.Heb.pro præs.Significat irritas diffluere.* 5 In cuius aux.*&c.*שאל יעקב בעזרו *Ad verbũ.* cuius Deus Iaacob in auxilio eius,*i.cuius auxiliũ est* Deus *Iaacob.*

facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus:
Dominus soluit cõpeditos:
Dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, & viam peccatorum disperdet.

7 Qui facit iudiciũ ʼiniuria af-
fectis, qui dat panem famelicis:
Iehouáh soluit vinctos.
8 Iehouáhʼilluminat cæcos, Ie-
houáh erigit incuruatos, Ieho-
uáh diligit iustos.
9 Iehouáh custodit aduenas,
pupillum & viduam ʼsubleuat:
& viam impiorum subuertit.

Afflicti. Famelici. Vincti. Cæci. Incuruati. Iusti. Aduenæ. Pupillus. Vidua.

Regnabit Dominus in secula Deus tuus Sion, in generatione & generationẽ.

10 ʼRegnabit Iehouáh in seculũ,
Deus tuus Siión in generatio-
ne & generatione. Halelu-Iah.

CXLVI.

Laudate Dominũ, quoniam bonus est psalmus Deo nostro: sit iucunda decoráque laudatio.
AEdificans Ierusalẽ Dominus: dispersiones Israelis congregabit.
Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum:

CXLVII.

1 Laudate Iah, quoniã bonum
est canere Deo nostro, quo-
niã iucundũ & ʼdecora est laus.
2 ʼAEdificans Ierusaláim Ie-
houáh, eiectos Israel congre
gabit:
3 Qui sanat cõtritos corde, ʼ&
alligat dolores eorum:

Exhortatio ad canendum Dominũ, & quare.

7 Iniuria affectis, לעשוקים calumniam patientibus. oppressis.
8 Illuminat cæcos, פוקח עורים *Ad verbũ*, aperit cæcos. *i. oculos cæcorum.* 9 Subleuat: יעודד euehit. attollit. exaltat. erigit. *Fut. Heb. pro præs.* 10 Regnabit ימלוך *Fut. Heb. pro præs. Non sibi regnat Deus, sed in salutem nostram, vt vindex sit suorum, quum iniustè premuntur, vt cæcos illuminet, custodiat aduenam, &c.*

IN PSALMUM CXLVII.

1 Decora est נאוה pulchra est, à נאה *Chaldaico verbo, quod pulchrum & decorũ esse significat. Alij, ab* אוה *desiderauit, optauit, vertunt;* optabilis. desiderabilis. *vt scilicet dignè laudetur. q. d. Nullũ est studij genus in quo maiori cũ voluptate exercere vos debeatis, quàm in Deo laudando: nihil enim est optabilius.* AEdificans Ier. בונה ירושלים *Dicit Deũ opificem & architectũ vnicũ esse Ecclesiæ suæ, cuius specimen edere voluit in vetere illa Ierosolyma. Vsitata est loquendi ratio, qua Ecclesia confertur ædificio: acsi diceret, non consilio, vel industria, vel opibus & labore hominũ ædificari Ecclesiã, sed cælesti vnius Dei virtute, quã nõ passurus sit, tametsi dispersam, prorsus interire. Hoc elogio celebrat Deũ Propheta, vt Israelitæ dispersi spẽ suæ restitutionis cõciperent.* 3 Et alligat עצבותם *velut fasciis scilicet, more chirurgi. Per translationem dixit,*

Alligat dolores. *quia dixerat,* Sanat contritos corde. *acsi diceret, non modò seruari Diuinitus Ecclesiam, vt vigeat & stet in sua perfectione, sed restitui etiam vbi collapsa est: & vbi singula eius membra ægrotant, tunc Deum facere officium medici ac chirurgi.*

ᵃ *Qui* supputat numerũ stella- 4
rum, oẽs illas nominibus vocat.
Magnus Dominus noster, & 5
multus fortitudine, ᵇintelligen-
tiæ eius non est numerus.
ᶜSubleuat mãsuetos Iehouáh, 6
humiliat impios vsque ad terrã.
Laus Deo, quòd omnibus prouideat Canite Iehouæ ᵈ cum laude, 7
canite Deo nostro in cithara,
Qui operit cœlũ nubibus, & 8
parat terræ pluuiam: qui germi
nare facit *in* montibus herbam.
Qui dat iumento escã suam, 9
Iob 39.a.3 ᵉfiliis coruorum qui clamant.
Ne fidant homines suis præsidiis. Non in fortitudine equi ᶠvo- 10
luntatem habet,

Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autẽ peccatores vsque ad terram.
Præcinite Domino in cõfessione, psallite Deo nostro in cithara,
Qui operit cœlũ nubibus, & parat terræ pluuiam:
Qui producit in mõtibus fœnum, & herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorũ inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit,

4 *Qui* supputat מונה *Ratiocinatur à simili vel exemplo. nam dicit, difficilius nõ esse* Deo *palatos ac dispersos in terra homines colligere, quàm stellas in cœlo numerare, & cuique tribuere suum munus ac suam stationem.* Potest *videri allusisse ad promissionem illam,* N*umera stellas si potes: sic erit semen tuum.* Gene. 15. a. 5. *Quidam existimant hîc celebrari prouidentiam in cœli gubernatione, nullo circunstantiæ respectu.*
5 Intelligentiæ eius לתבונתו *Opponit intelligentiam sensui nostro, quòd non possimus capere quomodo hoc vel illud acturus sit quemadmodum promisit.* 6 Subleuat mansuetos מעודד ענוים Euehit [Attollit] miseros. *vel,* inopes. 7 Cum laude, בתודה in cõfessione. in laude. *Repetit quod initio posuerat, Laudandum ab omnibus Deum, idque cum gratiarum actione. Alludit autem ad veterem Legis ritum, quo tempore Leuitæ canebant ad citharam, & alia instrumenta.*
9 Filiis coruorum לבני ערב *More Hebraico* filios *pro pullis dixit. Quidam vertunt,* filiis corui quando clamant. *Fut. Heb. pro præs. &* אשר *aliquando accipitur pro aduerbio temporis.*
10 Voluntatẽ habet, יחפץ *Fut. Heb. pro præs.* complacet sibi. delectatur. *Per* equum & tibias *omne præsidij genus intelligit. Deridet falsam & peruersam hominũ confidentiã: quia vt quisque præsidiis bene munitus est, ita putat sibi superuacuam esse* Dei *gratiam. q.d.* Deo nõ

placent, neque ei sunt grati qui humanis subsidiis confidentes, non recumbunt in Dei *bonitatem & prouidentiã, expectãtes ab illo omnia. Seipsum declarat sequenti versu.*

nec in tibiis viri beneplacitum erit ei:
neque in tibiis viri ʼdelectatur.

Beneplacitum est Domino *super timentes eũ, & in eis qui sperat super misericordia eius.*
11 ʼDiligit Iehouáh timentes ipsum, ʼac sperantes in misericordia eius.

CXLVII.

Halelu-Iah.

Lauda Ierusalẽ. Dominum, lauda Deum tuum Sion:
12 Lauda IeruUsaláim Iehouã, lauda Deum tuum ʼSiión:

Hortatur Ierusalem & fideles omnes ad Dei laudem.

Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.
13 Quoniãʼroborat vectes portarum tuarum, benedicit filiis tuis in medio tui.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.
14 ʼQui ponit terminum tuum pacẽ,ʼadipe frumenti saturat te.

Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius.
15 ʼQui mittit verbũ suũ terræ: ʼcelerrimè currit verbum eius.

Qui dat niuẽ sicut lanã,
16 Qui dat niuẽ *albam* velut la-

Delectatur ירצה *Etiã Fut. Heb. pro præs.* afficitur. voluntatẽ habet. beneplacitum est illi. complacet sibi.

11 Diligit Iehouah, *&c.* רוצה יהוה את יראיו Complacet Iehouæ in iis qui ipsum timẽt. *Alij vertũt,* Propenso est affectu Iehoua erga timẽtes se. 13 Roborat חזק *Præterita Heb. pro præs.* Dicit Ec*clesiam sic* Dei *virtute munitam esse vt ab hostibus nihil metuere debeat: & intus prosperè habere populum per* Dei *gratiam.*

14 Qui ponit terminum tuum pacẽ, השם גבולך שלום *Hebraismus, pro, Terminos tuos donat summa pace. Vel, pacauit omnes fines tuos, ita vt si hostes illuc accedant, tamen non audeant incursus facere. q. d. Deus sic te defendit, vt hostes tibi nihil noceant. Alia loquendi forma quàm superior, tendens tamen in eundem finem. Quidã subaudita præpositione, vertunt, in* pace. Adipe frumenti saturat te. חלב חטים ישביעך medulloso tritico satiat te. *id est optimo tritico. Ista tritici abũdantia, aliarũ quoque rerum copia significatur. Futurum Heb. pro præs.* Et pinguedinem frumenti *metaphoricè vocat puram farinam, vel similaginẽ. q. d. Largè suppeditat tibi omnium bonorum copiã, vt nihil prorsus te deficiat.*

15 Qui mittit השלח Qui immittit. *vel,* demittit. *i. qui iubet terræ, Loquitur de arcano illo naturæ instinctu quo Deus singulas mũdi partes gubernat. hoc facit verbo suo, non intelligibiliter, vt loquuntur, sed tali arbitrio vt cælum & aer & omnia elementa obediant eius imperio.*

Celerrimè עד מהרה *Ad verbum,* vsque ad celeritatem. *i. summa celeritate perficiet quod mãdatũ est. Metaphora à cursorib⁹. Repetitio est.*

nam, pruinam velut cinerem ' spargit.
17 Proiicit glaciē suam 'vt buccellas: coram frigore eius quis stabit?
18 'Mittit verbum suum, & liquefacit ea: flat spiritus eius, *&* fluunt aquæ.
19 Annuntiat verbum suum ipsi IaVacób, statuta sua & iudicia sua IVsraVeli.
20 Non fecit sic cuilibet genti: '& iudicia *eius* non nouerunt.
Halelu-Iah. CXLVIII.

¶Halelu Iah.
1 Laudate Deum 'e cælis: laudate eum in excelsis.
Innuitat omnes creaturas quæ in cælo sunt, & quæ in terra.
2 Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius.
3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ 'luminis.
4 Laudate eum cæli cælorum: '& aquæ quæ supra cælos sunt,
Dan.3.e.60 gene.1.a.7

nebulā sicut cinerē spargit.
17 *Mittit crystallum suam sicut buccellas, ante faciē frigoris eius quis sustinebit?*
18 *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.*
19 *Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel.*
20 *Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Halelu Ia.*
CXVIII.
1 *Halelu-Ia.*
Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis.
2 *Laudate eum omnes Angeli eius: laudate cū omnes virtutes eius.*
3 *Laudate eum sol & luna: laudate omnes stellæ & lumen.*
4 *Laudate eum cæli cælorum & aquæ quæ super cælos sunt,*

17 Vt buccellas: כפתים tanquam frusta. *aut*, fragmenta. *tunc enim guttæ pluuiæ nimio frigore vertuntur in frusta.*

18 Mittit ישלח *Futura Heb. pro præsentibus.* Hebraismus, mittit verbū suū, *pro iubet, siue præcipit.* 20 Et iudicia, *&c.* ומשפטים בל ידעום *Ad verbum*, & iudicia non nouerunt ea. *i. & indicia quæ dedit eis, non nouerunt ea Gētes: hoc est non fecit eis nota, siue manifestauit. Alij pronomen affixum verbo, iungunt nomini, vertentes*, neque nouerūt iudicia eorum, *sub. Israelitarum.* Per iudicia *intelligit viuendi regulā. Idem significat quod Paulus, Act.14.c.16, Qui præteritis ætatibus siuit omnes Gentes suis ipsarum viis ambulare.*

IN PSALMVM CXLVIII.

1 E cælis, *&c.* מן השמים *.i. pars illa mundi quæ supra terram eminet, nempe aer, cælum, & quicquid supra cælos est, laudent Deum.*

3 Luminis. אור lucis. *i. lucidæ. Hebraismus.*

Laudent nomen Domini: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.	5	Laudēt nomen Iehouæ: quia ipse præcepit, & creata sunt:
Statuit ea in æternū & in seculū seculi: præceptū posuit, & non præteribit.	6	'Et stare fecit ea in perpetuum & in seculum: statutum dedit, '& non præteribit.
Laudate Dominū de terra, dracones & oēs abyssi:	7	Laudate Iehouam 'è terra, dracones & omnes voragines:
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.	8	'Ignis & grando, nix & vapor, 'ventus turbinis faciens verbum eius:
Mōtes & omnes colles, ligna fructifera, & oēs cedri:	9	Montes, & omnes colles, arbor fructifera, & omnes cedri:
Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ:	10	Bestia, & omne iumentum, reptile, & auis alata:
Reges terræ, & omnes populi, Principes, & omnes Iudices terræ:	11	Reges terræ, & omnes populi, Principes, & omnes Iudices terræ:
Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.	12	Iuuenes, & etiam virgines, senes cum iunioribus,
	13	Laudēt nomen Iehouæ: quia exaltatū est nomen eius solius,
Confessio eius super calū & terram: & exaltauit cornu populi sui.		'gloria eius super terrā & cælū.
	14	'Et extulit cornu populo suo,

6 Et stare fecit ea ויעמידם Et constituit ea. *vel*, stabiliuit.

Et non præteribit ולא יעבור *id est non delebitur, non abrogabitur, non cessabit. Sic hoc verbo vsus est Matthæus cap.24.c.35, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.*

7 E terra מן הארץ *Vt initio Psalmi dixerat,* è cælis: *ita nunc dicit,* è terra. *i. quicquid terra continet, laudet* Deum.

8 Ignis אש Ignem *pro fulminibus & fulgetris posuit.* Ventus turb. רוח סערה spiritus procellæ. *i. ventus procellosus, cuius ministerio vtitur* Deus. Vide *Psal.104, versu 4, Qui facit Angelos suos, Spiritus: ministros suos ignem flammantem.*

13 Gloria eius הודו magnificentia eius. celebritas dignitas.

14 Et extulit cornu populo suo וירם קרן לעמו Et attollet [*vel*, exaltabit] cornu populi sui. *Cornu, significat vires, robur, virtutē. q.d. Restituet vires populo suo: ita præsidio suo instruet, vt non timeant à suis hostibus. Quanuis* Dei *gloria satis in toto mundo refulgeat, peculiariter tamen in eius* Ecclesia *est conspicua.*

'laus omnibus misericordibus
eius, filiis Iiſraēl, 'populo pro-
pinquo ei. Halelu-Iah.

Hymnus omnibus ſanctis eius, filiis Iſrael populo appropinquanti ſibi. Halelu-Ia.

CXLIX.

¶Halelu-Iah.

Hortatur Prophe-ta Iſraelē ad Deū laudandū in omni genere laudis.

1 CAntate Iehouæ canticū nouū, laus eius in cōgregatione 'misericordium:
2 Lætetur Iiſraēl in factore ſuo, & filii Ṣiiōn exultent in Rege ſuo:
3 Laudent nomen eius 'in choro, in tympano & cithara canant ei:

Integra ſalus promittitur per Christum.

4 Quia 'complacet ſibi Iehouáh in populo ſuo: 'glorificabit humiles in ſalute.

CXLIX.

Halelu-Ia.

1 *CAntate Domino canticum nouū, laus eius in eccleſia Sanctorū:*
2 *Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum, & filiÿ Sion exultent in Rege ſuo:*
3 *Laudent nomen eius in choro, in tympano & pſalterio pſallant ei:*
4 *Quia beneplacitū eſt Domino in populo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutē.*

Laus omnibus, &c. 'תְּהִלָּה לְכָל וגו laus *decet* omnes pios eius atque filios Iſrael, populū illi propinquū. *Vel*, laus *erit* omnib⁹ ſanctis eius, filiis Iſrael, populo appropinquanti ei. *i. qui accedit ad eum, & cuius cultui addictus eſt. Aliÿ ſic reſoluunt iſtud membrum ſecundum, Ita vt materiam laudis præbuerit ſeruis ſuis.* Manſuetos *enim vocat omnes fideles: quia naturā referre debent Patris cæleſtis.* Populo propinquo ei. עַם קְרוֹבוֹ *Affixum pro ſeparto,* קְרוֹבוֹ *pro* קָרוֹב לוֹ. *Hortatur filios Abrahæ ad laudādū Deum, quia Deus illos præ alÿs Gentibus adoptauerit.* Populum propinquum Deo *dicit. propter eius cum illis gratuitum fœdus. Hac loquendi forma vtitur & Paulus, quum dicit Chriſtum veniſſe vt pacem annuntiaret iis qui longè erant, & pacem iis qui propè, Epheſ. 2. d. 17.*

IN PSALMVM CXLIX.

1 Miſericordium. חֲסִידִים piorum. benignorum. manſuetorum. ſanctorum. 3 In choro, בְמָחוֹל *Chorum ſignificare videtur præſertim* Exod. 32. d. 19. *Significare etiam fiſtulam vel tibiam, ex* Exod. 15. c. 20, *Iudicum* 11. *f.* 24, *&* 21. d. 22, *ac aliis locis, ſatis liquet.*

4 Complacet ſibi רוֹצֶה beneplacet ſibi. *i. maximè amat populum ſuum, & illo delectatur.* Glorificabit יְפָאֵר *Fut. Heb. pro præſ.* ornat. *i. nam id honoris exhibet manſuetis vt eos dignetur ope ſua. Aliÿ vertunt hanc partem verſus per præteritum,* exaltauit pauperos in ſalutē. *Vel,* manſuetos. N*am* עֲנָוִים *Hebræi vocāt pauperes & afflictos: vnde* עֲנָוִים *quòd manſuetos ſignificat, quia domātur homines inopia & flectūtur ad manſuetudinē; ſicuti ſatietas ferociā parit, inſoleſcuntque ho-*

mines vbi omnia prosperè succedũt. Hac certe loquẽdi forma exprimit magnificum & insignem modũ quo Deus populum suum liberauit: acsi diceret, Fuit olim Deus populi sui seruator: iterum talem se ostẽdet, idque splendido & mirabili modo. Huc quoque spectabat Propheta vt fideles expectarent plenam restitutionem, cuius cernebant exordia quædã dũtaxat, quum reuersi sunt ab exilio Babylonico: quam perfecturus erat vbi misisset redemptorem suum promissum.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.	5	Exultabunt misericordes ʹin gloria, ʹexultabunt in cubilibus suis.
Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum,	6	ʹExaltationes Dei in gutture eorum, & gladius ʹanceps in manu eorum,
Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis:	7	Ad faciendam vindictam de Gentibus, ʹincrepationes in populis:
Ad alligandos Reges eorũ in cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:	8	ʹAd alligandum Reges eorũ catenis, ʹ& nobiles eorũ compedibus ferreis:

5 In gloria בכבוד de gloria *id est ob gloriam qua gloriabuntur quòd liberati sint, quòd iterum floreant, & restituantur in integrum. Alij,* in decore. Exultabunt in cubilibus suis ירננו על משכבותם iubilabũt super cubilia sua. *Alij,* ouabũt de cubilibus suis. *i. de alta quiete, & tranquillitate solida.* 6 Exaltationes רוממות *i. summæ laudes. q. d. De magnificis factis* Dei *semper loquuntur. vel loquentur: pleno gutture cãtaturi sunt laudẽ* Dei. Anceps פיפיות *Ad verbũ,* duarũ acierũ. *i. vtrinque incidens. Singulare pro plur. q. d. inuictam potentiam adipiscentur. Iterum confirmat Iudæos, postquam restituti fuerint, nõ minus & robustos & beatos fore, quàm olim quum integer esset eorum status: armandos nanque esse gladiis qui vtrinque scindant, quo facilior victoria contingat.*

7 Increpationes תוכחות castigationes. 8 Ad alligandũ לאסור Vt vinciant. *Regum & principum fit mentio, vt certi sint Iudæi, se non modò victores fore aduersus homines plebeios & contemptos: sed & si occurrant etiam Reges, & copias suas opponant, tamen Deum fore superiorem. Amplificationem continet versus iste. Hæc impleta esse sub Machabæis, quidam scribunt: qui etsi iure hæreditario dominati non fuerint, tamen fuit hoc maximæ Dei gratiæ opus, quòd tũc populus recuperauit suã libertatem qua ad tempus fuerat priuatus: imò propagatum adeò fuit regnum vt latius dominati sint Iudæi quàm sub Dauide. Non dubium autem quin Propheta ducat fideles ad Regem illum Christum, qui suo aduẽtu debebat in integrum restituere suam Ecclesiam.* Et nobiles eorum ונכבדיהם & proceres eorum, dignitate pollentes, magnates.

'Ad faciendũ in eos iudiciũ 9
ſcriptũ:'decor iſte *erit* omnibus
miſericordib' ſuis. Halelu Iah.

¶Halelu-Iah. CL.

LAudate Deũ'in Sãctitate e- 1
ius: laudate eum ' in firma-
mento fortitudinis eius.
Laudate eum'in fortitudini- 2
bus eius: laudate eum 'ſecũdum
multitudinẽ magnitudinis ei'.
Laudate eũ in clangore bucci 3
næ: laudate eũ in nébel & cithara.
Laudate eũ in tympano, & fiſtu 4
la: laudate eũ fidibus & organo.
Laudate eum in cymbalis 'ſo- 5
noris, laudate eum in cymbalis
iubilationis.
'Omnis ſpiritus laudet Iah. 6
Halelu-Iah.

Vt faciant in eis iudiciũ conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Halelu-Iah.

Halelu-Iah. CL.

1 *LAudate Dominum in Sãctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius.*

2 *Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum ſecũdum multitudinem magnitudinis eius.*

3 *Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cithara.*

4 *Laudate eum in tympano & choro: laudate eũ in chordis & organo.*

5 *Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpirit' laudet Dominum. Halelu-Iah.*

9 Ad faciendum in eos iudicium ſcriptum: לעשות בהם משפט כתוב *Hebraiſmus, pro, vt ſumant de eis pœnas iuxta ſcriptum Legis, in qua vt Gentes delerent, mandatum erat illis.* Decor iſte הדר הוא Decus iſtud. *Victoriam intelligit quæ omnibus piis Diuinitus datur.*

IN PSALMVM CL.

1 In Sanctitate eius: בקדשו in Sancto eius. *vel,* in Sacrario eius. *i. in templo, quod cælum figurabat. Proponit enim Deum in cœleſti ſolio: acſi diceret, Si frigetis in canendis Dei laudibus, attollite animos ad Sanctuarium illud cæleſte in quo regnat, neceſſe erit animos veſtros accẽdi. nam ipſe cæli conſpectus rapit nos in admirationem ſui, quanto magis in admirationem gloriæ Dei?* In firmamento ברקיע in expanſo. *i. vos homines qui cõtinemini eius firmamẽto, in quo eius potẽtia relucet.*

2 In fortitudinibus eius: בגבורותיו propter fortitudines eius. *i. ob egregia facinora eius.* Secundũ multitudinem, &c. כרוב גדלו iuxta excellentem magnitudinem eius. *Alij,* pro eximia magnitudine eius. *Alij,* præ amplitudine magnitudinis eius. 5 Sonoris. שמע Ad *verbum,* auditus. *vel* auditionis. *i. ſonoris, vel canoris.*

6 Omnis ſpiritus כל הנשמה Omnis halitus. *Vel,* quicquid ſpirat. *Ad omne genus animantium dirigit ſermonem: tametſi hoc de ſolis hominibus quidam exponant.*

LIBRI PSALMORVM FINIS.

CANTICVM MOSIS QVOD CECINIT Domino cum toto populo, quòd liberasset eos de ser uitute AEgyptiaca, & manu Pharaonis. Exod.x v.

Tunc cecinit Moyses & filii Israel carmē hoc Domino, & dixerunt, Cātemus Domino: gloriosè enim magnificat⁹ est, equum & ascensorem deiecit in Mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomē eius.

Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in Mare: electi principes eius submersi sunt in Mari rubro.

Abyssi operuerunt eos, de-

1 Tunc cecinit Moшéh & filii Iшraнél cāticū istud Iehouæ, & dixerūt in hūc modū, Cātabo Iehouæ, quia magnificādo magnificatus est, equum & sessorem eius proiecit in Mare.
2 Fortitudo mea, & laus *est* Iáh: fuit enim mihi in salutem: iste Deus meus, propterea taberna culum faciam ei: *iste* Deus patris mei, propterea exaltabo eum.
3 Iehouáh vir belli, Iehouáh no men eius.
4 Currus Paryóh & exercitum eius proiecit in Mare, & electi principes eius submersi sunt in Mari σsuph.
5 Voragines operuerūt eos, de-

1 Tunc cecinit אז ישיר *Fut. Heb. quod præter sensum, etiam particula* אז *indicat vertendum esse per præt. Singulariter autem dicit* Cecinit, *quòd solus Moses composuerit canticum in laudem Domini, alii autem accinuerunt.* Iehouæ, ליהוה *.i. in laudem Iehouæ.* Magnificando magnif. גאה גאה H*ebraismus, mirum in modū magnificatus est. strenuè admodum egit: magnum & fortem, strenuúmque se esse ostendit.*

2 Fortitudo mea & laus עזי וזמרת *. i. Deus est cuius auxilio hostib⁹ superior fui, & qui mihi propterea cāticis celebrandus est: tulit enim mihi opem.* Fuit enim ויהי Ad *verbum*, & fuit. *vel*, & factus est *.i. tulit mihi opem, & liberauit me.* Propterea tabernaculū faciā ei: ואנוהו Ad *verbū*, & tabernaculū construā ei. *in quo scilicet illū colam. sic mox.*

3 Vir belli, איש מלחמה *Hebraismus, bellicosus admodū.* 4 Proiecit ירה eiaculatus est. *q.d. tanta facilitate deiecit in mare, quāta quis emittere solet sagittas arcu.* Et electi principes eius. ומבחר שלשיו Ad *verbum*, & electio principum eius. *i. optimi quique principes eius.*

5 Voragines תהמת Gurgites. Abyssi. Operuerunt יכסימו *Fut. Hebr. pro præt.*

ſcenderunt in profunda tanquã
lapis.

*ſcenderũt in profundũ qua-
ſi lapis.*

Dextera tua Iehouáh, ʻmagnifi 6
cata eſt fortitudine: dextera tua
ô Iehouáh, cõfregit inimicum.

*Dextera tua Domine ma
gnificata eſt in fortitudine:
dextera tua Domine percuſ
ſit inimicum.*

ʻEt in multitudine magnifi- 7
cẽtiæ tuæ deſtruxiſti inimicos
tuos: immiſiſti iram tuam, deuo
rauit eos ſicut ſtipulam.

*Et in multitudine gloriæ
tuæ depoſuiſti aduerſarios
tuos: miſiſti iram tuam quæ
deuorauit eos ſicut ſtipulã.*

ʻEt ſpiritu naris tuæ coaceruа- 8
tæ ſunt aquæ, ſteterũt ſicuti acer
uus fluenta, coagulatæ ſunt vora
gines in corde Maris.

*Et in ſpiritu furoris tui
congregatæ ſunt aquæ: ſte-
tit vnda fluens, congregatæ
ſunt abyſsi in medio Mari.*

Dixit inimicus, Perſequar, cõ- 9
prehendam, diuidam ſpolia, ʻex-
plebitur eis anima mea, euagina
bo gladium meum, perdet eos
manus mea.

*Dixit inimicus, Perſequar
& comprehẽdam: diuidam
ſpolia, implebitur anima
mea: euaginabo gladiũ meũ
interficiet eos manus mea.*

Flauiſti vento tuo, & operuit 10
eos Mare, ʻabſorpti ſunt tanquã
plumbũ in aquis vehemẽtibus.

*Flauit ſpiritus tuus, & o-
peruit eos Mare: ſubmerſi
ſunt quaſi plumbum in a-
quis vehementibus.*

Quis ſicut tu in diis ô Ieho- 11
uáh? quis ſicut tu, ʻmagnificus in
ſanctitate, ʻ terribilis laudibus,
faciens mirabilia?

*Quis ſimilis tui in forti-
bus Dñe? quis ſimilis tui,
magnificus in ſanctitate, ter
ribilis atque laudabilis, fa
ciens mirabilia?*

6 Magnificata eſt fortitudine נאדרי בכח Hebraiſmus, *pollet vi ribus mirabilibus. ornata eſt viribus. eſt admodũ inſignis robore. Vel, planum factum eſt, manum tuam magnam ac fortẽ eſſe, ex eo quòd per eam fortiter egeris.* 7 Et in multitudine magnif. tuæ וברב גאונך Hebraiſmus, *Magnificentia tua inſigni & multa. ſiue,* Excellenti *tua fortitudine.* 8 Et ſpiritu naris tuæ וברוח אפיך *.i. vento quem immiſiſti: eſt enim author flatuum. Alii vertunt,* Et à ſpiritu furoris tui.

9 Explebitur eis anima mea תמלאמו נפשי *.i. ſatiabitur diuitiis eorum deſiderium meum.* 10 Abſorpti ſunt צללו demerſi ſunt. deſcenderunt in profundum. 11 Magnificus נאדר magnificatus eſt. *i. præditus eſt inſigni ſanctitate. A ſecunda perſona ad tertiam eſt tranſitus.* Terribilis laudibus נורא תהלת Hebraiſmus *qui cum ſumma reuerentia, vel cum ſummo timore laudandus eſt.*

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

12 Extendisti dexteram tuam, 'deglutiuit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.

13 'Duces per misericordiã tuã populum hunc *quem* 'redemisti, duces in fortitudine tua 'ad habitaculum sanctitatis tuæ.

Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerũt habitatores Philisthiim.

14 'Audient populi, 'irascentur, dolor apprehendet habitatores Palæsthinæ.

Tunc cõturbati sunt principes Edõ, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerũt omnes habitatores Chanaã.

15 Tunc turbabuntur principes ʾEdóm, robustos Moáb apprehendet tremor, 'dissoluentur omnes habitatores Chenáʿan.

Irruat super eos formido & pauor: in magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertrãseat populus tu⁹ iste quem possedisti.

16 Cadet super eos terror & pauor: 'ad magnitudinem brachii tui tacebunt tanquam lapis: donec transierit populus tuus, ô Iehouáh, donec transierit populus iste *quem* 'acquisiuisti.

Introduces eos, & plantabis in mõte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo quod operat⁹ es Domine: Sãctuarium tuũ Domine quod

17 'Introduces eos, & plantabis eos in mõte hæreditatis tuæ, 'loco *quem* præparasti, ô Iehouáh, vt *illic* sedeas: *nam* Sanctuarium

12 Deglutiuit eos תבלעמו deuorauit eos. *q. d. non solùm obruti sunt aquis, sed & terra aperuit os suum, & absorpsit eos. Quidam per terram, aquas significari volunt.* 13 Duces נחית *Præt. Heb. pro fut. vel,* Deducas *Paulo pòst, in principio versus 17, futura sunt.* Redemisti גאלת *.i. eruisti de seruitute.* Ad habitaculum, *&c.* אל נוה וגו' *.i. ad montem Sion in quo postea ædificatum fuit templum.* 14 Audient שמעו *Præteritũ Heb. pro futuro.* Irascentur. ירגזון commouebuntur. 15 Dissoluentur נמוגו *id est, erunt animo dissoluto ac remisso.* 16 Ad magnitudinem brachii t. בגדל זרועך *.i. ob fortitudinem tuã quam brachio tuo ostẽdes. Alii vertũt,* per brachium tuum forte. *vt sit inuersio: pro* בזרוע הגדול. Acquisiuisti. קנית præparasti. 17 Introduces eos, תביאמו Deduces eos. Perduces eos. Loco מכון *in base. i. sede illa. Ad verbũ,* loco ad habitandum te *fecisti,* ô Iehouah. *Ordo dictionum inuersus,*

pro, in basi quam fecisti vt *illic* sedeas. i. *in qua proposuisti habitare. siue quam delegisti tibi.*

Domine firmabunt manus tuæ.

firmabunt manus tuæ.

18 Tunc Iehouáh regnabit in seculum & in perpetuum.

Dominus regnabit in æternum & vltrá.

19 Quia ingressi sunt equi Paryóh cum curribus eius & equitibus eius in mare, & reduxit Iehouáh super eos aquas Maris: filii autem Iisraël ambulauerũt per siccum in medio maris.

Ingressus est enim equus Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas Maris: filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

Firmabunt כוננו *Præt. Heb, pro fut. i. ædificabunt & extruent. q.d. nam præcipies tibi ædificari templum in sede illa & loco in quo constituisti habitare.* 18 Regnabit ימלך Vide *Psal.* 146.*d*.10.

CANTICVM MOSIS QVOD MORITVRVS tradidit Israeli ediscendum, & cantandum perpetuó. Deut. XXXII.

1 AVscultate cæli, & loquar, & audiat terra eloquia oris mei.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

1 Auscultate האזינו Auribus percipite. Arrigite aures. Audite. *Hebræi scribunt canticum istud esse summarium totius* Legis. *facit enim mentionem de magnificentia* Dei, *de creatione mundi, de vno* Deo *colendo, de generatione diluuii, de diuisione linguarum & terrarum, de electione populi Israelitici, de beneficio in deserto ei exhibito, & futura mortuorum resurrectione, &c. Præterea quòd cælum & terram in testimoniũ adducat, hoc fieri ex affectu exhuberantissimo: idque duab⁹ rationib⁹. Altera, quòd cælum & terra perpetuò durent, homines autem pereant & moriantur. Altera, vt innuat quòd si nõ essent seruaturi præcepta* Dei, *fore vt cælum non daret pluuiam suam, terra non daret fruges suas: secus verò si* Legem Dei *seruarent. Hactenus* Hebræi. *Hæc sanè est grauissima contestatio: nam perinde est acsi hominibus nullæ essent aures, propterea ad elementa confugiendum fuit. Sic enim loquitur* Moses *vt de re prodigiosa & stupenda quæ mutis etiam elementis horrorem incutere debeat, quòd Israelitæ defecturi essent à* Deo, *à quo tot beneficiis ornati erant. Simili præfatione vsus est & Iesaias, cap.* 1.*a*.1. Et loquar: ואדברה *Hebraismus, pro, me loquente. q.d. Attendite diligenter ad ea quæ dicturus sum.*

Et audiat terra ותשמע הארץ *Mutatio personæ, pro* Tu *terra audi, &c. q.d. vos cælum & terra inuoco testes.*

Concrescat in pluuiā doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.

2 'Stillet vt pluuia, doctrina mea: 'stillet vt ros, eloquium meum, vt pluuiæ super' gramen, '& vt imber super herbam. *Doctrina.*

Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.

3 'Quia nomen Iehouæ inuocabo:' date magnitudinem Deo nostro.

Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius indicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.

4 'Dei 'perfectum est opus: omnes enim ' viæ eius iudicium: 'Deus veritas, & non est iniquitas *in eo*, iustus & rectus est. *Opera Dei.*

2 Stillet יערף *Fut. Heb. pro præs. optatino sub. in corda Israelitarum. q. d. Vtinam doctrina mea efficiat quod in agris aqua: vt ea non sit vana, sed fructum afferat.* Quidam *vertunt*, descendat. Stillet תזל defluat. *in animos scilicet audientium. vt ros gratissimus qui terram fœcundare solet. Chaldæus paraph. totum versum sic vertit*, Suauis sit sicut pluuia doctrina mea, suscipiatur sicut ros verbū meum, sicut venti pluuiæ qui perflant super gramen, & sicut guttulæ imbris serotini quæ veniūt super herbam. Gramen, דשא *Significat herbā recentem & tenerā. Vide Genes. 1. b. 11.* Et vt imber, *&c.* וכרביבים עלי &vt pluuia vehemēs [*vel, imber* densus & minutus] super herbā. *Multis verbis eandem rem dicit: acsi tantùm diceret, Vtinam doctrina mea & sermo meus non sit inutilis in vobis.* 3 Quia nomen, *&c.* כי שם יי Quoniam nomen Iehouæ celebrabo. *vel* cantabo. *i. cantabo de inuocando & colendo vno solo Deo cōtra idololatras futuros in populo meo.*

Date magnitudinē Deo nostro. הבו גדל לאלהינו *Hebraismus, pro magnificate Deum nostrum. i. nolite vllum Deum colere, aut vlli quicquā maiestatis, aut potestatis tribuere, nisi vni Deo nostro, huius solius est maiestas, magnitudo, potestas: omnes alii dii, vani, mendaces, & nihili sunt. Alii vertunt, totum hunc versum hoc modo: posteriorem parti præcedēti coniungentes.* Quoniā [Quando] nomen Domini prædico [*vel,* celebro] magnificate *interim* Deum nostrum. *sub. in cordibus vestris. Hîc est finis præfationis. alloquitur autem non solùm cælum & terram, sed & omnes auditores.*

4 Dei הצור *Ad verbum,* Rupis. *vt infrà versu 18. Vocat Scriptura Deum rupem ob stabilitatē, immutabilitatem, & perseuerantiam, qui stat promissis suis.* Perfectum est opus: תמים פעלו *Singul. Hebr. pro plur.* perfecta opera eius. *Commendat Deum ab operibus. q. d. nulla ratione culpari, aut reprehendi possunt opera Dei.* Viæ eius iudicium: דרכיו משפט viæ eius *in* iudicio. *i. iusta & æqua semper. Repetitio. Quicquid agit, iustum est & æquum.* Deus veritas אל אמונה Deus fidei. *i. fidelis in promissionibus suis.*

5 'Corrupit *sese* illi, nō filii eius, macula eorum, generatio praua & peruersa.

6 'Nunquid Iehouæ retribuitis istud, populus stulte, & insipiens? nōne ipse est pater tuus *qui* 'possedit te, ipse fecit te, '& præparauit te?

Hortatur Moses populum vt consideret Dei beneficia erga se.

7 Memento 'dierum seculi, 'intellige annos 'generationis & generationis: interroga patrē tuū, '& annuntiabit tibi: senes tuos, & dicent tibi.

8 'Quando hæreditates distri-

5 *Peccauerunt ei, non filii eius in sordib⁹, generatio praua atque peruersa.*

6 *Hæccine reddis Domino, popule stulte & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te, & fecit, & creauit te?*

7 *Memento dierū antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrē tuū, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.*

8 *Quando diuidebat Altis-*

5 Corrupit *sese, &c.* שחת לו וגו' *Difficilis est locus propter dictionum ordinem inuersum, sic autem construi debet & verti,* Generatio praua atque peruersa, *qui* non *sunt* filii eius, *in* ignominiam suam corrupit *sese* illi. *i. Generatio praua & peruersa, appositiuè, quæ non est filii eius, quæ non habet Deum pro patre, non agnoscit Deum creatorem suum:* corrupit *se, deprauauit ingeniū suum, in ignominiam illi, scilicet* Deo: *hoc est, in dedecus Dei.* Vel, in ignominiam suam: *hoc est quod est illi probro. Sic de illis futurum asserit, quòd non erant mansuri in sana doctrina & vero cultu Dei: sed sicut solet generatio praua & adultera (vt Christus quoque eos vocat Matth. 12. c. 39) corrumpuntur, vt iam nō sint filii, propter fœditatem, & vitiosam religionem à se repertam, sed spurii.*

6 Nunquid Iehouæ, *&c.* הליהוה וגו' An hoc Iehouæ redditis popule stulte, *&c. Hæccine retribuitis, vel reddere debetis, &c. Fut. Heb. pro præs. Hîc incipit exprobrare ingrato populo. Vide autem ardentissima & vehementissima verba.* Possedit te, קנך cōparauit te. *vel* acquisiuit. *i. asseruit te in libertatē. Alludit ad seruitutē Ægyptiacā q. d. quorsum hæc ingratitudo? nónne deberes illum agnoscere creatorē tuū & gratias agere?* Et præparauit te? ויכננך & concinnauit te? adaptauit. *arte scilicet indicibili.* 7 Dierum seculi, ימות עולם dierū antiquorū. *i. temporū præteritorū, siue priscorū. q. d. Renoca in memoriam tempus elapsum: Incipit ex ordine numerare beneficia in populū ingratum collata & perdita.* Intellige בינו considerate. *Mutatio numeri Heb.* Generationis & gener. דור ודור *Hebraismus, multarum generationum. i. priscos.* Et annuntiabit tibi: ויגדך & indicabit tibi. *beneficia scilicet quæ contulit huic genti.* 8 Quando hære. *&c.* בהנחל עליון *Ad verbum,* Quū hæreditare fecit Altissimus. *vel,* assignauit hæreditatem. *i. Quādo Altissimus diuisit patrias & regiones, & assignauit eas cunctis gentibus; iam tum decreuerat dare filiis*

Israel terram illorum septem populorum quos sub aduentum ipsorum Israelitarum eiecit è terra Chanaan. vel, tunc dedit septem gentibus, Amorrhæis scilicet, Henæis, &c. tantam regionis planitiem, quæ numero filiorum Israel sufficeret. Primum beneficium est, quòd quum Deus sit, & omnium gentiu Deus, vt quas diuisit, Gene. 11. b. 8, & distribuit eis urbem terrarum, vnicuique genti suam portionem & terminum, vt Paulus hunc versum æmulatus, Act. 17. f. 26, docet: tamen non omnes elegit sibi in populum quorum peculiariter esset Deus vero & legitimo cultu: sed posuit limites, vt solùm vbi filij Israel essent, ibi esset populus eius. Vbi verò finiretur limes filiorũ Israel, ibi cessaret populus Dei, & inciperet terminĩ Gentiũ.

simus gentes, quando separabat filios Adam, cõstituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.

buit Excelsus gentibus, quando separauit filios hominum, statuit terminos populorum secundum numerum filiorum Iisraelis.

9 *Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.*

Pars enim Iehouæ est populus eius, Iaacób sors hæreditatis eius.

10 *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis: circunduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillã oculi sui.*

Inuenit eum in terra deserti, & in vastitate horroris deserti: circunduxit eum, instruxit eum, custodiuit eum vt pupillam oculi sui.

11 *Sicut aquila prouocãs ad*

Vt aquila *quæ* excitat nidum

Statuit יצב assignauit. 9 Iaacob sors, &c. יעקב חבל נחלתו Iaacob funiculus [*i. portio*] hæreditatis eius. *id est hæreditas eius. funiculis enim diuidebantur hæreditates. Istud est declaratio prioris partis huius versus. q. d. Non est mirum quòd expulsis illis populis dederit* Dominus *patriam illorum Israelitis: sunt enim Israelitæ populus eius, & quidem tam proprius, quàm est alicuius portio hæreditaria. vel (vt alij exponunt) non latius patet populus eius, quàm quousque extenditur natio Israelitica. Istis scilicet verbis describitur quàm peculiaris sit iste populus Dei.* 10 Inuenit eũ ימצאהו Deprehendit eum. *nempe Iacob, siue populum Israeliticum, cui apparuit in nube quum erraret in deserto, & cœpit eum deducere. In monte Sinai pepigit fœdus cũ eo. Istud est alterum beneficium.* Et in vastit. &c. ובתהו ילל *Hebraismus*, in vasto & horrendo deserto. Circunduxit eum, &c. יסובבנהו יבוננהו *Ad verbum*, circuire fecit eum, intelligere fecit eum. *sub. Legem. id est docuit.* 11 *Quæ* excitat nidum suum. יעיר קנו *Fut. Heb. pro præs.* quæ prouocat nidum suum. *i. prouocat ad volandum pullos suos, qui sunt adhuc in nido. Continens pro contento. His*

verbis significat quomodo eos in deserto fouerit, mores eorum tulerit, atq; tentauerit, ac benefecerit eis, vt discerent volare, id est fidere in eum, vt ca-pite octauo Deuteronomii videri potest.

suum, super pullos suos cubat, expādit alas suas, assumit eum, portat eum super alas suas.

volandū pullos suos, & su-per eos volitās, expādit alas suas, & assumpsit eū, atque portauit in humeris suis.

Iehouáh solus deduxit illum, & non fuit cum eo deus alienigenæ. 12

Dominus solus dux eius fuit: & non erat cū eo deus alienus.

Imposuit eum super excelsa terræ, & comedit fructus agri, & fecit vt sugeret mel è petra, & oleum è silice petræ: 13

Constituit eum super ex-celsam terram, vt comede-ret fructus agrorum, & su-geret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo:

Butyrū bouis, & lac ouium, cum adipe agnorum, & arietes filios Baŭsan, & hircos vnà cū adipe granorum tritici, 14

Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe a-gnorum, & arietū filiorum Basan, & hircos cum me-dulla tritici,

Cubat, ירחף *Fut. Heb. pro præs.* Assumit eum, &c. יקחהו וגו׳ *sub. nidum. i. illos pullos suos, & portat eos super alas suas. Sing. Heb. pro plur.* 12 Deus alienigenæ אל נכר *sub. gentis. i. nullus Deus alie-nus adiuuit eum.* 13 Imposuit eum, &c. ירכיבהו וגו׳ *Ad ver-bum*, Equitare faciet eum super excelsa terræ. *id est in regione ex-celsa & alta. Hoc dicit quòd Terra sancta sit in medio climate mundi. Po-suit igitur eum in summa parte orbis. Tertium beneficium quo descri-bitur situs & opulentia terræ Chanaan illis donata, quid in terra subli-mi & egregia habitarēt, & fructu agrorum alerentur copiosè. Quidam per futurū vertere malunt, quòd sit prophetia.* Et fecit vt sug. &c. ויניקהו דבש מסלע וגו׳ *Poeticè dixit, & figuratè,* mel de petra, & oleū de saxo sugi, *vt significet fuisse in ea terra maximā abundantiam mellis & olei. q. d. Illic nullus locus erit infœcūdus & vacuus rebus bonis & sua-uibus: etiam in rupibus ipsis erunt oliuæ & mel. Siquidem & oliuæ gau-dent petrosis & sterilibus locis: & apes mellificant vbiuis, etiā vbi nullus est ager.* E silice petræ. מחלמיש צור *. i. è petra durissima. Sic Deut. cap. 8. c. 15.* 14 Butyrum bouis, חמאת בקר *sub. fecit vt come-deret. Et hîc poetica quadā phrasi, opulentiam describit, quòd butyro & lacte, & pinguibus agnis alerētur, & arietibus saginatis, &c.* Cum adipe agnorū, עם חלב כרים *Hebraismus, cum agnis pinguibus.* Fi-lios Basan, בני בשן *. i. enutritos & educatos in monte ac regione Basan fertili. Arietes* filios Basan, *phrasi* Hebraica *vocat pinguissimos arietes.*

Vnà cum adipe gran. tritici, עם חלב כליות חטה *Ad verbum, cum* adipe renū tritici. *i. granorū: quòd illa renibus sint similia. à radice* כלה.

hoc est, cum farina optima granorum triticeorum, quæ præ se ferunt figuram testiculorum & renunculorum. Subaudiendum autem Comedit.

& sanguinem vuæ biberet meracissimum.

'& sanguinē vuæ bibisti merū.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatꝰ, dereliquit Deum *factorem suum, & recessit à* Deo *salutari suo.*

15 Et impinguatus est 'Iꝟsraꝥél & recalcitrauit: 'impinguatꝰ es, incrassatus es, operuisti: & dereliquit Deum *qui* fecit eum, 'ac despexit Deum salutem suam.

Saturatus Israel & ingratus, conuertitur ad idola.

Prouocauerunt eū in diis alienis, & in abominationibus ad iracūdiam cōcitauerunt.

16 'Zelare fecerunt eū propter extraneos, 'per abominationes irritauerunt eum.

Immolauerunt dæmoniis & nō Deo, *diis quos ignorabant: noui recentésque*

17 Sacrificauerūt dæmoniis, nō Deo, diis quos non nouerāt, 'nouis *qui* de propinquo

Et sanguinem vuæ ודם ענב *Phrasi Hebraica succum vuarum vocat* sanguinē, *quòd propter colorem videatur sanguis.* Merum *autem per appositionem positum. hoc est, vinum optimum, & rubrum bibes. Quidam in futuro malunt vertere, vt dictum est.*

15 Iꝟsraꝥél ישורן Ad *verbum,* Rectus. *sic dictus Israel quòd fuerit rectus, à* ישר. *Quidam deducunt à* שור *aspicere. verùm rectius est vt à* ישר *deducatur, vt scribit ex doctis* Hebræorum *alter,* Succulentus *(inquit) factus Israel,* Deo *rebellis fuit.* Impinguatus es, *&c.* שמנת עבית כשית *Mutatio personæ,* pinguis factus es [euasisti pinguis & succulentus] contraxisti crassitiem, operuisti. *sub. pinguedine cor tuum, siue animū, qui penè suffocatus fuit, adeò vt nihil intelligas.* Paulo *plenior est loquutio in* Psalmo *17.c.10, Adipe suo clauserunt.* Integra *legitur* Iob *15.c.27, Operuit impius faciem suam adipe suo.* Ac despexit וינבל ac floccifecit. vilipendit. *Doctus inter* Hebræos *exponit.* depressit. *vel,* deprimere conatus est. *sub. à magnitudine sua. aut, depressit dignitatē* Dei *sui.* Chaldæus *paraphrastes sic versum istum transtulit,* Diues factus est Israel, & recalcitrauit. admodum prosperè successit, & acquisiuit facultates. & reliquit cultum Dei factoris sui, exasperauit fortissimum redemptorem suum. 16 Zelare fecerunt eū, *&c.* יקניאהו בזרים Prouocauerunt eum ad æmulationem in externis. *sub. diis. vel,* per externos. Chaldæus *paraph.* Ad æmulationem concitauerunt eum cultu idolorum. *Eadem habes paulo post versu* 21.

Per abominationes, *&c.* בתועבות יכעיסוהו in abominationibus ad iram prouocauerunt eum. *id est per cultum idolorum contenderunt prouocare ad iram.* Idem *bis dicit aliis verbis.* Sequenti *versu seipsum declarat.* 17 Nouis *qui* de propinquo *&c.* חדשים מקרוב באו recentibꝰ qui nuper venerūt. *i. quorū fama nuper ad homines ipsos peruenit.*

Kai.

venerunt, quos non timuerunt
Patres vestri.
18 'Dei qui genuit te, oblitus es:
oblitus es inquam Dei 'qui ge-
nerauit te.

Minatur afflictiones Deus Iudaeis ingratis.

19 'Quum autem vidisset Ieho
uáh, exacerbatus est præ ira in
filios & filias suas.
20 Et dixit, Abscondam faciem
meā ab eis, videbo 'quid in no-
uissimo eorum: generatio enim
peruersitatū sunt, & filii in qui-
bus nulla est fides.
21 'Ipsi zelare fecerunt me in *re*
quæ non *est* deus, irasci fecerunt
me in vanitatibus suis: ‖'& ego
zelare faciam eos in *eo qui* nō est
populus: in gente stulta prouo-
cabo eos ad iram.

Iere.15.c.14
rom.10.d.19

venerunt, quos non coluerūt Patres eorum.
18 *Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Dei creatoris tui.*
19 *Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ suæ.*
20 *Et ait, Abscondā faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.*
21 *Ipsi me prouocauerūt in eo qui non erat Deus, & irritauerūnt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.*

18 Dei צור *Ad verbum*, Rupis, *vt suprà versu* 4. Qui generauit te. מחוללך qui creauit[*vel*, formauit] te. *ab* חול. *Præf. Heb. pro præt.* 19 Quum autem vid. *&c.* וירא יהוה וגו' *Ad verbū*, Et vidit Iehouáh, & abominatus est præ ira filios suos & filias suas. *i. viros ac mulieres. Chaldæus paraph.* Manifestatum itaque est corā Domino, & excanduit furor eius, eo quòd irritauerunt eū filii & filiæ.
20 Quid in no.e. מה אחריתם *sub. futurū sit. vel*, quid in fine suo. *sub. patientur. i. quid ad extremum facturi sint. vel, quid accidet illis ad extremum.* 21 Ipsi zelare fecerunt me, *&c.* הם קנאוני בלא אל *Confer versum istum cū paulo antè præcedenti versu* 16, Ipsi inuidere fecerūt me in nō deo. *i. conati sunt facere vt inuiderē ei qui nō erat Deus.*
Et ego zelare faciā eos, *&c.* ואני אקניאם בלא עם ego quoque prouocabo eos ad inuidiam in non populo. *Edicit Dominus qua vltione vindicaturus sit populi sui defectionem, vbi ad idololatriam declinauerit. Quemadmodum (inquit) nouis diis inductis, me ad zelum prouocauerūt: ita ego quoque nouum populū suscitabo, quo ipsi zelo accendantur. Atque vt deos fecerunt qui dij nō sunt: ita gentē constituā ex non gente. Sic factū est (teste Paulo, ad* Rom.10.d.19) *quum Gentes assumpta sunt per Euangelium Vnde vsque hodie implacabiliter irritantur Iudæi, quòd illos negamus esse populum* Dei, *nos verò asserimus nos esse populum* Dei, *vt hic versus prædicit.*

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouißima: deuorabitque terram cũ germine suo, & montium fundamẽta comburet.

22 Ignis enim succendetur in furore meo, & ardebit vsque ad infernum inferiorem, deuorabitque terram, & fructum eius, & inflammabit fundamenta montium.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas cõplebo in eis.

23 Consumam super eos mala, sagittas meas consumam in eis.

Consumẽtur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarißimo: dentes bestiarũ immittam in eos, cum furore trahentiũ super terram atque serpentium.

24 Combusti *erunt* fame, & comesti ægritudine calida, & excisione amara: dẽtes quoque bestiarum immittam in eos cum veneno serpentium super terrã.

Foris vastabit eos gladius, & intus pauor: iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

25 Foris orbabit gladius, & in cubiculis erit terror: etiã iuuenem, etiam virginem, lactẽtem cum viro sene.

22 Et ardebit vsque ad infernum, *&c.* ותיקד עד שאול תחתית Ignis *hîc non solùm ignem, sed totam vastitatem significat quæ igne fit. qualis fuit ignis* Regis Babylonis *&* Romanorum, *vbi terra, licet non tota fuerit exusta & vastata, vt in* Ierusalem *& aliis locis, vt ne lapis quidem super lapidem relinqueretur. hoc significat quòd ardere illum dicit vsque ad infernũ. acsi dicat,* Nihil *reliquum super terram erit, vel ædificij, vel germinis, sed & ipsum solum, & montes vbi ædificia steterant, exurẽtur. quasi ignis deorsum per terram velit ad infernum vsque ardere, sicut videmus fieri in locis igne desolatis. q. d.* Etiam *profunda & infima terræ loca vertam in sterilitatem.* 23 Consumam אספה Absumam. *id est,* Expendam contra eos omnia mala. *Eadem mox vocat* sagittas suas. 24 Combusti *erunt* fame, מזי רעב *Id est* Adurentur. *siue* Absumentur præ fame. AEgritudine calida, רשף caumate. *siue,* morbo calido. febre ardenti & pestifera absumentur.

Et excisione amara: וקטב מרירי *Id est peste amarißima, siue morbo exitiali qui citò enecat. Peste quæ ex aere corrupto prouenit, vt ait doctus inter* Hebræos, Cum veneno serpentium super ter. עם חמת זחלי עפר *Ad verbum,* cum veneno reptãtium terræ. *i. serpentium. hoc est, & animalia venenata immittam.*

25 Foris orbabit gladius, מחוץ תשכל חרב *Hebraismus,* vastabit ensis. *q. d. Absumentur bello.* Etiam iuuenem: גם בחור *sub. orbabit, siue vastabit. Sing. Heb. pro plur. vastabit inquam iuuenes, puellas, &c.*

Sene. שיבה *Ad verbum,* canitiei.

'Dicerē,'Difpergam eos per 26
angulos,ceffare faciam ex homi
nibus memoriam eorum:
Nifi'iram inimici timerem, 27
ne forté'extraneè fe gerant ho-
ftes eorum,ne fortè dicant, Ma
nus noftra'excelfa, neque Ieho-
uáh operatus eft omnia ifta.
Gens enim' periens confiliis 28
funt,nec eft illis'intelligentia.
'Si fapientes effent, intellige- 29
rent hoc, intelligerent'nouiffi-
mum fuum.

26 *Et dixi, Vbinam funt? ceffare faciam ex hominibus memoriam eorum.*

27 *Sed propter iram inimicorū distuli: ne fortè fuperbirent hoftes eorum, & dicerent, Manus noftra excelfa, & nō Dominus fecit hæc omnia.*

28 *Gens abfque confilio eft, & fine prudentia.*

29 *Vtinā faperent, & intelligerent, ac nouiffima prouiderent.*

26 Dicerem, אמרתי *Præteritū Heb. quod quidam per imperfectum coniunctiui vertunt, vt hic nofter. Alij per præteritum perfectum eiufdem modi,* Dixiffem, & timuiffem, *in fequenti verfu, hoc fenfu, Iam dixiffem apud me* [*id eft ftatuiffem, fiue decreuiffem*] *in hunc modum.* Difpergam eos, אפאיהם Detrudam eos. פאה *peah nomen, fignificat extremitatem & finem cuiufcunque rei, angulum quoque & plagam: vnde deducitur hoc verbum, quod eft* Difpergere, *fiue detrudere in extremitatem vel angulum. Sunt qui hanc dictionem diuidunt in tres,* אף אי הם *in furore meo,* Vbi ipfi? *id eft* Dixiffem *in furore meo,* Dabo *eos acfi non effent: vt dicant qui illos viderint,* Vbi funt? *Verùm prior lectio verior,* Statuiffem *procul abigere à me in locum orbis tam remotum, vt poftea homines nullam illorum mentionem facerent. Ex doctis Hebræorum alter exponit,* Exterminabo. *fiue* exterminaffem eos.

27 Iram inimici כעס אויב *id eft inimicum iratum illis, & infenfum.* Extraneè fe gerant ינכרו alienos fe oftendant. *id eft vt vertit Chaldæus paraphraftes,* ne magnificè fe efferant. *Alij,* non agnofcant. *vel,* diffimulent fe agnofcere. *aut,* eāt inficias. *fub. id factū effe à me, & fibi tribuant. In hunc fenfum exponit magni nominis apud Hebræos vir, his verbis, Ne fortè agnofcant rem hoftes eorum, & meam potentiam attribuant alteri cui non eft potentia.* Excelfa, רמה *Id eft inuictæ funt vires noftræ.* 28 Periens confiliis אובד עצות perdita confiliis. *id eft perditi confilij, fiue inconfulta. De inimicis populi Ifraelitici loquitur.* Intelligentia. תבונה prudentia. *id eft imprudens.* 29 Si fapientes effent, *&c.* לו חכמו ישכילו זאת Si fapuiffent, intellexiffent iftud. *nempe, me perdidiffe populum meum propter peccata ipforum, non autem id fibi tribuerent.* Nouiffimum fuum. לאחריתם finem fuum. *id eft quis finis eos maneat, & reputaffent eadem fibi euentura propter peccata fua.*

Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nónne ideo quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

30 Quomodo persequutus fuisset vnus mille, & duo fugassent decem millia, nisi quòd Deus eorum vendidisset eos, & Iehouáh tradidisset eos?

Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.

31 Nam non est sicut Deus noster, deus illorum: & inimici nostri sunt iudices.

De vinea Sodomorum, vinea eorũ, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum, vua fellis, & botri amarissimi.

32 Ex vite enim סSedóm est vitis eorũ, & ex vitibus עAmoráh: vuæ eorum, vuæ veneni, botri amaritudinum sunt eis.

Fel draconum, vinum eorum: & venenum aspidum insanabile.

33 Venenum draconum, vinum eorum: & venenum aspidum crudele.

Nónne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

34 Nónne est reconditũ apud me, sigillatũ in thesauris meis?

30 Persequutus fuisset vnus ירדוף אחד persequi potuisset vnus. vel, persequatur. *aut*, persequi possit. *id est, Quî fieri potuisset vt hostis vnicus persequeretur mille Israelitas, nisi quòd, &c.* Tradidisset eos? הסגירם *sub hostibus. Quidam per futurũ vertunt hæc omnia, quòd prophetiam contineant nondum impletam de futuro supplicio in Israelitas idololatras.* 31 Et inimici nostri sunt iud. ואויבינו פלילים *Id est, etiam inimicis nostris testibus, hæc sunt vera. Verba Mosis.*

32 Ex vite enim סSedóm, &c. כי מגפן סדום וגו' *q. d. Sicuti deus hostium nostrorum non est conferendus cum Deo nostro, ita ipsi non sunt nobis comparandi: qui nati sunt parentibus iniquis, quales erant Sodomitæ & Gomorrhæi. vel, vt doctioribus magis placet, quia studia Sodomitarum imitantur.* Amaritudinum מרורות *Hebraismus, substantiuum plurale, ad exprimendum superlatiuum, ferunt vuas amarissimas. Per hæc intelligit malitiam operum illorum.* 33 Crudele אכזר *id est citò enecans. Eadem quæ præcedente versu, verbis mutatis.*

34 Nónne est reconditum apud me, הלא הוא כמוס עמדי Singul. *Heb. pro plur. q. d. Annon hæc impia omnia noui, & secreta teneo, licet foris cogar benefacere impiis illis propter nomen meum? ipsi autem non vident quid apud me super eos definitum sit, ideo securi sunt. Affirmat omnes mortalium res aduersas in thesauris suis esse reconditas: quo significat, eas res iusto eius iudicio in homines immitti, tanquam scelerũ ac flagitiorum vindices: quásque, si homines suis fraudibus iram illius nõ prouocarent, quasi in arca inclusas & reconditas contineret.*

Vltio Dei est.
Eccli.28.a.1
rom.12.d.19
heb.10.f.30

‖"Mea est vltio, & retributio, 35
tempore *quo* nutabit pes eorum:
quia propinquus est dies affli-
ctionis eorum, "& festinant quæ
futura sunt eis.

Misericordia.

Quia "iudicabit Iehouáh po- 36
pulũ suum, & super seruos suos
"pœnitebit ipsum, "quum vide-
bit quòd abierit manus, & non
sit clausus & derelictus.

"Et *quando* dicet, Vbi sunt dii 37
eorum, deus "in quo sperabant?

Qui adipem sacrificiorũ illo- 38
rum comedebant, *&* bibebant
vinum libaminis illorum: sur-
gant, & opitulentur vobis, "sit
super vos absconsio.

Deus noster, Deus solus est.
1.Sam.2.b.6
tob.13.a.2
sap.16.b.13

"Videte nunc quòd ego, ego 39
sum, "& non sunt dii mecũ: ‖ego
mori faciam, & viuere faciam:

Mea est vltio, & ego re
buam in tempore, vt lal
tur pes eorum: iuxta est d
perditionis, & adesse fes
nant tempora.

Iudicabit Dominus po
lum suum, & in seruis s
miserebitur: videbit qu
infirmata sit manus, &
clausi quoque defecerun
residuique consumpti su

Et dicet, Vbi sunt dii
rum, in quibus habeba
fiduciam?

De quorum victimis
medebant adipes, & bil
bant vinum libaminũ: s
gant & opitulentur vob
& in necessitate vos pro
gant.

Videte quòd ego sim sol
& non sit alius Deus pr
ter me: ego occidam, & v
viuere faciam.

35 Mea est vltio, לי נקם *q.d. Ego vlciscar & retribuam, quum c*
ruere debebunt. Et festinant חש Singul. *Heb. pro plur. q.d.*
numquodque eorum. id est propediem interibunt, citò accident quæ eue
tura sunt illis. 36 Iudicabit Iehouáh populum s. ידין יהוה
עמו *Hebraismus, vlciscetur populum suum de inimicis suis. Consolatio s*
cedere solet mœrori in Prophetis. Pœnitebit ipsum, יתנחם. *Id*
mutabit sententiam, nec affliget eos vt decreuerat. Quum videb
quòd abierit, *&c.* כי יראה כי אזלת יד, *id est quum videbit populũ su*
redactum esse ad istam summam miseriam, nempe quum videbit m
num, id est robur populi sui abiisse, hoc est destitutum esse viribus: qu
præterea videbit neminem esse clausum arcibus, quòd omnes sint exp
gnatæ: neminem item superfuisse, qui non sit abductus in captiuitatem.
37 Et *quando* dicet, ואמר *sub. inimicus, ridendo Israelitas.*
38 Sit super vos absconsio. יהי עליכם סתרה *Id est protectio deoru*
illorum. q.d. Protegant vos.
39 Videte ראו Attendite. Et non sunt dii mecũ: ואין אלהים
עמדי *id est quòd solus sum Deus. q.d. Vos qui confiditis diis illis, vide*
quòd ego ipse sum solus Deus, & præter me non est alius. id est quòd non h
beam parem & consortem Diuinitati.

percutiã, & ego sanabo, & nõ est qui de manu mea possit eruere.

40 *Leuabo ad cælum manũ meam, & dicam, Viuo ego in æternum.*

41 *Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis & iis qui oderunt me, retribuam.*

42 *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.*

43 *Laudate Gẽtes populũ eius, quia sanguinẽ seruorũ*

percutiam, & ego sanabo, & nemo est qui de manu mea eruat.

40 Quum eleuauero ad cælum manum meam, & dixero, Viuo ego in seculum.

41 Si acuero aciẽ gladii mei, & arripuerit iudiciũ manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & odio habẽtibus me retribuam.

42 Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnẽ, sanguine inquã occisorum, & captiuorum de capitibus *in* vltionibus inimici.

43 Laudate Gentes populũ eius, quia sanguinem seruorum suo-

Percutiam, מחצתי *Præt. Heb. pro fut.* transfodiam. vulnerabo.

40 Quum eleuauero, *&c.* כי אשא אל שמים ידי *More scilicet iurãtis. Per seipsum iurare solet Deus, quum maiorem se neminẽ habeat, vt ait Apostolus* Heb. 6. c. 13. *Præcedenti versui hic versus iungitur, hoc modo,* Nõ est qui de manu mea possit eruere, *quum iurauero per me viuum & victurum in secula. Alii vertunt,* Leuabo enim in cælũ manũ meã, dicã, *&c. Quod & sic exponunt,* Hoc *iurantis, vel gloriantis more dicitur, quòd præter* Deum *nihil possit gloriari, neque de esse suo, neque de viuere, sed solus ipse dicit,* Ego *sum, ego viuo. vt scilicet timeatur, & præsumptio nostra conteratur.* 41 Aciem ברק *Ad verbum,* laminam. fulgorem. *id est gladium meum fulgẽtem. Significat ferrum gladii, fulgoris speciẽ habens.* Et arripuerit iudicium manus mea, ותאחז במשפט ידי *Hebraismus. & semel cœpero facere iudicium.* 42 Inebriabo אשכיר Tingam. *i. conficiam sagittis inimicos meos.* Occisorum, חלל *Singul. Heb. pro plur.* interfectorum *i. vulneratorũ, sed non vsque ad mortẽ.*

Et captiuorum ושביה *Singul. Heb. pro plur. Ad verbum,* & captiuitatis. *hoc est captiuorum & vulneratorum qui abduci solent, quod vulnere accepto non interierint.* De capitibus, *&c.* מראש פרעות אויב *Et hîc Singul. pro plur. i. quum sumam vindictam de hostibus meis, tunc gladius meus deuorabit carnes de capitibus ipsorum hostium. hoc est, ense amputabo capita hostium meorum. Verti etiam potest,* In principio *in* vltionibus inimici. *aut,* in principio vindictarum inimici. *hoc est, quũ primùm sumam pœnas de inimicis meis.* 43 Laudate gentes populũ eius, הרנינו גוים עמו *Verba sunt Mosis. Doctus inter Hebræos exponit, O gentes quæ estis populus eius, laudate, sub.* Iehouam.

rum vindicabit,& vindictā reddet hostibus suis, & expiabit terram suam, populum suum.

suorū vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terrae populi sui.

Vindicabit,& vindictā red. יקום נקם vlciscetur,& vltionē,&c. Et expiabit,&c. וכפר אדמתו עמו & propitius erit terrae suae & populo suo. vel, parcet terrae suae & populo suo.

CANTICVM ET GRATIARVM ACTIO Deborae & Barac post victoriam. Iudicum v

1 CEcinit autē Deboráh & Barác filius Abinóȝam die illa dicendo,

CEcineruntque Debora & Barac filius Abinoē in illo die, dicente

2 Dū vlciscitur vltiones in Iשּׂraאél, dum sponte se offert populus, benedicite Iehouae.

Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.

3 Audite Reges, auribus percipite Principes: ego Iehouae, ego *inquam* canam, psallam Iehouae Deo Iשּׂraאél.

Audite Reges, auribus percipite Principes: ego sum, ego sum, quae Domino canā, psallam Domino Deo Israel.

4 Iehoua quum egressus es è שּׂSe'ȝir, dum recessisti ex agro אEdóm, terra concussa est, etiā caeli stillauerunt, etiam nubes stillauerunt aquas:

Domine quum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, caelique ac nubes distillauerūt aquis.

2 Dum sponte se offert pop. בהתנדב עם & quū sponte sua sumit arma popul', *vt scilicet defendat sese contra inimicos suos. addebat enim illis Dominus robur & animum quum volebat eos liberare. i. dum sumit poenas Deus de Israele propter peccata, dúmque populus sponte sumit arma. q. d. tempore afflictionis & liberationis, tempore calamitoso & faelici laudate Dominum.* 4 Quum egressus es,&c. בצאתך משעיר וגו' *.i. quum coepisti relinquere montem Seir, & quum recessisti de Idumaea. q. d. quum coeperunt filii Israel vltrà procedere, Domino eos pracedente,&c.* Concussa est, רעשה tremuit. *i. habitatores regionis Idumaeorum tremuerunt.* Stillauerunt, נטפו *Idem bis dicit,* Caeli stillauerunt,& Nubes stillauerunt aquas. *simul videmus caelum pro nubibus accipi. hoc est, caelū fuit obscuratum ac plenum nubibus. fuerat enim author eius victoriae. Huiusmodi phrasi significat principes & duces despōdisse animū*

Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel.

5 Montes fluxerunt à facie Iehouæ, iste ⁿSinái *tremuit* à facie Iehouæ Dei IѴsraНél.

In diebus Samgar filii Anath, in diebus Iahel quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.

6 In dieb⁹ ѴSãgár filii ѴAnáth.
in dieb' IaѴél cessauerũt itinera:
'& ambulantes per vias, ambulauerunt per semitas tortuosas.

Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerũt: donec surgeret Debora, surgeret mater in Israel.

7 'Cessauerunt villæ in IѴsraНél
cessauerũt *inquam*, donec surrexi ego Deboráh, *donec inquam* surrexi mater in IѴsraНél.

Noua bella elegit Deus, & portas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israel.

8 'Quum elegit deos nouos, tũc fuit bellum *in* portis: 'clypeus si conspectus est, & lancea in quadraginta millibus in IѴsraНél.

Cor meum diligit principes Israel: qui propria volũtate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.

9 Cor meum 'ad principes IѴsraНél, qui voluntarii fuerunt in populo: 'benedicite Iehouæ.

5 Fluxerunt à facie Ieh. נזלו מפני יהוה .i. *versi sunt in aquam aduentante Domino.* Iste ⁿSinai זה סיני quemadmodum Sinai. *sub. tremuit. q.d. si mons cœpit tremere, quæ est creatura sine sensu, quante magis homines?* 6 Cessauerunt itinera; חדלו ארחות desierũt [*siue*, desierant] peregrinantes. *q.d. nemo audebat peregrè proficisci.*

Et ambulantes, *&c.* והלכי נתיבות .*i. qui autem peregrè proficiscebã tur, ire solebant per calles deuios.* 7 Cessauerunt villæ חדלו פרזון .*i. deserti sunt, siue deserti erant vici, hoc est vrbes non munitæ.*

8 *Quum* elegit יבחר *sub. Israel. Fut. Hebr. pro prat.* Quum eligebat *siue* deligebat sibi. *i. quum primùm incipiebat colere idola, tunc in vrbibus eius erat bellum. vel, hostes cœperũt expugnare vrbes illorum, & cogere eos vt se reciperent in illas.* Clypeus, *&c.* מגן אם יראה ונו' *Subaudiendum aliquid, quale, Dispeream si clypeus, &c. i. Dispeream si inter* XL *millia hominum quisquam illorum fuisset ausus assumere arma. q. d. nullus Israelitarum audebat assumere arma contra hostes, adempto illis à Deo animo: includebant sese in vrbibus suis ab hoste obsessis, nec audebãt prodire.* 9 Ad principes לחוקקי Ad primores. ad magnates. *Sic vocantur Hebraicè principes, quòd habeant potestatẽ legũ condẽdarum. Dicit autẽ, Ex animo diligo principes qui tam strennè pugnauerunt, liberalique animo se exposuerunt periculo, pugnantes cum Israel.*

Benedicite Ieh. ברכו יהוה *Subauditur aliquid, quale, & dico illis, Laudate Iehouã, siue Gratias agite Iehouæ. q. scilicet vobis restituerit animos.*

10 ·Qui ascēditis asinas 'candidas,
qui habitatis "iuxta Middin, "&
qui inceditis in via, loquimini.

Qui ascenditis super nitentes asinas, & sedetis super iudicium, & ambulatis in uia, loquimini.

11 "Propter sonitum iaculantiū
sagittas in locis vbi hauritur a-
qua, "illic narrent iustitias Icho-
uæ, "& iustitias villarum eius in
Iשּׂraאél: "tunc descenderunt ad
portas populus Ichouæ.

Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, clementia in fortes Israel: tūc descendit popul⁹ Domini ad portas, & obtinuit principatum.

12 'Exurge, exurge Deboráh: ex-
urge exurge, loquere canticum:
"surge Barác, & captiuā duc 'ca-
ptiuitatē tuam fili Abinóעam.

Surge, surge Debora, surge surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehēde captiuos tuos fili Abinoem.

13 Tunc " dominatus est euasor
"fortibus populi: Ichouáh domi-
nari fecit me fortibus.

Saluatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.

10 Candidas, צחורות albas nitentes *.i. magni pretii illic. q. d.* O *vos mercatores qui equitatis asinis albis quæ in pretio habentur.*

Iuxta Middin, על מדין *.i. qui estis vicini loco illi qui infestabatur frequentia hostium.* Middin *aliquando nomen vrbis, vt in* Iosua *legimus, cap. 15, g. 61. Aliquando nomen viæ,* Et qui inceditis in via, loquimini. והלכי על דרך שיחו *.i. qui soletis pedites iter facere. loquimini laudem* Deo. *hoc est, agite illi gratias.* 11 Propter sonitum מקול Propter strepitum. *qui iam sopitus est, nec auditur amplius in locis illis vbi aqua hauriri solet.* Illic narrent iust. Ieh. שם יתנו צדקות יהוה *.i. illic quotquot egrediuntur ad hauriendam aquam, dicāt* Dominum *esse iustissimum. qui perdiderit illas.* Et iustitias villarum, &c. צדקות 'וגו *.i. iustitiā* Domini *qui effecit vt filii* Israel *postea sine timore habitēt in vilis: qui restituit* Israeli *villas suas quæ antea nō habitabātur præ metu hostium suorum.* Tunc descenderūt, &c. אז ירדו *.i. confecto bello cum* Sisara *descendit populus ad portas vt egrederetur vrbem: hoc est, populus egressus est vrbes sine vllo timore ac periculo, qui prius continebatur intra illas.* 12 Exurge, &c. עורי עורי וגו' Excitare. excitare Deborah, excitare excitare, dic canticum. *i. lauda* Iehouam. Surge קום excitare. *q. d. lauda etiam* Dominum, *quoniam ab eo adiutus, multos captiuos abduxisti.* Captiuitatem tuam שביך *.i. captiuos tuos.*

13 Dominatus est euasor ירד שריד dominari fecit superstitē. *pro superstites. i. filios* Israel *qui euaserant incolumes, & quos seruauerat in bello,* Dominus *superiores fecit inclytis illis qui erant cum ipso* Sisara. *Fut, Heb. pro præt.* Fortibus לאדירים clarissimis. inclytis. admirabilibus. *i. principibus populi* Sisaræ.

14 *Ex Ephráim deleuit eos in Amalec & post eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulō qui exercitum ducerent ad bellandum.*

15 *Duces Issachar fuere cum Debora, & Barac vestigia sūt sequuti, q quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.*

16 *Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum?*

14 ʻDe ℵEphráim radix eorum, contra ℶAmalec, ʻpost te ʻBiniamin cōtra populos tuos: ʻde Machir ʻdescenderūt ʻprīcipes, & de Zebulún ʻtrahētes stylo scribæ.

15 Prīcipes quoque ʻin Ißachár cum Deboráh, ʻ& Ißachár: ʻsic Barác in vallem missus est pedibus suis: ʻin diuisionibus Reℵubén magnæ erant cogitationes cordis.

16 Cur ʻsedisti inter duas caulas, ʻvt audires sibilos gregum?

14 De ℏEphraim, &c. מני אפרים וגו' *Deest verbum Heb. quod subaudiēdum est, sic,* Qui erat de Ephraim, *id est qui radix eorum erat, dominatus est in Amalec. vel pugnauit contra Amalec: s Iosue princeps & dux tribus Ephraim superauit Amalecitas.* Post te אחריך *sub. ô Ephraim. i. vos qui estis de tribu Ephraim.* Biniamin contra populos tuos בנימין בעממיך *sub. pugnabit. i. contra populos à te olim superatos, nempe Amalecitas. Alii minus rectè,* vnà cum populis tuis. *i. tota tribus (hoc est, omnes alii) alacritate bellandi venit ad bellandum.*

De Machir מני מכיר *i. de filiis Machir, qui habitabant vltra Iordanem.* Descenderunt ירדו *sub. vt opem ferrent fratribus.*

Principes, מחקקים primates. *De hac dictione dictum est paulo antè versu 9.* Trahentes משכים *sub. literas. i. qui scribere solebant. Quidam vertunt,* qui ducere*s. i, tractare) solebant stylum scribæ. q. d. & principes, imò etiam ipsi scribæ dediti studiis, ceperunt arma, & venerunt in auxilium fratrum.* 15 In Ißachar בישׂשכר *i. tribus Issachar. sub. descenderunt, aut venerunt.* Et Ißachar: וישׂשכר *Totam tribū intelligit. q. d. non modò principes tribus Issachar affuerunt, sed etiam tota ipsa tribus.* Sic Barác, &c. כן ברק וגו' Et etiā Barac in valle coniecit sese in pedes suos. *q. d. tanta alacritate bellandi accessit ad prælium, vt venires pedes.* In diuisionibus Reℏubên, &c. בפלגות ראובן וגו' de diuisionibus Ruben, &c. *i. de Rubenitis, Iordane separatis ab aliis, vehementer miror quòd non venerint vt opē ferrēt fratribus suis. Cor enim (inquit doctus inter Hebræos) disceptabat apud se, & reputabat de illis quòd non venissent ad prælium Quidam vertunt,* magni erāt cogitabundi corde. 16 Sedisti inter duas caulas, ישבת בין המשפתים remansisti inter duos ordines. *sub. ouium. vel inter duas caulas.*

Vt audires sibilos gregum לשמע שריקות עדרים *q. d. in tam alto otio, interim dum videres fratres tuos in ingenti esse periculo.*

"in diuisionib⁹ Re꙳Nubē magnæ erant inueſtigationes cordis.
Gilyád "trans Iardén manſit: 17
"ſed Dan vtquid habitauit in nauibus? A꙳ſér "ſedit in portu mariū, "& in fracturis ſuis habitauit.
Zebulún *eſt* populus *qui* expo- 18
ſuit animā ſuā ad moriendū: & Naphthali "ſuper altitudines agri
"Venerunt Reges, pugnauerūt: 19
tunc pugnauerunt Reges Chenáyan " in Thayanách, *&* iuxta aquas Megiddó: "deſiderabile argentum non acceperunt.
De cælo "pugnauerunt, ſtellæ 20
"de viis ſuis pugnauerunt cum ꙳Siꙩſerá.

diuiſo contra ſe Ruben, *magnanimorum reperta eſt cōtentio.*
Galaad trans Iordanem *quieſcebat, & Dan vacabat nauibus: Aſer habitabat in litore maris, & in portibus morabatur.*
Zabulō verò & Nephthali *obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.*
Venerūt Reges, & pugnauerunt: pugnauerunt Reges Chanaan in Thanach, iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædātes.
De cælo dimicatum eſt cōtra eos: ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.

In diuiſionibus, *&c.* לפלגות וגו' Eadem *verba quæ verſu præcedēti,* De diuiſionibus *inquā* Ruben magnæ ſunt inquiſitiones, *vel* diſceptationes cordis. *i. cogitationes. q. d. vehementer miror cur huic bello Rabenitæ non affuerint.* 17 Trans בעבר vltra. *Per interrogationem legunt alii,* Galaad quieuitne? *vel,* remanſit? citra Iordanem? *q. d. non.* Sed Dā, *&c.* ודן למה וגו' Sed Dā cur apud naues degit? Si *(inquit) ille qui habitabat vltra* Iordanem, *venit in auxilium: cur* Dan *præ metu opes ſuas tranſtulit vltra* Iordanem? Enumerat *eos qui bello non interfuerunt,* Sedit in portu marium, ישב לחוף ימים Per *imperf. alii,* habitabat ad litus maris. Et in fracturis ſuis ועל מפרציו ישכון Fut. Heb. *pro præt. perf. quod per imperf. quidam vertunt,* & in rupturis ſuis manebat. *Rupturas vocat vrbes ſemidirutas. non enim habebant. Aſeritæ vrbes ſatis munitas, & longè habitabant: ob id non venerunt. Alij vertunt,* ad ſinus ſuos. *Doctus inter* Hebræos *exponit pro loco vbi diffunduntur flumina.* Venerunt Reges, באו מלכים *vt ſcilicet* Iſraelem *oppugnarent.* In Thayanach, *&c.* בתענך על מי מגדו *q. d. venerunt cum maximo exercitu, vt qui cōplecterentur totam regionē quæ eſt inter Thaanach &* Megiddo. *vel, oppugnarunt* Thaanach, *poſtea* Megiddo. Deſiderabile argentum בצע כסף *Ad verbum,* deſiderium argenti, *&c. i. nullam prædam ſunt aſſequuti, quod ſperauerant.* Doctiores *vertunt,* fruſtum argenti [*i. numos*] *non accipiebant. q. d. nemini parcebant, etiam oblata pro redēptione quacunque pecunia.* 20 Pugnauerūt, נלחמו pugnabāt *ſub. cæleſtes pro illis.* De viis ſuis ממסלותם de ſemitis ſuis, *Quidā.* de ſtationib⁹ ſuis. *i. de cælo in quo ferūtur, q. d. facilè filii Iſrael*

expugnauerũt Sisaram, quoniam cælestes pro eis pugnabant contra illũ.

Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrẽs Cadumim, torrens Cison. conculca anima mea robustos.

21 Torrens Ciʋ́ſón ſcopauit eos, torrens antiquitatum torrẽs Ciʋ́ſón, calcaſti ô anima mea *in* fortitudine.

Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruẽtibus fortiſsimis hoſtium.

22 Tũc quaſſatæ ſunt calces equi à ſono pedum, ſono pedũ fortium eius.

Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus eius: quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortiſsimorum eius.

23 Maledicite Meróz, dixit Angelus Iehouæ: maledicite maledicẽdo habitatoribus eius: quia non adfuerunt ad auxilium Iehouæ, ad auxilium *inquam* Iehouæ contra fortes.

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo.

24 Benedicatur præ mulieribus Iaʋ́él vxor חHéber Cinæi, præ mulieribus *quæ* in tabernaculo benedicatur.

Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

25 A quã poſtulauit, lac dedit: in phiala fortium obtulit butyrũ.

Siniſtrã manũ miſit ad cla

26 Manum ſuam ad clauum

21 Scopauit eos, נרפם *i. vt ſcopis ſordes, abduxit eos.* Antiquitatum קדומים *.i. de numero priſcorum, hoc eſt antiquus. q. d. in hoc à Deo ordinatus fuit torrens Ciſon ab initio, vt in eo perirent Chananæi: iuxta illud Prouer. 16. a. 4. Omnia operatus eſt Dominus propter ſemetipſũ. Hæc dictus inter Hebræos.* Calcaſti תדרכי *ſub. amnem illum. i. ego pedibus meis tranſiui fortiter & viriliter, citráque periculũ. q. d. me verò mulierẽ infirmam non potuit rapere tranſuerſam.* 22 Quaſſatæ ſunt calces eq. הלמו עקבי סוס contuſæ[attritæ]ſunt plantæ[vr gulæ] equorũ. *Sing. pro plu.* A ſono pedũ, &c. מדהרות דהרות אביריו Ad verbũ, à calcationibus calcationibus fortiũ eius. *i propter crebras & frequentes concurſiones equitũ. ſiue equorum eius Siſaræ.* 23 Merôz, מרוז *.i. illi vrbi quæ prælio non interfuit.* Angelus מלאך *ſub. qui per me loquitur.* Cõtra fortes. בגבורים *.i. cõtra Chananæos qui fortiter pugnabant contra filios Iſrael* 24 Benedicatur præ mul. תבורך מנשים Benedicta ſit[laudetur]ſupra *alias* mulieres. 25 In phiala fortium בספל אדירים in cratere inſignium. *vel* nobiliũ. *i. in huiuſmodi cratere in quo ſolent bibere nobiles homines.* Butyrum. חמאה *Dictio* חלב *lac præcedens, repeti debet, vt vertas, lac* butyri. *i. ex quo fuerat expreſſum butyrum,* 26 Ad clauum ליתד *Hæc dictio ſignificat clauum ſiue paxillum quo ſolent fimbriam tentorii figere in terram.*

misit, & dexteram suã ad malleum laborantium, concassauitque Sisará: abscidit caput eius, & perfodit, & perforauit tẽpus eius.

xum, & dexterã ad fabrũ malleos: percussitque Sisarã quærens in capite vneri locum, & tempus validè perforans.

27 Inter pedes eius incuruatus est, cécidit, dormiuit inter pedes eius: incuruauit *inquam* sese, cecidit vbi incuruauit sese, ibi cecidit vastatus.

Inter pedes eius ruit, decit, & mortuus est: voluetur ante pedes eius, & iabat exanimis & miserabil

28 Per fenestram respexit, & vlulauit mater Sisará, per cancellos *inquam, dicens*, Cur moratur currus eius venire? cur tardauerũt pedes quadrigarum eius?

Per fenestram respicienvlulabat mater eius: & cænaculo loquebatur, Cmoratur regredi currus eiquare tardauerunt pedquadrigarum illius?

29 Sapientiores principum eius responderunt, ipsa quoque sesipsam solabatur *his uerbis*,

Vna sapiẽtior cæteris xoribus eius hæc socrui veba respondit,

30 Annon inuenerũt, & diuidũt

Forsitã nũc diuidit spolia

Misit, &c. תְּשְׁלַחְנָה, Ad *verbum*, Manus eius *sinistra* ad clauum mittent sese, & dextera eius ad malleum laborãtium. *Ordo turbatu & fut. pro præt. pro, Manus eius ad clauum, & dextera eius ad malleum laborantium miserunt sese. id est, requisierunt. hoc est, arripuerunt.* Laborantium, עמלים *.i. fabrorum & aliorum artificum.* perfodit, &c. ומחקה וחלפה רקתו *.i. postea quam perforauerat & penetrauerat tempora eius.* 27 Incuruatus est, כרע incuruauit sese, inclinauit sese. *i. corruit.* Dormiuit שכב iacuit. prostratus est mortuus. *q. d. subitò concidit in terram mortuus.* Vastatus. שדוד spoliatus. *sub. vita. q. d. vnico ictu interfecit eum.* 28 Respexit, & vlulauit נשקפה ותיבב aspiciebat, & vlulabat. *desiderio scilicet filii.* Moratur בשש tardat. cunctatur. Pedes quadrigarũ eius: פעמי מרכבותיו *.i. pedes equorum trahentium currus eius.* 29 Sapientiores, &c. חכמות שרותיה *.i. Mulieres principes sapientes, siue prudentes, quæ illi famulabantur.* Responderunt, תענינה *.i. verbis solabãtur illam.* Fut. *est Heb. pro præt, quod per imperfectum redditur quibusdã,* respõdebant. Ipsa quoque, &c. אף היא תשיב Ad *verbum*, etiam ipsa conuertet verba sua ad se. *Hebraismus, quem quidam sic conuertunt,* qui n & ipsa sibiipsi reddebat verba. *vel (vt alii)* quinetiã ipsa respõdebat sibimet ipsi. *i. solabatur sese.* Fut. Heb. *pro præt. quod per imperfectum reddidit noster interpres.* 30 Annon inuenerunt, & diuidunt הלא ימצאו יחלקו

Fut. Heb. pro prat.q.d. Annon inuenerunt spolia? occupati sunt in illis diuidendis.

& pulcherrima fœminarũ eligitur ei: vestes diuersorũ colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur.

spolia: "puella *una, aut* duæ puellæ capiti viri: "spolia discoloriũ ipsi הסיסרא, spolia *inquam* discoloriũ acupicta: discolor, ex vtraque parte acupictæ in collũ spolii.

Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autẽ diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.

31 Sic pereãt oẽs inimici tui Iehoua: "diligẽtes autem te sint sicut oritur sol in fortitudine sua.

Puella, *&c.* רחם רחמתים לראש גבר *Hebraismus,* Capiti viri, *p Singulis. q. d. Puella vna, aut duæ puellæ dabũtur singulis.* Spolia discoloriũ, *&c.* שלל צבעים וגו' Spolia colorũ, *&c. i. colorata. q. d. spolia colorata, infecta & tincta pretioso colore, referet Sisara. spolia inquã exornata arte plumaria: & color, siue discolor, hoc est vestes coloratæ, & vtrinque acupictæ, erunt in collum, hoc est caput spolij. i. separabuntur vt dentur principi, nempe Sisaræ. Alij,* dabuntur collo spolii. *i. principi exercitus.*

31 Diligentes autẽ te, *&c.* ואהביו וגו' Ad *verbũ,* & diligentes eũ erunt secundum egressum solis. *i. proficiant, siue sumant vires quemadmodum sol quum exoritur, subinde lucidior euadit: hoc est, subinde maiores ac clariores fiant, similes scilicet soli exorienti.*

CANTICVM HANNAE, IN QVO GRAtias agit Deo, quòd ex sterili fœcundam eam reddiderit, 1. Samu. 11.

ET orauit Anna, & ait, 1 *Exultauit cor meũ in Domino, & exaltatũ est cornu meum in Domino dilatatum est os meum*

ORauit autẽ הHannáh, & dixit, "Exultauit cor meũ "in Iehoua, exaltatũ est "cornu meũ in Iehoua: "dilatatũ est os meũ

1 Orauit autẽ ותתפלל *q. d. Orauerat Hanna, hoc est à Deo petierat filiũ: quem quia ab eo acceperat, nunc dicit, siue gratias agit. Aut, Precata est Deũ Hanna, vt acceptũ haberet Samuelem: postea gratias agit de tanto beneficio accepto. Vel,* Orauit autẽ. *i. Fudit preces, & gratias egit, &c.* Exultauit עלץ *Præt. Heb. pro præs.* Exultat. In Iehoua: ביהוה per Iehouã. *i. authore Domino, siue beneficio Domini animus meus plenus est lætitia.* Cornu meũ קרני Cornu *pro gloria. Metaphora ab animalibus cornigeris, quæ cornibus tutantur vitã suã, vnde & propter cornua gloriari solent. Cornua igitur propriè robur significant: & quia fortitudine illa gloriari solent animalia, ideo gloriã etiam significat. q. d. Gloria mea nũc magna est Dei beneficio. materiã gloriãdi habeo, ope tua ô Deus.* Dilatatũ est רחב dilatauit sese. *q. d. Habeo quod respõdeã nũc inimicis meis, si obijciãt mihi sterilitatẽ meã: prius habebã os clausum*

huic

q.d. Qui prius vescebãtur ad saturitatẽ vsque, laborarũt inopia, vsqueadeò vt pro victu habendo locauerint operam suam.

bus se locauerunt, & famelici saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est.

Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

Dominus pauperẽ facit & ditat, humiliat & sublevat.

Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

& famelici cessarũt, adeò vt sterilis pepererit septẽ: & quæ multiplicabat liberos, infirmata sit.
6 Iehouáh mortificat & viuificat, descendere facit ad sepulchrum & ascendere facit.
7 Iehouáh pauperẽ facit & ditat: humiliat & exaltat.
8 Suscitat è puluere pauperẽ, è stercore eleuabit mendicũ, vt sedere faciat cũ Principibus, & solium gloriæ sortiri faciat eos. Iehouæ enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

Cessarunt, חדלו desierunt. *sub. locare operã suam. i. Qui fame penè conficiebantur, habuerũt quod ederent. Annumerat se inter egẽtes Anna, quòd ante Dei beneficiũ esset sterilis.* Adeò vt sterilis, *&c.* עד עקרה וגו' *.i. quæ prius erat sterilis, multos liberos habuit: quæ verò multos habebat liberos, facta est tandem orba & sine liberis.* 6 Mortificat, *&c.* ממית ומחיה וגו' *.i. Dominus interficit quos vult, & seruat à morte quos vult: facit aliquãdo vt quis ita morbo laboret, vt de vita eius desperetur, & iã penè sit in sepulchro, quẽ tamẽ sanat. Bis idẽ dicit mutatis verbis. Quidã p sepulchro* inferos *vertũt. Deus est dominus vitæ & necis. Potest hic versus intelligi de diuersis vel de vno, vt etiã sequẽs versus,* Interficit vnũ, alterũ autẽ sanat, de cuius vita desperabatur: *vel,* illũ interficit, & eundẽ reuocat ad vitã. Descẽdere facit, *&c.* מוריד שאול ויעל deducit ad inferos & reducit. 7 Pauperẽ facit, *&c.* מוריש ומעשיר *.i. author est diuitiarũ & paupertatis. Chaldæus paraph. intelligit hoc cãticum tanquã prophetiã: propterea omnia vertit per futurũ.* Humiliat משפיל deprimit. deiicit *.i. quẽ vult deprimit, & de gradu deijcit: eundẽ, si lubet, afficit honoribus.* 8 Suscitat è puluere מקים מעפר Erigit e puluere. *i. de gradu siue ordine infimo.* Pauperẽ, דל Significat hominẽ tenuis fortunæ. E stercore, *&c.* מאשפות ירים אביון *.i. è sordibus, hoc est. è statu sordidissimo eleuat egenũ.* Vt sedere faciat cũ Principib. להושיב עם נדיבים vt collocet eũ, *&c. i. vt clarũ & nobilẽ reddat.* Et soliũ gloriæ, *&c.* וכסא כבוד ינחלם & soliũ gloriæ possidere faciat illos. *i. illu. acsi dicat, vnũquenque eorũ, hoc est, constituit eos in honoribus & summis magistratibus.* Cardines מצוקי columnæ. *i. creauit Dominus ac fundauit terram, éstque Dominus eius, atque omnium quæ in ea sunt.* Et posuit super eos orbẽ. וישת עליהם תבל & suffulcit illis orbem.

9 Pedes piorũ ſuorum ſerua-
bit: ac impii in tenebris conti-
ceſcent: quia non in fortitudine
roboratibur vir.

10 Iehouáh cõterãtur litigãtes
cũ eo, ſuper ipſum è cælis tona
bit: Iehouáh iudicabit fines ter-
ræ, & dabit fortitudinẽ Regi ſuo,
& exaltabit cornu Chriſti ſui.

9 *Pedes ſanctorum ſuor*
ſeruabit: & impij in te
bris conticeſcent: quia
in fortitudine robarab
vir.

10 *Dominum formidab*
aduerſarij eius, ſuper
in cælis tonabit: Dom
iudicabit fines terræ, &
bit imperiũ Regi ſuo, &
ſublimabit cornu Chriſti

9 Piorum ſuorum ſer. חסידיו ישמור ſanctorum ſuorum ſeru *pios qui ipſum colunt* Fut. Heb *pro præſ.* Conticeſcent: ידמ *per præſens*, conticeſcunt. *i. intereunt ac pereunt.* Non in fo dine rob. vir. לא בכח יגבר איש non in fortitudine roboratur qui *id eſt nemo ſeipſum ſeruare poteſt ſuis viribus.* 10 Litigant eo, מריביו *ſub.* Samuele. *Quidam* Hebræorum *dicunt hîc* Annam p *ri pro filio ſuo, & ſimul pro* Iſraele *quẽ iudicaturus erat, vt* Dominu *terat aduerſarios eius. quod factum fuit quum* Dominus *intonui grandi ſuper* Philiſthæos, *qui* Iſraelem *aggreſſi fuerant,* 1. Samu. 7 *Alij vertunt*, Iehouæ conterantur rixæ eius. *vel*, frangentur lit tes eius *i. qui cum eo diſceptant & rixantur, aut contendere volu dem ſenſu alij*, Aduerſarii Iehouæ frangentur. *i. exterminabunt peribunt.* Super ipſum עליו *ſub. litigantem, rixatorem & a ſarium* Singul. *pro plur.* ſuper illos. *id eſt tangentur illi de cælo.*

E cælis בשמים *vt* ב *pro* מן *accipiatur. Alij ad verbum*, in cæl

Indicabit fines t. ידין אפסי ארץ. *i. indicaturus eſt oẽs homines.* *ſit fut. pro præſ. iudiciũ exercere ſolet in omnes qui ſunt in orbe terr quando vult. De extremo iudicio interpretantur nonnulli: alij de t Meſſia.* Regi ſuo, &c. למלכו וירם קרן משיחו . *i. reddet fort gem ſuum. Etiam* Chaldæus *paraph. hunc locum de* Meſſia *intell d.* Dominus *mittet* Meſſiam, *& illum glorioſiſſimum & potentiſſim ciet.* Cornu *pro gloria, vt primo verſu.*

CANTICVM IESAIAE, IN QVO
puli Iſraelitici ſtatũ deſcribit, vt vitia ſua agno
populus, & ad reſipiſcentiam inuitaretur. Ie

1 CAntabo nunc dilecto meo
canticũ eius vineæ ſuæ: vi

Jerem. 2. d. 21
matth. 21. d. 33

1 *CAntabo dilect*
canticum pat
mei vineæ ſua

1 Eius, דודי *Ad verbum*, dilecti mei. *Antecedens pro relati inſignes & præclaræ carminibus deſcribi ſolebant apud* Hebræ *mnium ore circunferrentur, & perpetuum earum extaret monum Sic* Moſes Deut. 32. a. 1. Vineæ ſuæ: לכרמו de vinea ſua. vineam ſuam. *Alij*, propter vineam ſuam.

facta est dilecto meo in cornu filio olei.

nea'fuit dilecto meo'in colle loco pingui.

Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas.

2 'Et sepiuit eam,& lapides collegit ex ea,& plantauit eã 'plantis vitis optimæ , & ædificauit turrim in medio eius , & etiam torcular 'excidit in ea : & expectauit vt faceret vuas,at fecit 'labruscas.

Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam:

3 Nunc igitur habitator Ierusaláim,& vir Iehudáh iudicate 'iam inter me & vineã meam:

Quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & nõ feci ei? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas?

4 Quid faciendum erat vltrà vineæ meæ,& non feci in ea?cur expectaui vt faceret vuas,& fecit 'labruscas?

Et nunc ostendam vobis quid ego faciã vineæ meæ: auferam sepem eius, & erit in direptionem:

5 Et nunc 'indicabo vobis quid ego facturus sim vineæ meæ: 'remouebo sepem eius , & erit 'ad pascendum:

Fuit היה *Verti possunt hæc omnia per præteritũ imperfectũ*,erat, sepiuerat,*&c.* In colle, *&c.* בקרן בן שמן *Ad verbum*, in cornu filio olei.*id est in loco sublimi & valde pingui. Quidam Hebræorum putant fuisse nomen loci.*Cornu *autem,siue* excelsum *vocat terram Israel, quòd celsior esset cæteris terris. Chaldæus paraph.* in monte excelso, & in terra pingui. 2 Et sepiuit eam, ויעזקהו & fodit eam.*i. coluit.* Plantis vitis opt. שורק *Genus est vitis optimæ & laudatissimæ: vnde quidam vertunt in ablatiuo*,planta laudatissima. *Alij putant speciem fuisse vitis optima carentis acinis.*

Excidit חצב fodit.*vel*,fabricauit.construxit.*siue*,cõstruxerat.

Labruscas. באשים *.i. vuas similes vuis labruscæ . hoc est acerbas ac insuaues. Quidam vertunt*, Produxit acerbos.*sub racemos. Alij. genus spinarum fuisse scribunt.* 3 Iam נא nunc.*vel*,quæso.

4 Labruscas? באשים *Vide paulo antè versu.2.Totũ versum sic reddunt quidam*, Quid vltrà faciendum erat vineæ meæ quod non fecerim ei?cur igitur me sperante vuas redditurã,labruscas protulit?

5 Indicabo vo. אודיעה נא אתכם *Ad verbum*, scire facio nũc vos. *Redundat* נא,*& præsentia sunt pro fut.*ostendam vobis. Remouebo הסר *Infinitiuus pro futuro*, auferam. Ad pascendũ: לבער in depastionem.*id est,depascentur eam homines,vel animalia.*

'diruam maceriam eius, & erit
in conculcationem.
6 Ponámque eam'in desolatio-
nem : non putabitur, neque fo-
dietur,& ascendet vepris,& spi-
na : nubibus quoque mandabo
ne pluant super eam pluuiam.
7 Vinea enim Iehouæ exerci-
tuum, domus Iשׂraנél.est : &
vir Iehudáh, plantatio'lætitiarū
eius : expectauit autem *Deus ut
facerent* iudicium, & ecce 'plaga
lepræ:iustitiam,& ecce'clamor.

*diruam maceriam eius,
erit in conculcationem.*
6 *Et ponam eam deserta
non putabitur, & non fo
tur: & ascendent super
vepres & spinæ: & nubi
mandabo ne pluant sup
eam imbrem.*
7 *Vinea enim Domini exe
cituum, domus Israel est: &
vir Iuda, germen eius del
ctabile: & expectaui vt f
ceret iudicium, & ecce ini
quitas: & iustitiam, & ec
ce clamor.*

Diruam פרוץ *Rursum infinit. pro fut.* Rumpam.
6 In desolationem: בתה *id est, desolatam.* Alij, desertam. vastam.
7 Lætitiarum e. שעשועיו delectationum eius. *aut*, voluptatum. *i. planta gratissima.* Repetitio *est.* Plaga lepræ: משפח *.i. planta illa est infecta lepra, hoc est iniustitia. Elegās autem paronomasia, & pul chra vocabulorum allusio, quam* Hebræi *vocant politiem vel nitorē linguæ: coniunxit enim* משפט *cum* משפח, *&* צדקה *cum* צעקה. Clamor. צעקה *Sub. eorum qui opprimuntur.*

CANTICVM ESAIAE QVOD COMPOsuit antequā abduceretur populus in captiuitatem, quo consolatur eos vt patienter ferāt eam captiuitatē, simúlque cōfidant se liberatū iri. Esa. XXVI.

1 IN die illa cantabitur cāticum
istud in terra Iehudáh, Vrbs
'fortitudinis nobis:salutē'ponet
Deus 'muros & antemurale.
2 Aperite portas,& ingrediatur

1 *IN die illa cantabitur
canticum istud in terra Iuda, Vrbs fortitudinis nostræ saluator, ponetur in ea murus & antemurale.*
2 *Aperite portas, & ingre-*

1 Fortitudinis עז *Substant. pro adiect fortis.* De Ierusalē *loquitur.* Ponet ישית *Fut. Heb. pro præs. vt quidā vertūt. i. salutis causa cinxit eā* Deus *muro & antemurali. q. d.* Qui *sunt in* Ecclesia, *immunes sunt ab omni periculo.* Muros & antemu. חומות וחל *Cōtrouersia est inter* Doctores Hebræorū *de hac dictione* חל. *quidā enim dicūt eam significare murum inferiorem, &* חומה *superiorem: alij contrà, dicunt* חל *significare murum superiorem, &* חומה *inferiorem. Alij verò asserūt* חל *significare fossam quæ ducitur ante murū ipsum.*

diatur gens iusta,custodiēs veritatem.

Vetus error abijt, seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus.

Sperastis in Domino, in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. humiliabit eam vsque ad terrā, detrahet eam vsque ad puluerem.

Conculcabit eā pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.

Et in semita iudiciorum tuorū Domine sustinuimus

gens iusta,custodiens veritates.
3 "Eum cuius desiderium est cō-
iunctum *tibi* custodies *in* pace,
in pace,quia tibi fidit.
4 Fidite Iehouæ vsque in secu-
lum:"quia *fidendum est* Deo Ieho
uæ forti in secula.
5 Quia"incuruabit habitatores
excelsi,ciuitatem"sublimem,hu
miliabit,humiliabit *inquam* eam
vsque ad terrā,peruenire faciet
eam vsque ad puluerem.
6 Conculcabit eam pes, pedes
pauperis,gressus egenorum.
7 "Semita iusto recta,"ô *Deus* re-
ctè callem iusti ponderabis.
8 Etiam *in* via iudiciorum tuo-
rum Iehouáh" expectauimus

3 *Eum cuius* desiderium, *&c.* יצר סמוך וגו' Cogitationem [*vel*, figmentum, *aut* imaginationem *.i. animum*] innixam *tibi* custodies: pax, pax *erit illi*, quia in te confidit. *Doctus inter Hebræos exponit, Desideriū iusti qui est coniunctus tibi, & innixus, custodies illū à malo: dabisque illi pacē, quia sperat in te. Alij vertunt,* Affectu firmo custodis pacē, pacem *inquam*, eo quòd in te speratū sit. *Alij*, Cogitatio fixa, [*siue*, firmata] custodies pacē, pacem: quoniā in te confisum est. *Alij*, figmento fulto seruabis pacē, *&c.* 4 Quia, *&c.* כי ביה וגו' quoniā in Deo Iehouáh robore sempiterno. *sub. fidendū est* *Vel*, fortitudine æterna & perpetua. *Alij*, Quoniā in Deo Iehouáh est fortitudo seculorū. *i. quæ nunquā finem inueniet.* 5 Incuru. *&c* השח יושבי מרום *Præteritū Heb. pro fut.* Deiiciet habitatores altitudinis. *vel*, sublimitatis. *i*, *Deprimet eos qui habitāt in loco sublimi, qui in summa authoritate constituti sunt.* Sublimē, נשגבה exaltatā. eleuatā. *i. quæ est in magno honore.* 7 Semita iu, re. ארח לצדיק מישרים *Ad verbū*, Via iusto rectitudines. *i. Via æqua, siue æquabilis & plana erit iusto. Alij*, Semita iusti recta est. *Alij*, Semitam æquitatum *dabis* iusto.

O *Deus* rectè, *&c.* ישר מעגל וגו' *tu qui* rectus *es*, viam iusti æquabis. *Alij*, rectam viam iusti librabis. *vel*, libratam reddes: *ad libellam & perpendiculum æquabis, ne scilicet offendat in ea.*

8 Expectauimus te, קוינוך sperauimus in te.

te, "ad nomen tuũ, & ad memoriam tui est desiderium animæ *nostræ*.

"Animo meo desideraui te in noćte, etiam "spiritu meo *qui est* in medio mei quæram te: nam "quando iudicia tua *fuerunt* in terra, iustitiam didicerunt habitatores orbis.

Impiorum cæcitas flagella non videntium.

"Fiat misericordia impio, & non discet iustitiam: in terra rectorum iniquè aget, & non videbit sublimitatem Ichouæ.

Ichoua, "exaltata est manus tua, ne videant: "videbunt, &

te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.

9 *Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te: quum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.*

10 *Misereamur impio, & nõ discet iustitiã: in terra sanctorũ iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.*

11 *Domine, exaltetur manus tua, & nõ videãt: videãt &*

Ad nomen, *&c.* לשמך ולזכרך in nomine tuo & memoriali erit desideriũ. *i. anima nostra tenebitur desiderio nominis ac memorialis tui. Idem sunt* nomen *&* memoriale. 9 Animo meo desid. te נפשי איויתיך Anima mea [*ablatiuus est*] concupiui te. *Quidam per futurum,* Ex animo concupiscam te. Spiritu meo, *&c.* רוחי וגו' *quãdiu* spiritus meus *fuerit* intra me, mane te quærã. *vel,* sedulò te quæram. *Ad verbum,* diluculabo ad te. Quando, *&c.* כאשר משפטיך וגו' *Quidam præteritũ* למדו *vertunt per fut.* Quũ iudicia tua fuerint in terra, iustitiam discent, *&c.* 10 Fiat misericordia impio, *&c.* יוחן רשע בל למד Impius gratiam obtinebit, nec discet [*Præt. Heb. pro fut.*] iustitiam. in terra rectorum *operam* peruersè aget, nec videbit magnificentiam Ichouæ. *Alij subauditis pauculis,* Nunquid misericordiam consequetur improbus, *qui* non didicit iustitiam, *sed* in terra rectorum *operum* iniquè agit, & non considerat magnificentiam Ichouæ? *Alij,* Impius etiam beneficiis affectus, non discit iustitiam, sed in terra plana iniquè agit, & nõ videbit, *&c. Nõnulli fut. in præteritum conuertunt,* Misericordiam assequutus est impius, *&* nõ didicit, *&c.* 11 Exaltata est manus tua, ne vid. רמה ידך בל יחזיון magnificata est manus tua, *&* non vident. *id est, magnifica fecisti opera, nec aduertunt. Per* manũ *intelligitur opus. Verti potest,* Quum exaltata fuerit manus tua, nõ aspicient. *Alij, Vtcunque* exaltata fuerit manus tua non videbunt. *Alij,* Quũ exaltatur manus tua *vt percutias,* ipsi nõ vident. Videbunt, *&c.* יחזו ויבשו וגו' videbunt, & confundentur zelo populi. *Alij,* videbunt *aliquando* & pudefient æmulatione *quadam* populi *tui. Alij conuerso ordine vocum, Hebraicarum,* videbunt zelum populi *tui,* & erubescent. Zelum populi, *id est æmulationem qua prosequeris populum tuum.*

confundantur, zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret.

pudore afficientur inuidentes populo *tuo*: etiam ' ignis hostes tuos consumet.

Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

12 Iehouáh,' dispones pacem nobis: quia etiam omnia opera nostra' operatus es nobis

Domine Deus noster possederũt nos domini absque te: tantùm in te recordemur nominis tui:

13 Iehouáh Deus noster' dominati sunt nobis domini præter te: ' tãtùm in te recordati sumus nominis tui.

Morientes non viuant, gigantes nõ resurgãt: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

14 Mortui *sunt*, non viuẽt: ' mortui *sunt*, non resurgẽt: propterea ' visitasti & dissipasti eos, & perdidisti omnem memoriã eorũ.

Indulsisti gẽti Domine, indulsisti genti: nunquid glo-

15 ' Addidisti genti ó Iehoua, addidisti genti, glorificatus es: elõ-

Ignis hostes tuos consumet. אש צריך תאכלם ignis hostes tuos absumet eos. *Redundat pronomen* EOS. *Alii*, ignis inimicorum tuorum absumét eos. *Doctus inter Hebræos per ignem intelligit pudorem qui apparet in genis. q.d. Pudor quo persundere soles inimicos tuos, absumet eos. Gallicé dicimus, Ils mourront de honte. Alii mutato ordine dictionum Hebraicarum*, deuorabitque eos ignis *qui* hostes tuos *absumit*. *Alii eodem sensu*, Igne hostium tuorum deuorabis eos.

12 Dispones תשפת stabilies. præparabis. ordinabis. *Vel*, dispone. *vel*, stabili. *i. da nobis pacem.* Operatus es פעלת *Quidam conuertunt præt. in præs.* operaris. *q.d. tu author es omnium rerum quæ nobis accidunt.* 13 Dominati sunt nobis בעלונו subiugauerunt nos. Tantùm in te recordati, *&c.* לבד בך נזכיר שמך tantũ in te recordabimur nominis tui. *Alii*, duntaxat *tamen* tui, nominisque tui recordabimur. *Alij, sed nos* recordabimur tantùm tui & nominis tui. *Alii, & tamen* tantùm de te memorabimus nomen tuum. *i. in gloriam tuam mentionem faciemus tantùm nominis tui. vel, tibi vni gloriam & honorem dabimus. Quidam subaudiunt sperabimus, hoc modo*, Tantũ in te *sperabimus*, & memorab. *&c.* 14 Mortui *sunt* רפאים Axanimes *sunt*. *Alii*, vita defuncti. *Alii*, occisi. Visitasti פקדת *Præterita sunt Heb. pro futuris, vt quidam vertunt*, Visitabis, & disperdes, *siue* exterminabis eos, perdésque, *&c.* 15 Addidisti genti, *&c.* יספת לגוי יהוה *Quidam per futurum vertunt*, Augebis genti *tuæ* Iehoua, augebis *inquã* gẽti *tuæ beneficia:* glorificaberis *in ea posteaquã* eieceris *illam* in omnes fines terræ. *q.d. multis ac variis beneficiis afficies eos: disperges quidem illos, sed tamen aderis illis.*

gasti *usque ad* omnes terminos
terræ.

16 Iehouáh,in angustia visitaue
runt te, effuderunt orationem
quum correctio tua *fuit* eis.

17 Sicut prægnans *quum* appro-
pinquat partui,dolet, clamat in
doloribus suis:sic fuimus à facie
tua,Iehoua.

18 Concepimus, "parturiuimus,
"tanquam si peperissemus ven-
tum:"salutes nó sunt factæ *in* ter-
ra, nec ceciderunt habitatores
orbis.

19 Viuent mortui tui,"*cum* cada
uere meo resurgent:expergisci-
mini, & laudate habitatores pul
ueris:quia vt"ros olerū ros tuus.
"& terra mortuos proiiciet.

rificatus es? elongasti omnes
terminos terræ.

16 *Domine,in angustia re*
quisierunt te,in tribulatio-
ne murmuris doctrina tua
eis.

17 *Sicut quæ concepit, quum*
appropinquauerit ad par-
tum, dolens clamat in dolo-
ribus suis:sic facti sumus à
facie tua Domine.

18 Concepimus, *& quasi par*
turiuimus, & peperimus spi
ritum: salutes non fecimus
in terra, ideo non ceciderūt
habitatores terræ.

19 *Viuent mortui tui, inter-*
fecti mei resurgent: expergi-
scimini, & laudate qui ha-
bitatis in puluere: quia ros
lucis ros tuus, & terrā gigā
tum detrahes in ruinam.

16 Visitauerunt te,פקדוך recordati sunt tui. *Vel per futurum* memores erunt tui. Quū correctio tua מוסרך *dum* castigatio tua.
18 Parturiuimus, חלנו doluimus. Tanquam si,*&c.* כמו ילדנו רוח *sed* peperimus tanquam ventum.ordo inuersus.*id est, nō verum fœtum sed rem similē vento.q.d, non verè peperimus:nam mulier quū peperit,soluta est omnibus doloribus:nos autem quum liberati sumus ex vna tribulatione,mox incurrimus in aliam.* Salutes non sunt factæ ישועות בל נעשה *res* salutum non est facta.*id est, necdum omnino liberati sumus.* 19 *Cum* cadauere meo res. נבלתי יקומון *Id est cum corpore meo,siue vnà mecum.q.d.Viuent vita æterna electi tui qui propter te, & propter gloriam nominis tui morientur:vnáque cum illis scio me resurrecturum.Quidam subaudito* כ *similitudinis, vertūt, & quemadmodum* corpus meum,resurgent. Ros olerum, טל אורות *i.quo pullulāt ac germinant, aluntúrque herbæ:quanto magis virtus tua excitatura est mortuos ac sepultos in terra?* Et terra,*&c.* וארץ רפאים תפיל *.i.eiiciet à se.vt mulier abortiuū.* Verti potest,& terra gigantes proiiciet. *Quidam volunt* ת *essē signum secundæ personæ, vertentes,*Et *in* terrā mortuos deiicies.*sub.ē* De⁹,*i.improbos in infernū detrudes.*D*octus inter*Hebræos *sic exponit,* Tu Deus *viuificabis mortuos tuos:sed impios qui sunt gigantes,cadere facies in terrā.quia non viuificabis eos.quod rectè intelligēdū est,quia non viuificabit eos vita gloriæ.nam quantū attinet ad corpus &*

mnes resurgemus. Chaldæus paraph. sic totũ versum trãstulit, Tu es qui viuificas mortuos, corpora cadauerum illorum tu suscitas: viuent, & laudes canent coram te omnes qui fuerunt proiecti in puluerem: quia ros lucis ros tuus, factoribus Legis tuæ: at impios quibus dedisti robur, & transgressi sunt sermonem tuum, gehennæ trades.

Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te. abscondere modicum, ad momentum, donec pertranseat indignatio.

20 'Vade popule mi, ingredere cubicula tua, & claude ostiũ tuũ 'post te: absconde teipsum paululum 'ad momentum, donec transeat 'ira.

Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatẽ habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.

21 Ecce enim Iehouáh egreditur de loco suo, vt visitet iniquitatẽ habitatoris terræ contra eum: '& reuelabit terra sãguines suos, & non operiet vltrà 'interfectos suos.

20 Vade לך Veni. Post te: בעדך Post te. *ingressum scilicet in cubiculum tuum. Quidam vertunt,* ante te. *Alii,* pro te.

Admomentum, כמעט paulatim. ad breuissimum tempus.

Ira. זעם indignatio. *id est donec deferbuerit ira tyrannorum.*

21 ' Et reuelabit וגלתה & discooperiet. Interfectos suos. על הרוגיה *id est, occisos quos continet intra se, quorum scilicet sanguis innocens effusus est in ea a tyrannis.*

CANTICVM EZECHIAE.

Scriptura ה Hizciiáhu Regis Iehudáh, quum ægrotasset, & cõualuisset ab infirmitate sua. Ezec. XXXVIII.

EGo dixi in dimidio dierum meorum, Vadam ad portas inferi: quæsiui residuum annorum meorum.

10 EGo 'dixi 'in excisione dierum meorum, Vadam ad portas sepulchri: 'priuatus sum residuo annorum meorum.

Dixi, Nõ videbo Dominũ

11 'Dixi, Non videbo 'Iáh, Iáh in

10 Dixi אמרתי dixeram. In excisione dierum meorum. בדמי ימי *i. quum audiui actum esse de me, & finem vitæ meæ instare, id mihi renuntiante Propheta. Excisionem dierum vocat mortem illam immaturam quæ scilicet accidit ante periodum naturalis vitæ. q. d. periissem in flore ætatis meæ, nisi misertus fuisset mei Dominus.* Priuatus sum פקדתי *Præt. Heb. pro fut.* carebo. *vel,* priuabor.

11 Dixi אמרתי Dixeram. Iah Iah יה יה *Idem nomen quod Iehouah. i. non contemplabor opera Domini in vita tua.*

terra viuentium : non aſpiciam
hominem vltrà cum habitato-
ribus orbis.

Deum in terra viuentium non aſpiciã hominem vltrà: & habitatorem quietis.

'Habitatio mea receſſit, & mi 12
grauit à me veluti tabernaculũ
paſtoris: præcidi more textoris
vitam meam, 'ægritudine *Deus*
ſuccîdet me: 'à die vſque ad no-
ctem 'conſummabis me.

Generatio mea ablata eſt & conuoluta eſt à me quaſi tabernaculum paſtorũ: præciſa eſt velut à texente vita mea: dũ adhuc ordirer, ſuccîdit me: de mane vſque ad veſperam finies me.

'Tunc 'poſui *uitam meam* vſque 13
ad mane: veluti leo, ſic 'contriuit
omnia oſſa mea: 'à die vſque ad
noctem conſummabis me.

Sperabam vſque ad mane, quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea: de mane vſque ad veſperam finies me.

Sicut grus & hirundo, ſic 'gar 14
riebam, gemebam vt columba:
eleuabantur oculi mei in excel-
ſum: Domine *infirmitas* 'vim fa-
cit mihi, quieſcere fac me.

Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba: attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum: Domine vim patior, ſponde pro me.

Quid loquar? Et dixit mihi 15
per Prophetã, & fecit *quod dixit*: 'le
niter incedã omnib' annis meis

Quid dicam, aut quid reſpõdebit mihi, quum ipſe fecerim? recogitabo omnes annos meos in

12 Habitatio mea rec. דורי נסע: *.i. Aliò mihi demigrandum eſt.* AEgritudine מדלה *Ad verbũ*, macie. *Quidam*, præ morbo. *quòd morbus inducere ſoleat maciem.* A die vſque ad noctem מיום עד לילה *.i. ab initio diei vſque ad initium noctis, hoc eſt intra ſpatium vnius diei.* Conſummabis me. תשלימני complebis me. finies me. *.i. annos meos, hoc eſt, finiam vitam te authore intra hanc noctem. Mutatio perſonæ. q.d. Tãta & tam grauis erat ægritudo vt nõ putarem me ſuper victurum vſque ad noctem inſequentẽ.* 13 Poſui, &c. שויתי עד בוקר. Conſtitui rurſum *terminum* vſque mane. *i. dixi me forſitan victurum vſque ad mane.* Contriuit ישבר *Fut. Heb. pro præt. ſub. morbus.* A die, &c. מיום עד לילה תשלימני *Vide præcedentẽ verſum. q.d. ad ſummũ non viuã vltra hanc diem.* 14 Garriebam, gemebã אצפצף אהגה *Fut. Heb. pro præt imperf.* muſſitabam. meditabar. *vel*, ſuſpirabam. gemebam *q.d. interim non tacebam, ſed gemebam, & voces quaſdã obſcuras emittebam, teſtes grauiſſimi doloris.* Vim facit mihi, עשקה לי *Præt. Heb. pro præſ* opprimit me. *Quidã Hebræorũ, Adde mihi ſub. dies aliquot.* 15. Leniter incedam אדדה pedetentim incedam. *more ſcilicet eorum qui mœrore affecti ſunt, quique meminerunt calamitatis & afflictionis præterita. Quidam vertunt*, Mouebor.

amaritudine anima mea. 'in amaritudine animæ meæ.

16 *Domine, sic viuitur, & in talibus vita spiritꝰ mei: corripies me, & viuificabis me*

16 Domine 'vltra eos viuent, & omnibus *dicam quòd* in ipsis est vita spiritꝰ mei: 'itaque sana me, & viuifica me.

17 *Ecce, in pace amaritudo mea amarissima: tu autem eruisti animã meam vt non periret. proiecisti post tergũ tuum omnia peccata mea.*

17 'Ecce, *dum essem* in pace, amaritudo mihi amara: tu autem 'desiderasti eruere animam meam à fouea 'consumptionis: quia 'proiecisti post tergum tuũ omnia peccata mea.

18 *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te:*

18 Nõ enim 'sepulchrũ 'cõfitebitur tibi, '*neque* 'mors laudabit te:

In amaritudine על מר propter amaritudinem *Doctus inter Hebræos cũ Chaldæo paraph. exponunt, propter liberationẽ ab amaritudine.* 16 Vltra eos, *&c.* עליהם יחיו וגו vltra eos viuent, & omnibus *hominibus narrabo quòd* in ipsis *annis habeã* vitã spiritus mei, *& quòd* tu me dormire feceris, atque viuificaueris me. *Doctus inter Hebræos exponit, Iam cognoui quòd vltra præscriptos annos homines viuere possũt, si tu volueris. id quod in me experior, qui in superadditis annis fruor gratissima vita spiritus mei: id quod aliis narrare soleo. Alii vertunt,* Vltra annos suos viuẽt *pii*, & omnibus *dicam*, In illis est vita spiritus mei: itaque serua me incolumẽ, ac viuifica me. *q. d. Simile beneficiũ quod ego, cõsequentur qui reuertentur ad te toto corde, victuri nempe diutius & posthac dicã omnibus hominibus, In annis, beneficio Dei spatio vitæ meæ additis, viuo. Qui videntur propius ad mentem Prophetæ accedere, cõuerso paululum ordine dictionum vertunt*, Etiam omnibus *qui* vltra eos viuent, vita spiritus mei in illis *nota erit*, & quòd me dormire feceris, & viuificaueris me. *i. quicunque vltra istos annos viuent, illis etiam spiritus mei vita nota erit. subauditur relatiuum* אשר *qui.* Itaque sana me, ותחלימני impinga itaque me. *vel*, robora, *siue* confirma.

17. Ecce, *&c.* הנה וגו Ecce pro valetudine *habenda* fuit mihi amara amaritudo. *Alii*, Certè propter pacem *perditam* amaritudo erat mihi amara. Desiderasti חשקת concupiuisti. voluisti. *Alii*, tibi autem placuit, *siue* complacitũ fuit. Consumptionis: בלי corruptionis. *i. de sepulchro in quo corpora consumuntur.* Proiecisti, *&c.* כי השלכת אחרי גוך וגו *Phrasis Hebraica, pro, desiisti meminisse peccatorum meorum, & condonasti mihi omnia peccata mea.* 18 Sepulchrum שאול *i. corpora quum iacent in sepulchro.* Confitebitur tibi, יודך laudabit te. *Sic sequenti versu.* Neque, *Ex priori parte huius versus subauditũ est more Hebraico.* Mors מות Mors pro mortuis, *siue* corporibus mortuorum.

'nec sperabunt qui descendunt
in sepulchrum, in veritate tua.

non expectabunt qui descẽdũt in lacum veritatẽ tuã.

Viuẽs, viuẽs ipse confitebitur 19
tibi, sicut ego hodie: pater filiis
notam faciet veritatem tuam.

Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notã faciet veritatem tuam.

'Iehouáh ad seruandum me 20
adfuit, ideo psalmos meos 'psallemus
omnibus diebus vitæ nostræ
in domo Iehouæ.

Domine, saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Nec sperabunt לא ישברו nec expectabunt qui in foueã descendũt veritatem tuam *i. adimpletionem promissionum tuarum quæ verissimæ sunt.* 20 Iehouah, &c. יהוה להושיעני Iehouæ est vt saluet me.
Psallemus ננגן cantabimus, *propriè significat canere ad instrumẽtum musicum, siue instrumenta musica pulsare.*

ORATIO HABACVC PROPHETAE, PRO ignorantiis. Habac. III.

O Iehouáh 'audiui famã tuã, 2
& timui: Iehouáh 'opus tuũ
in medio 'annorũ 'viuifica, in medio
in quã annorũ notã fac *clementiam tuam*: in ira, misericordiæ recorderis.

Domine audiui auditionẽ tuã, & timui: Domine opus tuũ in medio annorum, viuifica illud: in medio annorum notã facies: quum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

1 Pro ignorantiis. על שגינות *sub. Israelis, siue populi Israelitici. Orat enim Propheta Dominum pro popularibus suis, vt non imputet eis ignorantias & errores ipsorum: vtque dum erunt in captiuitate Babylonica, dignetur clementer agere cum eis, & seruare eos incolumes. Narrat autẽ signa & virtutes quæ Dominus fecerit ante & post egressum ex AEgypto, confidens, & velut prædicens idẽ facturũ in exitu captiuitatis Babylonicæ. Obiter autẽ prædicit eam captiuitatẽ Babylonicã. Doctus inter Hebræos exponit, Ad instrumẽta musica hæc enim oratio ad rationẽ cantiorũ, siue psalmorũ conscripta fuit.* 2 Audiui famã tuã שמעתי שמעך Ad verbum, audiui auditũ tuũ *.i. intellexi per Spiritum prophetiæ quod statueris te coniecturum populũ tuum in captiuitatẽ propter peccata sua.*
Opus tuum פעלך *.i. populũ Israeliticum qui tuus est, non tantùm propter creationem, sed etiã propter tot & tãta beneficia quæ accepit à te.*
Annorum שנים *sub. captiuitatis suæ. i. tantisper dum aget captiuus Babylone.* Viuifica, חייהו Ad verbum, viuifica eum, *Redundat pronomen. i. serua incolumem.*

Deus ab Austro veniet, & Sanctus de monte Pharan. semper operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

3 Deus*a* Themán venit *in Sinai*,
& Sanctus de mōte Parán.*b*Sé
lah.*tunc* operuit cælos gloria e-
i*c*,*d*& laudis ipsi*e*plena fuit terra.

Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscōdita est fortitudo eius.

4 Splendor *illius**f* fuit vt lux *solis*,
splendores *quoque* à manu eius
*fuerunt**g*illi,& ibi *reuelata fuit**h*ab-
sconsio fortitudinis eius.

Ante faciē eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

5 Ante faciem eius*i*ambulabat
pestis,& egrediebatur*k*carbun-
culus*l*propter eum.

Stetit, & mensus est terrā: aspexit, & dissoluit Gētes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus

6 *m*Stetit,& mensus est terram:
aspexit,*n* & exilire fecit Gentes,
& contriti sunt*o*mōtes seculi,in-
curuauerunt se colles seculi,*nam*

3 A Themán מתימן Theman & Paran *montes sunt vicini mōti Sinai, vnde Dominus visus est quasi venire quum dedit Legem. Hæc præcedentibus sic connectuntur, Id quidem præstare potes, qui tot ac tanta signa & prodigia edidisti in gratiam eius, præsertim quum dedisti ei Legem in monte Sinai, posteaquam eduxeras eum è seruitute AEgyptiaca.* bSélah: סֶלָה *Hæc dictio non cohæret sensu cū præcedentibus, nec cū cōsequentibus, sed tantūmodo indicat vocē canentiū in dictione præcedēte exaltari debere. Quidam vertunt* לנצח in æternum. *Alii,* באמת in veritate. *Deducitur autem à* סלל exaltauit. *Vide Psal. 3. a. 3.* Et laudis ipsius ותהלתו & splendoris eius. *vel* fulgoris.
4 Fuit תהיה *Fut. Heb. pro præt.* Illi, לו *Relatiuum sine antecedente,* illi, *nempe Mosi. i. Dominus reddidit faciem Mosis splendidam ac lucidam.*
Absconsio fortitudinis eius. חביון עזה *.i. fortitudo Domini quæ antea abscondita & tecta erat, detecta fuit in monte Sinai.*
5 Ambulabat ילך *Fut. Heb pro imperfecto. q. d. Quum esset introducturus populum Israel in Terram sanctam, perdidit peste incolas eius, & qui eam occupabant. cœperunt enim quamplurimi perire peste & carbunculo ad aduentum filiorum Israel.* Carbunculus רשף cauma *.i. febris acuta & ardens.* Propter eum. לרגליו post eum. *i. & sequebatur eum carbunculus. Ad verbum,* ad pedes eius. *erat enim causa illius.*
6 Stetit & mensus est עמד וימדד Substitit,& mensus est. *i. diuisit per mensuras, & distribuit. Alludit ad arcam Domini quæ substitit* XIIII *mensibus in Galgal, donec distributa fuit terra per duodecim tribus.* Et exilire fecit ויתר *.i. exire fecit, siue eiecit. q. d. solo aspectu perdidit Gentes illas.* Montes seculi incurua. *&c.* הררי עד שחו גבעות עולם montes æternitatis, humiliatique sunt colles anti-

qui. *Per mõtes & colles seculi, intelligit* Reges & Principes, *ac nobiles, siue dominos qui multis seculis ac multo tẽpore imperauerãt in regione illa.*

"itinera seculi *sunt* illius. — *aeternitatis eius.*

7 "Pro nihilo vidi tentoria Chu
ש san: "trepidauerũt cortinæ ter-
ræ Midián.

Pro iniquitate vidi tentoria AEthiopiæ: turbabũtur pelles terræ Madian.

8 Nunquid contra flumina ira
tus est Ichouáh: num contra flu-
mina ipsa *in quã exarsit* "furor tu°?
annon contra mare ipsum *effer-*
buit ira tua? "quia ascẽdisti super
equos tuos, *fuerúntque* quadrigæ
tuæ "*ad* salutem.

Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, quia ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio?

9 "Manifestatione manifesta-
tus fuit arcus tuus, & "iuramẽta
quæ fecisti tribubus, "repromis-
sio *tua*. "D Sélah. "& *in* fluuios sci
disti terram.

Suscitans suscitabis arcũ tuum, iuramenta tribubus quæ loquutus es: fluuios scindes terræ.

Itinera sec. הֲלִיכוֹת עוֹלָם itinera mundi. *intelligit motus sphærarũ cælestium. q. d. non solum regit ac moderatur mundum istum inferiorem, sed etiam superiorem.* 7 Pro nihilo vidi תַּחַת אָוֶן רָאִיתִי *sub. in* Patribus m*eis. i.* Viderunt *maiores mei tentoria* Chusan Regis Syriæ *fuisse irrita & vana, ac nullius momenti. q. d.* Eripuisti *populum tuum de manu* Chusan Regis *potentissimi.* Historia *legitur* Iudicum *cap. 3. b. 10.* Quidam *vertunt*, Loco iniquitatis vidi. *Alii*, Propter iniquitatem vidi.

Trepidauerunt cort. יִרְגְּזוּן יְרִיעוֹת tremuerunt tabernacula, quæ ex pellibus fiebant. *q. d.* Tu *quoque alia vice liberasti populum tuum à* Madianitis *per* Gedeonem. Iudicum *7.* 8 Furor tuus? עֶבְרָתֶךָ Mutatio *personæ.* Quia כִּי quando. De Mari *rubro loquitur.* Alludit *ad id quod scriptum est*, Egressus *est enim eques* Pharao *cum curribus & equitibus suis. q. d. tu quoque pugnasti pro populo tuo cõtra* AEgyptios.

Ad salutem. יְשׁוּעָה Ad *verbum*, salus. *i. auxilio fuerunt.*

9 Manifestatione manifest, &c. עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ Nudatione nudatus fuit. *i.* Tunc *apparuit, notúmque fuit ac cognitũ auxiliũ tuum.*

Iuramenta *quæ fe.* trib. שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת *sub. manifestatá sunt. i. adimpletæ fuerũt promissiones tuæ factæ* Patribus, *quibus interposito iuramẽto pollicitus fueras te daturum filiis* Israel Terram *illam sanctam.*

Repromissio אֹמֶר *Per appositionem dictũ.* Ad *verbum*, sermo. verbum. *i. quæ nihil aliud sunt quã promissio.* Alii *vertunt*, dictum. & *subaudiunt, ad confirmandũ. eadem est sententia.* p Sélah. סֶלָה Vide *paulo antè, versu 3.* Et in fluuios, &c. נְהָרוֹת תְּבַקַּע אָרֶץ. *i. & ingentẽ vim aquarum eduxisti è terra fracta ac scissa.*

10 Viderunt te, & doluerũt montes: gurges aquarum transiit, dedit abyssus vocẽ suam, altitudo manus suas leuauit.

'Viderunt te, 'tremuerunt móntes: inundatio aquarũ 'trãsiit, dedit 'vorago vocẽ suã, 'in altitudinem manus suas eleuauit.

11 Sol & luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarũ tuarũ ibunt, in splendore fulgurãtis hastæ tuæ.

Sol & luna steterunt '*in* habitaculo *suo*: ad lucem 'sagittarum tuarum 'ambulauerunt, ad splendorem 'fulgoris hastæ tuæ.

12 In fremitu conculcabis terram, in furore obstupefacies Gentes.

'In ira incessisti *super* terram, in furore 'triturasti Gentes.

13 Egressus es in salutẽ populi tui, in salutẽ cũ Chri-

'Egressus es in salutem populi tui, in salutẽ *inquam* cũ Christo

10 Viderunt te, ראוך *sub. venientem.* Tremuerũt mõ. יחילו הרים doluerunt montes. *i. tremore siue dolore correpti sunt. Scriptura Reges ac Principes comparare solet montibus. Vel est hîc hyperbole de mõtibus ipsis.* Transiit, עבר *id est decidit in mare. In diuisione illa Iordanis altera pars aquarum quæ vergebat ad mare, recepit se in illud, & altera perstitit.* Vorago תהום abyssus. *Aquas Iordanis vocat a*byssum, *quòd amnis ille altus sit ac profundus admodum. dicit igitur, In diuisione illa aquarum obortus est strepitus maximus.* In altitudinem, &c. רום ידיהו נשא *in* altum manus suas leuauit. *sub. abyssus. id est, eleuauit sese, siue aquas suas. q. d. Et reliquæ aquæ quæ erant in superiore parte, constiterunt in vnum locum, & ita factus est maximus aceruus aquarum.* 11 *In* habitaculo *suo:* זבלה *in* regione *sua. id est, cælo. sub. ad preces Iosue quando præliabatur contra quinque Reges Amorrhæorum. Vide Iosue 10. c. 13.* Sagittarum tuarum חציך *id est grandinis permistæ fulguri quam tu è cælo demittebas in AEgyptios nocte illa qua insequuti sunt Israelem.* Ambulauerunt, ילכו *sub. filij Israel.* Fulgoris hastæ tuæ. ברק חניתך *Sing. Heb. pro plur. vel vt alij vertunt,* ferramentorũ hastarum tuarum. *Idem diuersis verbis repetit.* 12 In ira, &c. בזעם וגו' In ira *contra Chananæos in*cessisti *super eos in terra ipsorũ.* In ira. *id est, iratus. q. d. Expulsis septem illis Gentibus è regione sua propter scelera ipsarum, introduxisti in eam filios Israel. Quidam vertunt,* In ira conculcabas terram. Triturasti תדוש *.i. animalium triturantiũ more conculcasti, hoc est perdidisti. Idem repetit diuersis verbis.* 13 Egressus es, &c. יצאת וגו' *.i. liberasti populũ tuum à seruitute AEgyptiaca per Christũ tuum. vel Christo tuo duce. siue Christi tui opera. Hebraismus idem cum eo quem Psalmo 77. d. 21 legimus, Deduxisti populum tuum in manu Mosis & Aaron. Alij vertunt, Sicut* egressus es in salutem populi tui, *ita egredieris* in salutem *tuorum* cũ Christo tuo. *Alloquitur Deum Patrẽ, & obiter prædicit aduentum Christi. Hebræi quoque hunc locum de Christo interpretã tur.*

Quemadmodum (inquit) olim seruasti populum tuum, & liberasti eum à seruitute temporali AEgyptiorum: ita tempore definito ac determinato, seruaturus es illum, ac liberaturus à seruitute diabolica per Christũ. Prior versio veritati magis accedere videtur.

tuo: ʼtransfixisti caput de domo
impii, ʼdenudando fundamen-
tum vsque ad collum. ℧Sélah.
ʼPerfodisti baculis eius, caput 14
exercituum ipsius: tanquam tur
bo inuaserant ʼvt dispergerent
me: ʼexultatio eorum *erat ut pro-
perantium* ad deuorandum pau-
perem in abscondito.
ʼCalcasti per mare ipsum *su-* 15
per equos tuos, *per* ʼaceruum a-
quarum multarum.
Audiui *uerba tua*, ʼ & expauit 16

sto tuo: percussisti caput de domo impij, denudasti fundamẽtum vsque ad collum. Semper.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperẽ in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

Audiui, & cõturbatus est

Transfixisti caput מחצת ראש transfodisti caput. *i. primogenitum impij Pharaonis interfecisti perinde atque transfodisses eum ense.*

Denudãdo, *&c.* ערות וגו' *Quidam per præteritum vertunt*, denudasti fundamentum *eius regni* vsque ac collum. *Intelligit eos qui proximæ sunt dignitatis à Rege, sicut collum proximum est capiti. q.d. Delenisti exercitum eius vsque ad duces ipsos ac primores exercitus. Situm est autem in exercitu robur totius regni, quemadmodum fundamentum est robur totius ædificij.* 14 Perfodisti, *&c.* נקבת וגו' Perforasti virgis eius capita [*Sing. Heb. pro plur.*] copiarum ipsius. *i. Interemisti atque occidisti milites Pharaonis perinde atque perforasses capita illorum baculis. q.d. Periũt vniuersus exercitus Pharaonis consiliis eius, nẽpe vt persequerentur Israelem per Mare rubrum, perinde atque ipsi sese mutuò propriis ensibus trucidassent.* Vt dispergerent me: להפיצני vt dissiparent me. *i. perderent me, nempe populum Israeliticum.*

Exultatio e. עליצתם *q.d. Tanta alacritate faciebant, quanta facere solent qui perdere conantur hominem pauperem omni ope & auxilio destitutum.* 15 Calcasti דרכת Ambulasti. Incessisti. Iter fecisti. *i. Tu traduxisti populum tuum per medium mare, in quo more strenuorum militum validissimè illum ac potentissimè prosequutus es.*

Aceruum aqu. mul. חמר מים רבים *quæ scilicet constiterant hinc & inde, siue ex vtraque parte via per quam populus incedebat.*

16 Et expauit ותרגז & commotus est. *i. commotum est cor meum quod est in ventre meo, hoc est in pectore. q.d. Intellexi per Spiritum prophetiæ quæ tu mihi reuelasti de afflictione quæ euentura est Babyloniis.*

venter meus, ad vocem con-
tremuerunt labia mea: in-
grediatur putredo in ossibus
meis, & subter me scateat:
vt requiescam in die tribu-
lationis, vt ascendam ad po
pulum accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit,
& nõ erit germen in vineis: 17
mẽtietur opus oliuæ, & ar-
ua non afferent cibum: ab-
scindetur de ouili pecus, &
non erit armentũ in præ-
sepibus.
Ego autem in Dño gaude 18
bo, & exultabo in Deo Iesu
meo.
Deus Dominus fortitudo 19

venter meus, ad vocẽ cõtremue
runt labia mea: ingressa est pu-
tredo in ossa mea, & apud me
expaui, qui *tamen* requiescam in
die angustiæ quæ euẽtura est po
pulo qui oppugnauerit eum.
Ficus enim non florebit, nec
erit fructus in vitibus: mentie-
tur opus oliuæ, & arua nõ faciẽt
cibum: abscindetur ab ouili pe
cus, nec erit bos in stabulis.
Ego autẽ in Iehoua exulta-
bo, & lætabor in Deo salute mea
Iehouáh Domin' *est* fortitudo

Contremuerunt צללו palpitauerunt. Ingressa est יבוא *Fut. Heb. pro præt.* inuasit. Et apud me ירגזני *Ad verbum*, & in loco meo, *vt quidam vertunt.* Quæ euentura est, *&c.* לעלות וגו' *Loquitur Propheta in persona eorum qui abducendi erant in Babylonem, & illinc salui & incolumes reuersuri in Terram sanctam. Ad verbum,* Ascẽdere ad populum succidet eum. *nempe Israelẽ. vel plurimas copias adducet contra illum. Obscurus locus, quem quidam sic vertunt,* Quãdo ascendet ad populum vt succidat eum. *i. quando ascendet hostis contra populum vt succidat eum, tum demum erit angustia. Alii,* vt enim ille ascendat contra populum, colliget se. *Alij,* quiescam, vt ascendat cõtra populum, vt bello eum adoriatur. *Alij,* quando sese colligent vt ascendãt cõtra populum. *Videtur ea versio quam sumus sequuti, propius ad sensum prophetiæ accedere, propter sequentem versum.*

17 Ficus, *&c.* כי תאנה וגו' *Singul. pro plur.* Ficus arbores nõ florebunt. *Describit incõmoda quæ afferre solet oppugnatio vrbis capitalis:* Mentietur, *&c.* כחש וגו' *sub. ipsi agricolæ, vel hero suo. Hebraismus, Oleæ non producent fructum suum: non respondebunt votis agricolæ, vel heri sui. Quod præcessit, quódque mox sequitur, exponunt istum Hebraismum. Ad verbum,* Negauit oliua fructum, *vt quidam vertunt. Alii,* mentitum est opus oliuæ. *Præt. pro fut.* Abscindetur גזר *Præt. pro fut.* abscissum est, *vel potius,* abscindet, *sub. hostis.* Nec erit bos. *&c.* ואין בקר וגו' *Ad verbum,* & non erit bos in bouilibus. *id est, nulláque erunt armenta in stabulis.* 18 Salute mea. ישעי salutis meæ. *i. à quo omnem opem & auxilium expecto. q. d. Cum gaudio & exultatione canã Domino, & gratias agã illi pro tot ac tantis beneficiis ab eo acceptis.*

mea, '& ponet pedes meos tanquam ceruarũ: 'atque super excelsa mea calcare faciet me. 'victori in psalmis meis.

mea, & ponet pedes meos quasi ceruorũ: & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.

19 Et ponet, &c. 'וישם רגלי Hebraismus, *faciet pedes meos velocissimos vt sunt pedes ceruarum. q. d. Faciet vt quamcitissimè reuertar in patriam meã. aut vt doctus inter Hebræos, faciet vt leues sint pedes mei ad persequendum inimicos.* Atque super excelsa mea, &c. ועל במותי ידריכני *.i. deducet me in Iudæam patriam meam montosam.* Excelsa sua *vocat montes Iudææ.* Victori in psal. m. למנצח בנגינותי *dicámque* præfecto cãtorũ in pulsationibus meis. *i. in laudẽ* Domini *cãtabo psalmos, quorũ initiũ est,* Præfecto cãtorũ in &c. De Neginoth, *vide Psal.* 4. *a.* 1. *Quidam vertunt,* triumphãtem in musicis instrumentis meis.

CANTICVM MARIAE VIRGINIS, quo Christum promissum venisse canit. LVC. V.

M'Agnificat anima mea Dominum: 46

Et 'exultat spiritus me''super Deo seruatore meo, 47

'Quia respexit 'humilem ancillam suam: ecce enim ex hoc *tempore* beatam me dicẽt omnes 'ætates. 48

Magnificat anima mea Dominum:

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo,

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:

46 Magnificat μεγαλύνει. *id est, Altè & magnificè prædicat, quod Hebrai declarant verbo* גדל. 47 Exultat ἠγαλλίασε. *Est temporis enallage.* Super Deo ἐπὶ τῷ θεῷ. ἐπὶ *declarat causam, ipsámque adeò gaudij materiam.* 48 Quia respexit. ὅτι ἐπέβλεψεν. *Respicere pro diligere & gratuito amore complecti, etiam à Latinis vsurpatur. Solent enim homines, sicuius ipsos capit cõmiseratio, in eum intueri: siquem autem aspernantur, ab eo auertere oculos. Itaque eosdem etiam habitus Deo tribuunt, eo tropo qui dicitur* ἀνθρωποπάθεια. Humilẽ ancillã suam: ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. *Ad verbum* ad humilitatem ancillæ suæ. *Sed* humilitas ancillæ *pro humili ancilla ponitur, ex Hebræorum idiotismo. Significat autem* ταπείνωσις *humilitatem, id est vilem & abiectam conditionem, qualis est nimirum vilium seruulorum. Itaque inepti sunt qui modestiã cæterásque Mariæ virtutes hoc loco prædicant: quasi* ταπείνωσις *illud sit quod Græci* ταπεινοφροσύνην *vocant. Galli verò vernaculo sermone, Humilité: quasi denique Maria vlla sua merita, ac non potius infinitam Dei misericordiã collaudet.* AEtates γενεαὶ *Hebraicè* דור ודור. *Quidã* Nationes *interpretantur, quasi dicat Maria, fore vt vniuersus orbis terrarum hoc Dei beneficium celebret.*

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius,

49 Quia magnificè mecum egit potens ille, cuius sanctum *est* nomen,

Et misericordia eius à pro genie in progenies, timentibus eum.

50 Et cuius misericordia in omnes ætates *parata est* timentibus ipsum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

51 Forte facinus fecit brachio suo: dissipauit superbos cogitatione cordis ipsorum. Iesa.51.b.9 Psal.33.b.10 iesa.29.c.14

49 Magnificè mecum egit ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα. *Totum hoc dicendi genus Hebræis est familiare. Sic enim dicunt* עשה גדולות *id est sublimia patrauit, pro, præstantiam & magnificentiam suam insigni aliquo facinore declarauit.* Potens ille, ὁ δυνατός. *Articulus hoc loco præstantiam significat, &* ὁ δυνατὸς *Deum Græcis significat, sicut* אל *Hebræis: pro quo tamen Græci interpretes* τὸν ἰσχυρὸν *plerunque dicunt.* Cuius nomen καὶ ὄνομα αὐτοῦ. *Hebraicè* ושמו. *Hebraismus à Græcorū & Latinorū idiomate alienus, nēpe quòd soleāt Hebræi sua quæ vocāt affixa, nominibus subijcere.* 50 In omnes ætates εἰς γενεὰς γενεῶν, Vel, in omnē posteritatē. *In quibusdā codicibus legitur eodē sensu,* εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. *Significatur autē* γενεᾶς *appellatione id quod Hebræi* דור, *vel* עד, *vel* עולם *vocāt, Græci etiam* αἰῶνα, *Latini AEuū, vel seculū, vel ætatē: vt intelligamus promissiones Dei cōplecti perennia ac perpetua bona: denique nunquā excidere verbum Dei, quemadmodum loquitur Paulus: vt hoc totum, illud sit quod Hebræi dicunt* לדור דורים, *aut* לעולם עולמים. *Vel hoc vocabulo declarantur nepotes cæterique deinceps posteri: vt sit hæc sententia, tantam esse Dei misericordiā, vt non solos credentes, sed etiā eorum posteros faciat bonorum suorū participes, in mille vsque progenies, quemadmodum ipse testatur Exod.20.b.6.* Timentibus φοβουμένοις. *id est, religiosè ac reuerenter ipsum colentibus. Nā apud Hebræos* יראיו *totum Dei cultum declarat. verbum autem suppleui quod explendæ constructioni deerat.* 51 Forte facinus fecit ἐποίησε κράτος. *Sic apud Hebræos* עשה חיל *vt Psal.118.c.16.* Brachio suo: ἐν βραχίονι αὐτοῦ. *Pleonasmus hîc maximæ energiæ est, & Hebræis familiaris, apud quos etiam* זרוע *accipitur pro robore.* Dissipauit διεσκόρπισεν *id est* פזר, *translatione sumpta à turbine, qui paleas abreptas huc & illuc spargit: quæ similitudo frequenter occurrit in Prophetis, & optimè declarat fore vt superborum consilia à ventis (quod aiunt) auferantur: id est, tanquam res inanissimę, pereāt, vt scribitur Iesa.29. quod quidē caput videtur Maria hoc suo cantico quasi commentariis quibusdam illustrare. vel* נפץ, *id est, ita comminuit vt frusta hinc & inde dissilierint.* Cogitatione διανοίᾳ. *Accōmodari potest hoc diuerso sensu ad verbum* διεσκόρπισεν, *vt significetur, à Domino dissipari superbos, idque ijs ipsis cōsiliis & artibus, quibus conantur alios euertere (comprehēdit enim eos Dominus in astutia*

sua, & malum consilium (vt aiunt) ipsi consultori pessimum esse solet) aut dissipari superbos cum suis consiliis, aut denique propter praua eorũ consilia. Vel coniungi potest cum nomine ὑπερηφάνους, vt sit hæc sententia, eos à Domino dissipari qui sibi in consiliis suis placent.

52 Detraxit potentes è thronis, & extulit humiles.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

53 Famelicos impleuit bonis: & diuites ablegauit inanes.

Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

54 Sustẽtauit Israel puerũ suũ, vt memor esset misericordiæ,

Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ,

55 (Sicut loquutus est ad Patres nostros, *nimirum* Abrahamum, & semen eius) in æternum.

(Sicut loquutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius) in secula.

52 Potentes δυνάστας. *In Oriente ita vocabãtur qui principes quidem essent, sed Regibus & Tetrarchis inferiores: iidem fortasse atque illi quos Persæ Satrapas vocabant. Satis autem constat ex antithesi, quosnã hic significari qui opibus aut genere sunt insignes.* E thronis, ἀπὸ θρόνων vel è soliis. *Videtur enim his nominibus augustius aliquid significari, quàm sedis appellatione declaretur.* Humiles. ταπεινούς. *Id est vilis & abiectæ conditionis homines. quanuis hoc quidem loco ταπεινοὶ dicantur qui non modò inter homines sunt infimi, sed etiam coram Deo nihil prorsus sibi tribuunt: qui denique verè pauperes sunt Spiritu.*

53 Famelicos πεινῶντας. *Ostendit antithesis non vocari famelicos eos qui simpliciter esuriant (possunt enim esurire etiã qui ditissimi sunt) sed eos qui ad extremam inopiam redacti sunt. Conueniunt autem hæc Mariæ verba cum iis quæ ab Hanna referuntur, 1. Samu. 2. a. 6.*

Ablegauit ἐξαπέστειλε. *Vtendum fuit vocabulo duriore, quale est Ablegare à se & amandare.* 54 Sustentauit ἀντελάβετο *id est, porrecta manu sustinuit cadentem, vel prostratum erexit & fulciuit: quod Hebræi declarant verbo תמך, vtitúrque eo Iesaias 41. b. 10, quem locum videtur Maria cantico suo accommodare.* Puerum suum, παιδὸς αὐτοῦ. *i. seruũ suum. quanquã etiam vocatur filius, & quidẽ primogenitus, Exod. 4. e. 22. Sed videtur Maria (vt modò dixi) ista repetere ex Iesa. 41. b. 8 & 9, vbi disertè dicitur Israel à Domino עבדי, id est, seruus meus.* 55 Loquutus est ἐλάλησε. *id est, pollicitus est.* Et semen eius καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ *Hebraicè* זרע, *id est posteritatem eius. Intelligit Isaacum, Iacobum, Dauidem, quibus nominatim Dominus renouauit promissionem factam Abrahamo.* In æternum, εἰς τὸν αἰῶνα. *In quibusdam codicibus legitur,* ἕως αἰῶνος, in æternum vsque. *Cæterùm in vetustis exemplaribus, atque adeò in Theophylacto Romano ista sic distinguuntur, vt hæc omnia,* καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, *includantur parenthesi, & ὡς* τὸ αἰῶ-

væ connectantur cum superiore versiculo. Ego verò, quamuis nihil immutarim contra tot exemplarium consensum, tamen vix tolerabilem esse puto hanc parenthesim. Neque enim video cur non potius Lucas hæc annexuisset ipsi versiculo superiori. Fortassis igitur hæc est sententia, Dominū misertum esse Israelis extremo hoc tempore, vt ostenderet se memorem esse misericordiæ, quemadmodum pollicitus est maioribus, videlicet misericordia vsurū tū erga ipsius Abrahamū, tum erga ipsius posteros: idque non ad certum vsque gradum posteritatis, sed in infinitum vsque.

CANTICVM ZACHARIAE, IN QVO
Christum promissum venisse nuntiat. Luc. I.

Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

68 BEnedictus Dominus Deus Israelis, quòd inuiserit & redemerit populum suum: *Luc. 2.d.30 matth.1.d.22*

Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui:

69 Et erexerit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: *Psal.132.c.17*

68 Benedictus εὐλογητὸς. *Subauditur* ἔστω. *Perinde enim est, acsi dixisset,* ἐπαινείσθω, *vel* δοξαζέσθω, *id est laudetur ac prædicetur. Vel,* εὐλογητὸς *declarat omni gloria & laude dignum, vt incipiat Zacharias ab epiphonemate.* Quod inuiserit ὅτι ἐπεσκέψατο Hebraicè פקד *id est, quòd se memorem esse declarauerit populi sui: adeò quidem vt ipse è cælo descenderit, vt præsens eos inuiseret, & infinito pretio redimeret. Ita enim loquitur Dominus Exod.3.c.8: quem locum videtur respexisse Zacharias: simul tamen designans Deum re ipsa præstitisse quod olim adumbrarat, id est, è cælis verè descendisse vt verum Israelem à captiuitate diaboli, peccati & mortis, sanguine suo redemptū sibi acquireret.* Redemerit ἐποίησε λύτρωσιν. *Hoc obseruandum est, quum multæ sint liberationis species, eam demum significari* λυτρώσεως *nomine, quæ nec vi (vt olim contigit quum Dominus populum eriperet Pharaoni) nec cum bona hostium gratia (vt quum populus Babylone reuerteretur) sed iusto persoluto pretio impetratur. Ideo toties repetit Apostolus nos sanguine Christi redemptos, ingenti scilicet illo pretio quod olim adumbrabatur victimarū cruore, vt de salute nostra dubitare sit nefas.*

69 Erexerit cornu salutis ἤγειρε κέρας σωτηρίας. Heb. הרים קרן ישועה *Totum hoc dicendi genus est translatitium, quo significatur, quū planè collapsæ viderētur vires Israelitis, ac in primis actum esse videretur de magnificis illis promißis Dauidi factis super regno ipsius æterno, Dominum excitasse Christum illum suum: sicut scriptū est Amos 9, qui inuicto suo robore, tanquam cornu quodam prostratis aduersariis, Israelis æternū illud regnū assereret. Est autē Hebræis familiare* קרן, *id est, cornu* p *vi & robore vsurpare, trāslatione sumpta ab animalibus cornupetis, vt 2.Sam.22.a.3, & quidem adiecto verbo* הרים *quod respondet* τῷ ἐγείρειν,

quum agitur de amissa potestatis, aut virium instauratione, vt 1.Sam.2.b.10: & nominatim etiam vbi agitur de Messia, vt Psal.132.d.17.

Psal.132.c.18 iere.23.a.6, & 30.b.10

70 Sicut loquutus est per os sanctorū qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum,

Sicut loquutus est per os sanctorū qui à seculo sunt, Prophetarum eius,

71 *Fore ut nos* seruaret ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos:

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos:

72 Vt vteretur misericordia erga Patres nostros, ac memor esset Testamenti sui sancti,

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris, & memorari Testamēti sui sancti,

Gene.22.c.16 iere.31.f.33 heb.6.c.13.d17

73 *Et* iurisiurandi quod iurauit Abrahamo patri nostro: *nimirum se* daturum nobis,

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis,

74 Vt sine metu, è manu inimicorum nostrorum liberati, seruiremus ipsi

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi

75 Cū sanctitate & iustitia corā ipso, cunctos dies vitæ nostræ.

In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

70 Loquutus est ἐλάλησε *Heb.* דבר *id est, disertè promisit.* A seculo ἀπ' αἰῶνος. *Heb.* מעולם *id est, à condito mūdo, vt Psal.119.52, & Act.3.d.21. Interdum verò idem declarat* ἀπ' αἰῶνος *quod Ab æterno, vt Psal.92.a.2. & alibi sæpe.* 71 *Fore vt nos* seruaret ex inimicis σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν. *Refertur* σωτηρίαν *ad verbum* ἐλάλησε, *quemadmodum & sequentes versiculi duo.* 72 Vt vteretur misericordia ποιῆσαι ἔλεος. *Ad verbum,* ad faciendā misericordiam. *Sic Heb.* לעשות חסד.

Memor esset μνησθῆναι. *Id est, re ipsa declararet se memorem esse.*

Testamēti διαθήκης. *Vel potius,* pacti & fœderis, *id est* ברית: *quãuis Testamenti vocabulū emphasi non caret, vt docet epistola ad Hebræos.*

73 *Et* iurisiurandi quod iurauit ὅρκον ὅν, *&c. Apud Theophylactū legitur* ὅρκου οὗ, *& rectius (opinor) vitata scilicet mutatione cōstructionis.*

Se daturum nobis, τοῦ δοῦναι ἡμῖν. *Explicatur his verbis iusiurandum ipsum, id est, quid illud sit quod Deus iureiurando promiserat Patribus. Ideo hæc accipio* αἰτιακῶς, *potius quàm* τελικῶς.

74 Sine metu, ἀφόβως *Hebraicè* לבטח *id est (vt loquitur Paulus Ephes.4.c.12)* ἐν πεποιθήσει. *Neque enim* φόβον *hic vocat religiosum illū timorem qui alio vocabulo dicitur* εὐλάβεια, *& præcipua pars est pietatis: sed futuri mali ægritudinē quam Latini metum vocant. Ea verò pugnat ex diametro cum fiducia illa filiorum Dei, qui fide iustificati pacem habent, vt loquitur Paulus Rom.5.a.1.* 75 Corā ipso, ἐνώπιον αὐτοῦ. *i. quam ipse Deus animorum scrutator approbet vt minimè simulatam.*

Et tu puer, Propheta Altis- 76 *simi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:*

"Tu verò "puerule, Propheta "Altissimi "vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, vt pares vias eius:

Iohānis officium docere populum Christum venisse in remißionē peccatorum.

Ad dandam scientiam sa- 77 *lutis plebi eius in remißionem peccatorum eorum:*

"Et vt des scientiam salutis populo ipsi "per remissionem peccatorum eius:

Per viscera misericordiæ 78 *Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto:*

"Propter viscera misericordiæ Dei nostri, "quibus inuisit nos "Germen ex alto:

76 Tu verò καὶ σύ. *καὶ omnino videtur accipi pro* δὲ *hoc loco, vt alibi sæpe. Ita enim melius notatur apostrophe. In quodam codice scriptum legimus,* καὶ σὺ δὲ, *Sed & tu.* Puerule, παιδίον. *Videtur aliqua esse emphasis diminutiui, hoc saltem loco minimè negligenda, perinde acsi diceret Zacharias, Tu verò puerule qui nunc tantillus es, tamen in hoc Christi regno veluti primas tenebis. eris enim Altißimi prænuntius, & viam ad salutem cæteris præmunies.* Altissimi ὑψίστου *Hebraicè* עֶלְיוֹן *id est Dei.* Vocaberis: κληθήσῃ *Id est eris, & quidem publico testimonio.* 77 Et vt des τοῦ δοῦναι *Putaui particulam* ET *adiiciendam, vt intelligatur epexegesis. Explicat enim quomodo Iohannes præparaturus sit viam Domino, nimirum quòd annuntiaturus esset salutem in sanguine agni illius, quem etiam erat commōstraturus digito. Dare autē cognitionem, ex Hebræorum idiomate, id est* לָתֵת דַּעַת, *hoc loco dicitur qui alius aditum patefacit ad rem quampiam cognoscendam.* Per remissionem ἐν ἀφέσει *Remißio peccatorum, est modus ipse per quem Deus Pater nos in filios seruat, vt docet Paulus Rom. 4. a. 7, ex illo Dauidis versu, Beati quorum remissæ sunt iniquitates.* 78 Propter viscera misericordiæ διὰ σπλάγχνα ἐλέους *id est propter intimam & in ipsis visceribus hærentem misericordiam. Alii putant hoc dicendi genere declarari eum amorem quo solent matres complecti sua viscera, id est suos natos. quæ interpretatio sensum eundem gignit atque superior.* Quibus ἐν οἷς *Id est, per quæ viscera, & qua misericordia impellente. Abundat præpositio* ἐν *ex Hebræorum idiomate.* Germen ἀνατολὴ *Hebraicè* צֶמַח, *Vocatur enim hoc nomine Meßias, ipso etiā teste Chaldæo paraphraste, Ierem. 23. a. 5. Zach. 3. c. 8. & 6. c. 12. quibus locis Græci interpretes conuerterunt* ἀνατολὴν, *impropriè quidem, vt existimo. Nam* ἀνατολὴ *quum de sole dicitur, vel ipsum solis exortum, vel eam cæli partem declarat vnde sol exoritur: quum autem plantis & cæteris huiusmodi rebus, aut etiam ipsorum hominum ortui translatitiè tribuitur (vt Heb. 7. c. 14, dicitur Dominus* ἀνατέταλκεν ἐξ Ἰούδα, *nihil aliud declarat quàm earum rerū exortum. In illis autem locis Ieremiæ & Zachariæ, & hîc quoque idipsum quod exoritur, vocatur* צֶמַח. *Addit* ἐξ ὕψους, *id est ex alto, vt sit antithesis cæterarum velut plantarum, quæ omnes è terra germinant, hæc autem è*

cælo, vnde Panis ille viuus in partes inferiores terræ descendit.

ʼVt appareat iis qui in tene- 79
bris & ʼvmbra mortis positi sūt,
ad dirigendos pedes nostros ʼin
viam pacis.

Illuminare iis qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

79 Vt appareat ἐπιφᾶναι *Hîc germen illud è cælo exoriens confertur cum sole, quemadmodū sæpe Sol iustitiæ & Lux ipsa in vtroque Testamēto dicitur. Alioqnin etiā in genere apud Hebræos, Tenebrarū appellatione calamitas intelligitur: ac vicißim Lucis nomine liberatio, & quæ illā cōsequitur fælicitas.* Vmbra mortis σκιᾷ θανάτου *id est vmbrosa & tenebricosa morte.* In viā pacis. εἰς ὁδὸν εἰρήνης. *id est in eam viam quæ ad veram fælicitatem ducit. Nam Hebræi Pacis appellatione eum statum intelligunt in quo aliquis meritò acquiescat.*

CANTICVM SIMEONIS Luc. II.

NVnc ʼdimittis ʼseruū tuum 29
Domine, ʼsecundū verbum
tuum, ʼin pace:
Quia ʼviderunt oculi mei ʼsa- 30
lutem tuam,
Quam parasti ʼin oculis o- 31

Nunc dimittis seruū tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei Salutare tuum, Quod parasti ante faciē

29 Dimittis ἀπολύεις *id est decedendi potestatem facis: ex hac vita scilicet, vt patribus meis adiungar, id est vt ad te redeā. Nam Dominus eum ad æternam pacē properantē, velut è medio cursu reuocarat. Sanctos autē emorientes Deus à se non ablegat, sed ad se potius reuocat: sicut princeps quispiā qui legatis facit copiam ex prouincia reuertendi. Vel τὸ ἀπολύειν respondet verbo* פִּטֵּר, *quod etiam significat statuere & collocare. vt sit hæc sententia, Nunc demum Domine seruum tuum in vera pace ac trāquillitate constituis, vt qui præsens oculis suis cōspexerit tuum Meßiam, id est illum ipsum à quo vno fælicitas omnis est expectanda.* Seruum tuum τὸν δοῦλόν σου *id est, me qui sum seruus tuus.* Secundū verbū tuum κατὰ τὸ ῥῆμά σου, *id est, quemadmodum mihi pollicitus es. Respicit enim illud quod Diuinitus intellexerat, se non visurum mortem prius quàm vidisset Christum Domini.* In pace: ἐν εἰρήνῃ *id est fæliciter & beatè, vt alibi exposuimus.* 30 Viderunt oculi mei εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου *huius pleonasmi magna est emphasis, vt quum Latinè dicimus, His ego oculis vidi, vt videri poßit Pleonasmus non esse. Nam animo quoque & opinione dicimur aliquid videre. Hîc autem de corporeo Christi conspectu sibi gratulatur Simeon: quem tamen antea fide iam erat verè complexus, vt Abrahamus dicitur diem Domini vidisse.* Salutem tuam. σωτήριόν σου, *Hebraicè* ישועתך *vt Psal. 50. d. 23, id est, eum quem seruādis electis tuis destinasti, vnde etiam factum vt vocetur Iesus quod nomen Simeon adumbrat.* 31 In oculis κατὰ πρόσωπον *id est (vt alicubi dixit Virgilius) Ante ora. Ad verbum,* ante faciem, *id est tanquam*

signum aliquod edito loco positum, quò conuertantur omnium oculi.

omnium populorum.

mnium populorum.

Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

32 Lumen reuelandũ Gentibus, & gloriam populi tui Israel.

32 Reuelandum Gentibus, εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, *Chald.* לאתגליא עממין *id est lucem quæ Gentibus manifestetur & illucescat. Alludit enim ad Psal. 98. a. 2, & Iesa. 9. a. 2, & 45. b. 6.*

ORATIO DANIELIS Dan. IX.

Obsecro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua:

4 Obsecro Domine Deus, magne, & terribilis, custodiẽs pactum & misericordiã erga diligentes te & custodientes mandata tua:

Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis.

5 Peccauimus & iniquitatem fecim⁹, impiè egimus, & rebellauimus, & recessimus à mandatis tuis, & iudiciis tuis.

Nõ obediuimus seruis tuis Prophetis qui loquuti sunt in nomine tuo Regibus nostris, Principibus nostris, Patribus nostris, omnique populo terræ.

6 Neque obediuimus seruis tuis Prophetis, qui loquuti sunt nomine tuo Regibus nostris, Principibus nostris, & Patribus nostris, & toti populo terræ.

Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda & habitatoribus Ierusalem & omni Israel, his q propè sũt, & his qui procul in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorũ

7 Tibi Domine iustitia: nobis aũt pudor faciei, sicut *apparet* hodie viro Iehudáh & habitatori b Ierušaláim, & omni Išraé li, propinquis & remotis in vniuersis terris ad quas eiecisti eos, propter præuaricationem eorũ,

4 Deus, magne, &c. האל הגדול והנורא שומר *qui es* Deus ille maximus & tremendus, qui custodit. *vel,* reuerendus. *i. quem omnes timere debent, qui custodit, &c.* 5 Et rebellauimus, ומרדנו & rebelles fuimus. *sub. tibi. desciuimus à te. defecimus.* 6 Et toti populo terræ. ולכל עם הארץ *i. vniuersæ plebi.* **Nam** *per populum terræ intelligit plebeios.* 7 Tibi Domine iustitia, לך אדני הצדקה *sub. tribui debet. vel, Tua est ô* Domine *iustitia. q. d. Tu es iustissimus: nos verò erubescere debemus coram te, propter scelera nostra.*

qua præuaricati ſunt in te.

in quibus peccauerũt in te.

O Iehoua, ʹnobis *inquam* pu- 8
dor faciei, Regibus noſtris, Prin
cipibus noſtris, & Patribus no-
ſtris; quia peccauimus tibi.

Domine, nobis confuſio fa ciei, Regibus noſtris, Principib⁹ noſtris, & Patribus noſtris qui peccauerunt.

Domino *autem* Deo noſtro 9
miſericordiæʹ & propitiationes:
ʹquia receſſimus ab eo,

Tibi autẽ Domino Deo noſtro miſericordia & propitiatio: quia receſſimus à te.

Neque obediuim⁹ voci Iehoʹ- 10
uæ Dei noſtri, vt ambularem⁹ in
Legibus eius quas ʹpoſuit corã
nobis ʹper ſeruos ſuos Prophetas.

Et non audiuimus vocem Domini Dei noſtri vt ambularem⁹ in Lege eius quã poſuit nobis per ſeruos ſuos Prophetas.

Vniuerſus etiã Iʋſraɴél tranſ 11
greſſi ſunt Legẽ tuã, ʹ& declina
uerunt non obtemperando vo-
ci tuæ: ʹpropterea ſtillauit ſuper
nos maledictio, ʹ & iuſiurãdum
quod ſcriptum eſt in Lege Mo-
ʋſéh ſerui Dei, quia peccaui-
mus illi.

Et omnis Iſrael præuaricati ſunt Legẽ tuã, & declinauerunt ne audirent vocem tuam: & ſtillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio quæ ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, quia peccauimus ei.

ʹStatuitque verbũ ſuum ʹquod 12
loquutus fuerat ſuper nos & ſu
per Iudices noſtros qui ʹiudica-

Et ſtatuit ſermones ſuos quos loquut⁹ eſt ſuper nos & ſuper principes noſtros qui

8 Nobis *inquam* pudor לנו בשת *.i. nos decet pudor, & Reges noſtros.*
9 Et propitiationes: והסליחות & remiſſiones. *ſub. tribui debent.*
Quia receſſimus כי מרדנו quia defecimus. *ſub. & tamẽ miſeretur noſtri, & parcit nobis. Alij,* Opus eſt vt ſint illi miſericordiæ vt miſereatur noſtri, qui peccauimus. *Alii exponunt* כי *per quãquam, ſic, Quamnis defecerimus ab eo.* 10 Poſuit corã no. נתן לפנינו *Ad verbũ,* dedit coram nobis *.i. propoſuit nobis.* Per ſeruos ſ. ביד עבדיו *Ad verbum,* in manu ſeruorũ, *&c.* 11 Et declinauerunt וסור *Infinitiuus pro præterito,* & receſſerũt. *ſub. à præceptis tuis & iuſtitiis tuis, vt paulo antè, verſu 5.* Propterea ſtillauit ותתך propterea effuſa eſt. *vel,* peruenit, *vt quidã Hebræorum exponunt.* Et iuſiurandũ והשבועה *Vide Ierem. cap. 42. c. 18. & 44. b. 12, quorum locorum iſta eſt explicatio.*
12 Statuitq; verbũ ſ. ויקם את דברו Et ſuſcitauitʹ *vel,* ſtabiliuit. *i. adimpleuit*ʹ verbum ſuũ. *Legitur enim* דברו*, & ſcribitur* דבריו verba ſua.
Quod loquutus, *&c.* אשר דבר עלינו *.i. quæ interminatus fuerat.* Iudicauerũt nos, שפטונו *.i. iudiciis inter nos præfuerũt, ſiue q rexerũt nos.*

indicauerūt nos, vt superinduceret in nos magnū malū quale nunquam fuit sub omni cælo secundum quod factum est in Ierusalem:

uerunt nos, inducendo malum grande quod non fuit factum sub toto cælo, sicut factū est in Ieruschaláim:

Sicut scriptū est in Lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciē tuā Dñe Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam.

13 Quemadmodum scriptum est in Lege Moscéh, omne malum hoc venit super nos: neque rogauimus faciē Iehouæ Dei nostri, vt cōuerteremur ab iniquitatibus nostris, & intelligeremus veritatem tuam.

Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit: non enim audiuimus vocē eius.

14 Et festinauit Iehouáh super malum, & adduxit illud super nos: quia iustus est Iehouáh Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit: non enim paruimus voci eius.

Et nunc Domine Deus noster qui eduxisti populum tuum de terra AEgypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hāc, peccauimus, iniquitatem fecimus.

15 Nunc autē Domine Deus noster, qui eduxisti populū tuū de terra Mizráim manu forti, & fecisti tibi nomen, vt hodie *uidere est*, peccauimus, impiè egimus.

Domine, in omnem iustitiā tuam auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & a monte sancto tuo: propter peccata enim nostra, & iniquitates Patrum nostrorum,

16 Domine *inquam*, pro omnibus iustitiis tuis auertatur obsecro, furor tuus & ira tua ab vrbe tua Ieruschaláim monte sancto tuo: propter peccata enim nostra, & ob iniquitates Patrū nostrorū,

Quod nō fuit factum, &c. אשר לא נעשתה וגו' tale non fuit factū sub vniuerso cælo quale factum est, &c. *Alii*, non enim factum est sub vniuerso cælo sicut factum est, &c. 13 Veritatē tuam. באמתך *.i. promissiones tuas verissimas.* 14 Et festinauit, &c. וישקד וגו' Hebraismus, *Accelerauit adducere hoc malum super nos vel. Dedit operā vt affligeremur.* 16 Pro omnibus iustitiis t. ככל צדקתיך secundū oēs iustitias tuas. *Concisa est hæc sententia quæ sic impletur, Domine vt iustè punis scelera, quòd sis iustus: sic etiā auerte iram tuā a nobis secūdum multitudinē misericordiarum tuarum. vt iustus es, sis etiā clemens. Relinquit alteram partem comparationis, quam suprà posuerat.*

Ierušaláim & populus tuus in opprobrium *sunt* cunctis *qui sunt in* circuitu nostro.

Ierusalem & populus tuus in opprobriū sunt omnibus per circuitum nostrum.

Nunc igitur exaudi Deus noster orationē serui tui,& deprecationes eius,'& illustra faciem tuā super Sanctuariū tuū desolatum,'propter Dominum.

17 *Nunc ergo exaudi Deus noster orationē serui tui & preces eius: & ostende faciē tuā super Sanctuariū tuū quod desertū est, propter temetipsum.*

Inclina Deus meus aurē tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide'desolationes nostras, & vrbē'super quam inuocatū est nomē tuum: non enim'in iustitiis nostris nos prosternimus deprecationes nostras in cōspectu tuo, sed'in miserationib'tuis multis.

18 *Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationē nostrā, & ciuitatē super quā inuocatum est nomen tuum: neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuā, sed in miseratiomib' tuis multis.*

Dñe exaudi, Domine parce, Domine attēde,'& fac,'ne moreris,propter temetipsum Deus meus:'quia nomen tuū inuocatum est super ciuitatem tuam, & super populum tuum.

19 *Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuū inuocatum est super ciuitatem & super populum tuū.*

17 Et illustra faciē t. והאר פניך & lucere fac faciem tuam,*&c.Illustrare faciem, est vultu benigno & hilari intueri:nam quos odimus, obscuro & infesto vultu intuemur.* Illustra igitur faciē tuā super Sāctuarium tuum,*siue templū.i.fauore prosequere.* Propter Dominū. למען אדני *Mutatio personæ.* propter te. 18 Desolationes nostras, שוממותינו ruinas nostras.*i.respice ædes nostras desolatas.* Super quā, *&c.* אשר נקרא וגו' *Hebraismus, quæ appellatur de nomine tuo, hoc est quæ dicitur tua. Hæc est vrbs Domini.* In iustitiis nostris על צדקותינו propter iustitias nostras.*i.freti iustitiis nostris.* In miserationibus tuis. על רחמיך propter misericordias tuas. 19 Et fac, ועשה *sub.quod opto.* Ne moreris, אל תאחר ne differas.*sub.quin illustres faciem tuam super vrbem.* Quia nomen tuum,*&c.* כי שמך וגו' *Hebraismus, quia Ierusalem dicitur vrbs tua, & Israel, populus tuus.*



IMPRIMEBAT ROB. STEPHA-
NVS IN SVA OFFICINA, AN-
NO M. D. LVII. CAL. IAN.



